quid ſi ſtirpitus ibid.
quid ſi penitus 310. 105. & ſeq.
quid ſi mox 311. 109. & 3. ſeq.
quid ſi confeſtim 312. 113.
quid ſi incontinenti 312. 114
quid ſi illico 312. 115
quid ſi ſtatim 312. 116. & 4. ſeq.
quid ſi protinus 313. 121. & ſeq.
quid ſi continuo 314. 124
quid ſi immediate 314. 125
quid in ſimilibus 314. 126. & 2. ſeq.
quid ſi dicatur ſine mora 314. 128
quid ſi vlterius 315. 129
quid ſi fruſtra 315. 130. & 2. ſeq.
quid ſi auctoritate noſtra 315. 133
quid ſi libere 315. 134. & 3. ſeq.
quid ſi pleno iure 316. 138. & ſeq.
verba præſentis uel preteriti temporis ad futura non trahuntur. 156. 113
verba generalia generaliter præiudicant. 43. 117
verba gn̄alia gn̄aliter intelligūtur, & operatur, ēt ſi maior ſit ratio in vno quam in alio comprehenduntq́; etiā perſonas priuilegiatas. 43. 118
verba legum & ſtatutorum omnino ſunt inſpicienda. 61. 4
verba in ſtatutis magis ponderanda quā mens imaginaria & incerta. ibid.
verba ſunt conſideranda nec ab illis receditur. 62. 5
verba cum clara ſunt non admittitur quæſtio uoluntatis. 62. 5
verba contractuum ſunt inſpicienda. 62. 6. & 7
verba contractus à quo reuocentur, remouentur & iura ipſius. ibid.
verba laudi, libelli, reſcriptorum, inſtrumentorum, & actorum ſunt inſpicienda. 64. 11
verba compromiſſorum ibid.
verba ſunt inuenta ad demonſtrādam uoluntatem dicentis. 65. 17
verba animum indicant. ibid.
verba ſeu uoces notæ earum quæ ſunt in animo paſſionum. ibidem
verba non minus inſpicienda quàm ratio magiſtralis. 67. 21
verba ſunt tanquā corpus legis. 74. 46
verba ſecundum teſtatoris uoluntatem exaudienda ſunt. 76. 52
verba & mens ſimul inſpicienda. 77. 53
verba ſtatuti offendere licet ut mens ſeruetur. 77. 54
verba ſtatuti impropriantur, ut mentem ſequamur. ibid.
verba pro nihilo habentur, ubi mens abeſſe credimus. 80. 60
verba quando menti pręferantur. 80. 69. 81. 70. 71. 72.
verba clara interpretatione non indigent. 151. 94
verba legis non conueniunt, cui eius diſpoſitio non conuenit. 181. 186
verba naturaliter & non ciuiliter in dubio accipienda. 224. 17. 235. 69
verba in contractibus propriè debent intelligi. 226. 24
verba directa, directā diſpoſitionē faciunt, obliqua verò fideicommiſſariam. 291. 5

verba

verba impropriam ſignificationem aſſumunt ex alijs iuribus 258.34.303.64.& alijs ſeq.
verba ob ſubiectam materiam impropriantur, ita vt ex canone latæ ſententiæ fiant ferendæ, & è diuerſo quæ ſunt ferendę, fiant latæ 298.36.& 37.
verba declaratoria ſemper ſunt latæ ſnīæ, & quæ dicãtur eã uerba. 303.66
verba executiua & vim priuatiuã habentia, an ſint latæ ſnīæ. 323.177
verborum finibus debemus eſſe contenti. 67.21
verborum diuerſitas, rerum diuerſitatem denotat. 202.337
verbis legis debemus eſſe contenti. 81.4.
verbis ſtatuti ſeruiendum eſt. ibid.
verbis edicti ſeruiendum eſt in re dubia. ibid.
verbis claris nihil addi, nihilq; adimi debet. 62.5.& ſeq.
A verbis ſtatuti nõ eſt recedẽdũ, 61.4
Veriſimilia probantur iuramento aſſerentis, etiam ad ſuum commodum 26.51.
Verſimilia quæ non ſunt, eadem ſunt & incredibilia. 22.37
veriſimilia dicũtur credibilia, cõſentanea, cõueniẽtia, ꝓbabilia 25.44.& ſe.
veriſimilia partim mouent ſuo pondere, partim ſi videntur eſſe exigua per ſe, multum tamẽ cũ fuerint coaceruata proficiunt. 29.61
Veriſimile, Contra nõ ueriſimile quis facile non auditur. 23.39
veriſimile quod non eſt, non caret ſuſpicione falſitatis. 25.44
veriſimile eſt id quod iuri communi conſonat. 28.60
veriſimile lucrũ facit cõcedere reſtitutionem in integrum. ibidem
veriſimile idem & credibile, & è conuerſo. ibidem
veriſimile eſt, quod eſt ſimile & proximum uero & quaſi immediatũ, 28.60.
veriſimile cùm aliquid non eſt, requiruntur claræ probationes. 23.38
Veriſimilis cauſa quæ ſit. 28.60
veriſimiles inſidiæ vitandæ, nedum apparentes. 28.60
Veriſimilitudo quandoq; leges facit 22.37.& ſeq.
veriſimilitudo aliquãdo non admittit contrariam probationem. 23.38
veriſimilitudo attẽdit̃, cũ teſtes inſtrumentarij dicũt ſe nõ recordari 25.47
veriſimilitudo facit, ut quæ aliàs non probant probent. 26.51
veriſimilitudo trahit ſtatutum, reſcriptum, contractum, & alia ad id quod omiſſum eſt. 27.56
veriſimilitudo naturę cognata. 28.57
veriſimilitudo ex quibus percipiatur. 28.60
veriſimilitudo præſumitur, attenta ſpecie & non genere. ibidem
Veriſimilitudo facit iurium cõgruam interpretationem. ibidem
veriſimilitudinis taciturnitas inducit obreptionem. 22.37
Veriſimilius inſpicitur etiam pro proferrente. 27.54
Veritas eius quod multipliciter exponitur ignoratur. 68.23
veritas inſpicitur non opinio delinquentis cũ datur opa rei illicitæ, niſi tñ pœna imponit̃ ipſo iure. 352.353
Verſum non uidetur, quod verſum nõ durat. 259.175
Vertere ſolum quid ſit. 103.5
Verũ id dicit̃ & ẽ, qđ ꝓſumptiuè eſt ꝓbatũ, æquè ac ſi uerè. 165.158.& ſeq.
V.P. hæ notæ quid ſignificent. 1.1
Veſtigia voluntatis teſtatoris ſequenda ſunt. 76.51
Viciſſitudinariæ diſpões ualent, quæ ſimplices ualerẽt, ſiue uterq; capiat, ſiue alter tantum. 156.110.& ſeq.
Vidua diues non eſt de miſerabilibus perſonis. 125.1
Vindicta alteri demandari non poteſt, niſi filio. 13.16

Vipera-

Viperarũ amor ĩ fœtus ꝓprios. 12.14
Vir amicabilis ad ſocietatem, magis amicus erit quam frater. 88.97
vir nemo bonus ab improbo ſe donari vult. 87.94
Vir aut mulier cõtrahens ſecũdas nuptias, licet nõ poſſit donare ſecũdæ uxori, uel ſecundo uiro pluſquã vni ex filiis primi matrimonii, põt ei donare aut reliquere, ultra eũ modũ, eũ grauãdo de reſtituẽdo alteri. 259.174
viri perfectiſſimi. 1.1
Virtus legis in ſubſtãtia rationis conſiſtit. 74.46
Vitiato principali, non vitiatur iuramentum in eo appoſitũ. 364.444
Vitios⁹ ĩ ſe, & ĩ alios eẽ pſumitr. 103.5
Viuere quilibet præſumitur, vſq; ad centum annos. 39.103
Vltima uolũtas facili⁹ reuocatur quã actus inter viuos 81.66
Vna & eadem res nõ debet diuerſo iure cenſeri. 190.284
Vniuerſalis negatiua plus habet uirium q̃ affirmatiua. 307.97
Vnũ aliqd de hac locutiõe, uide 110.5
Vnus de collegio prohibere põt, ne continuetur magiſtratus. 17.24
Vnus vir, nullus uir. 22.36
volenti non fit fraus. 122.34
Volũtas ĩ mẽte retẽta nihil operatur. 67.20. quod intellige vt 72.43.
Voluntas in mente retenta aditionẽ hæreditatis non inducit, nec in foro cõſcĩæ ad q. cq̃ tenenẽ hęredes. 67.21
Voluntas facit formam & conditionem. 76.52
Voluntas expreſſa plus habet virium quam tacita 237.76
Voluntas teſtatoris ſicut in omnibus dominatur ex ſuo teſtõ depẽdẽtib⁹ ita ut voluntas contrahentiũ in dependentibus ex contractu. 78.58
volũtas teſtatoris cõformis iuri communi præſumitur. 250.135
volũtati teſtatoris per omnia eſt obediendum. 76.52
Vrſorum amor in fœtus. 12.14
Vſusfructus remiſſio, an reuocetur ex hac l. 186.211. & 212
vſufructu legato, quod in noĩbus eſt computatur. 105.8
Vſura non eſt, cum creditor aliquid æquale facit. 148.81. ſed an ſufficiat illud æquale eſſe vſq; ad dimidiam partẽ ipſius vſuræ uide. 148.82
vſuræ an perimãtur, perempta ſorte. 364.443.
vſuræ poſſunt promitti & exigi cauſa remunerationis. 145.62
vſurarum remiſſio non habet vim donationis. 183.202
Vterus nõdum hõ eſt. 253.147. & 148
Vterũs non ſoluit vectigal quod ſoluitur pro quolibet animali. 254.151
Vterus an & quando pro nato habeatur. 252.144. 255.155
vterus non cenſetur ſuper terram. 254.153. & ſeq.
vter⁹ nec patri quidẽ ꝓdeſt. 255.155
vtero fit collatio 252.144
Cætera uide ſupra in litera I. in verſicu. infans.
Vulua eiectitia porcaria 266.206
Vxor relicta domina comprehendit vxorem præſentem tantũ. 39.107
vxor nõ tenetur alere uirum qui ſua culpa inciderit in paupertatẽ. 103.5
vxor relicta domina & quæ alimenta tantũ habet, ſi extant filii, ipſis mortuis fit proprietaria. 257.163. & 165 258.166.
Vxor non videtur à marito diuertiſſe, quæ breui ad eum rediit. 258.170
vxor ſi conſtante matrimonio dicat ſe emere ex ſua pecunia pſente marito, an tollatur præſumptio l. Quintus. 152.96. & 98.
vxoris amor cæteros vincit. Is tamen cedit parentum amori. 11.12

FINIS.

ANDREAE TIRAQVELLI

OLIM FONTENAII APVD PICTONES SVPPRAEfecti, nunc regii in curia Pariensi Senatoris,

Commentarij in.l.ſi unquam.C.de reuocan. donatio.

Ab eodem nouiſſimè caſtigati. Et ad tertiam propè totius operis partem aucti.

ADDITIS SVMMARIIS ET REPERTORIO per Io. Bap. Zilettum Venetum V. I. D. feliciter exordiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Tituli noſtræ legis emendatio.*
Conſtantius & Conſtantinus. Conſtantini filij, ſimul imperauerunt.
Orphitus ad quem ſcripta eſt lex noſtra quis fuit.
P.V notæ quid ſignificent.
PRAE.VRB.notæ, quam ſignificationem habeant.
Viri perfectiſſimi.
Perfectiſſimatus dignitas.
2 *Orphitorum familia.*
Senatuſconſultum Orphitianum.
Orphitus medicus.
3 *A.&.C.vel A.A et.C.C. in titulis legum imperatorum quid ſignificent.*

TITVLVS LEGIS.

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS A. A. AD Orphitum, P. V.

1 HVNC † noſtræ l.titulũ ita emẽdauimus ex Codice Theodoſiano, in quo hæc eadem.l. adſcribitur ſub eadem rubrica, vt noſtri nõ ineptè cum [Paulo iuriſconſulto, in.l.ij.§.recuperandę.ff.de interdic.&] Perſio appellant.ſ.de reuo.dona.cùm tamen in noſtris Codicibus, qui circunferunt, ita vbiq; is titulus ſcribatur. IMP. CONSTAN. A. AD ORPHITIANVM. † Fuere autem Conſtantius & Conſtans filij Conſtantini Imperatoris, ſimulq́; poſt patrem imperauerunt, vt videre licet ex Aurelio Victore, Eutropio, & cæteris imperatorum deſcriptoribus † Fuitq́; etiam eorum tempore Orphitus, vt tradit Ammianus Marcellinus, qui hæc de eo ſcribit, lib. rerum geſtarum. 14. Inter hæc Orphitus præfecti dignitate regebat vrbem elatè: nam vltra modum delatę dignitatis ſeſe efferens inſolenter, vir quidem prudens, & forenſium negociorum oppido gnarus, ſed ſplendore liberalium doctrinarum minus quàm nobilem decuerat, inſtitutus. Idem lib. 16. & ſeq. meminit ſecũdæ Orphiti præfectu-

ræ.†Ex quibus facilè potes intelligere, quid illæ literarum notæ, P. V. in titulo noſtræ legis poſitæ ſignificent, nempe, Præfectum Vrbis. †Quanquam Valerius Probus harum rerum obſeruator diligentiſſimus, non literis ſimplicibus id ſignificari tradit, ſed ijs PRAE. VRB. vel etiam ijs, PRAEF. VR. Verùm aut tēpus id, vt cætera propè omnia, immutauit, aut fortè librariorum incuria, quibus non admodum curæ fuit has antiquitates tam exactè obſeruare, quæ ſibi parum vtiles videbantur.† Cæterum ſi literis inuerſis ita ſcriptum fuiſſet, V. P. aliud ſignificaſſet, uidelicet Virum Perfectiſſimum, vt apertè declarat Eumenius Rhetor in oratione quā pro inſtaurandis ſcholis ad Præſidem Galliæ habuit, in qua eum virum perfectiſſimum ſæpius appellat, nunc præſcriptis tantum notis, nunc etiā extenſis.† Eſt autē Perfectiſſimatus (ne & id ignores) ſpecies quædam dignitatis, de qua & nos titulum peculiarem habemus, de perfectiſſimatus dignitate, lib. xij. C. vbi hoc optimè & ſciētiſſimè, vt ſemper aliàs, declarat ANDR. Alcia. & iterum in libro diſpunctionum. 3. c. 4. atque etiam Franc. Purp. in. l. j. col. 32. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. Traditque Ammianus lib. 21. Conſtantium, cuius hæc. l. eſt, magno in tribuendis celſioribus dignitatibus impendio fuiſſe parcū, nec ſub eo ducē quenq̃ cum claritate prouectū fuiſſe. Erant enim, vt mox ſubdit, perfectiſſimi.

2 ¶†Porrò alterius Ser. Cornelij Orphiti conſulis ſub Claudio Cęſare meminit Cornelius Tacitus lib. 12. hiſt. [& Plin. lib. 2. c. 31. vbi dicit illum fuiſſe ipſius Claudij in conſulatu collegam. Sed & idem Tacitus lib. 15. meminit Cornelij Orphiti, ſiue ille fuit, ſiue alius. Et] Pactij Orphiti Primipili honore perfuncti lib. 13. Sed & lib. 20. ſcribit Aquilium Regulum in ſummum odium extuliſſe ſubuerſam Craſſorum & Orphiti domum. Memorat & Suetonius tum in Nerone tum in Domitiano Saluidienum Orphitum: & eundem quoque, niſi me fallit coniectura, Philoſtratus in Apollonio lib. 7. non ſemel, & iterum lib. 8. & Plinius lib. 7. c. 5. Orphitū Clariſſimum ciuem Veſtiliæ virum, & Iulius Capito. ī Antonino Pio Orphitū, & ipſum pfectū vrbis. Et in Antonino philoſopho, vel eūdem, vel aliū eius noīs, quem dicit fuiſſe adulterum Fauſtinæ vxoris ipſius Antonini, & tamē eū ad varios honores ipſum Antoninum promouiſſe. †Et Aelius Lampridius in Commodo Antonino memorat Maximum & Orphitum Conſules, atq; etiam Orphitum & Ruffum, quibus Coſſ. factum eſt. S.C. Orphitianum ab ipſo Orphito ita dictum, vt ſcribitur in. §. j. Inſtitu. ad S.C. Orphit. Id quod fortè anſam præbuit noſtris librarijs, vt hic etiam Orphitianum pro Orphitum ſcriberent. Sed & Trebellius Pollio in Secundo Claudio Orphitum quoque Conſulem [cum Acinao] memorat, [de quo etiam in. l. 2. C. de diuer. reſcript. Et legimus alium Solenum Orphitum Conſulem fuiſſe cum Priſcino ſub Traiano Imperatore.] & Apuleius lib. 3. Floridorum, Scipionem quendam Orphitum, & Galenus, vt id quoq; obiter dicam, lib. 7. de compoſitione Pharmacorum [κατὰ γένη, non ſemel,] †Orphitum quempiam medicum. Ex quibus planè potes intelligere, ſuper ea quæ ex Marcellino

lino adduximus de hoc noſtro Orphito, fuiſſe familiam Romæ antiquam & nobilē Orphitorū : ideoq; & titulum illum Theodoſiani Codicis ad Orphitum, veriſimiliorem eſſe ac probabiliorem, quàm illum noſtrorum Codicum, ad Orphitianum, cuius nomen non adeò frequēs eſt: præſertim cum habeamus & aliam legem ipſius Conſtantij ad Orphitum, videlicet. l.1.C. de quadri.præſcript. Ex quibus, ne & hoc interim prætermittam, planè liquet noſtram hanc. l. nō eſſe parui momenti, quæ ſcripta ſit ad Orphitum maximę dignitatis ac vetuſtiſſimæ nobilitatis virum.

3 ¶†Denique quod ad noſtrum titulum etiam pertinet, illud quoq; te ſcire volumus, lector, illas illius notas. A. A Auguſtos ſignificare, ſicut. C.C. Cęſares. Illæ enim literæ ſingulares ponuntur, cū ſunt vnius imperatoris, verbi gratia, Impera. Conſtan. A.& C. id eſt Auguſtus & Cæſar. De qua re loco opportuniori dicemus, videlicet in noſtro tractatu primigeniorum q. 17. in. 4. opin. quo etiā in loco declaramus qui Auguſti, qui Cæſares dicebantur. alterum enim altero maius eſt, & auguſtius, vt inibi videre poteris. Neque enim in huiuſmodi rebus diutiùs immorari ducimus. Audi igitur noſtram l.

SI VNQVAM libertis patronus filios non habēs, bona omnia, vel partem aliquā facultatum fuerit donatione largitus, & poſtea ſuſceperit liberos: totum quicquid largitus fuerat, reuertatur, in eiuſdem donatoris arbitrio ac ditione manſurum.

SVMMA CAPITA RErum, quæ potiſſimum in præfatione pertractantur.

PRAEFATIO.

1 *Lex præſens, ſi vnquā. C. de reuocā. donatio. notabilis eſt & ſingularis.*

Materia quotidiana, plenius attingi, tractariq; debent.

2 *Legis noſtræ quæ ſit ratio & fundamentū, & nu. 3.4.5.6.7. & nu. 62. 90.91.92. & 93.96.*

Præfationes præſtant euidentiorem intellectum ſequentium.

3 *Pietas, amor & affectus parentum in liberos.*

Pater non præſumitur extraneos filijs ante ponere.

Venditio fictitie facta præſumitur, cùm emptor reliquit filio venditoris.

Subſtitutio exemplaris expirat, liberis poſteà ſuſceptis.

Filium vnicum qui ſuſcepit, & quædam in codicillis reliquit, ſi poſteà alium filium ſuſcepit, prior filius pro virili relicta ſoluere compellitur, nō etiam natus poſt codicillos.

Qui poſt conditum teſtamentum filium ſuſcepit. & teſtamentum morte præuentus mutare non potuit, intelligitur poſtremum filium cum cæteris ante teſtamentum natis pro virili inſtituiſſe.

Præteritio militis facta de filio poſthumo, vel iam nato, quem ſcit ſe habere; pro exhæredatione habetur, & valet teſtamentum. at ſi ignoranter facta eſt, minimè teſtamentum valet.

Pater dotans filiam vnicam, ſi pactus ſit dotem fratri ſuo, quem ſibi hæredem deſtinauit, reſtitui, ſi ſine liberis filia moritur, ſi ipſe poſtea liberos ſuſcipit, dos illis & non fra-

tri.reſtituenda eſt.

4 *Filij ad parentum bona, ex eorum et naturæ voto vocantur.*

Omnia quæ noſtra ſunt liberis noſtris paramus.

Hadrianus imperator ignotorum hæreditates repudiauit, nec notorum accepit ſi haberent filios.

Antonius Pius imperator, repudiauit hæreditates eorum qui filios habebant.

Pertinax imperator, nullius hæreditatem adiuit, qui legitimos hæredes dereliquiſſet.

6 *Donatio habere cenſetur cõditionem reuocandi, ſuſceptis à donante liberis.*

7 *Dominus ſicut poteſt expellere colonum à domo, ſi eam ſuis vſibus probat neceſſariam, ita & ſi filio neceſſaria eſt.*

Pater plus diligit filium quàm ſeipſum.

Parentibus vita liberorum cara eſt atque ſua.

Filius coram patre torquendus eſt. ad eruendam citius veritatem.

Metus non ſolum ſui ipſius, ſed etiã filiorum vitiat matrimonium.

Pater æquè poteſt tranſigere pro ſanguine filij, ac pro ſuo.

8 *Caroli ſecundi Imperatoris exemplum memoratu dignum de patre & filio.*

Confeſſus per torturam filij, dicitur confeſſus in tormentis.

Pater vicaria morte filium redemit.

Gordianus ſenior, audita morte filij mortem ſibi conſciuit.

Solon ratus filium mortuum, mulierem egit.

Parentes filios in exidium ſecuti.

9 *Paternus affectus cæteros vincit.*

Patre nullus melior amicus.

Amicus, amico vult bona.

Subſtitutio facta filio. in dubio præſumitur directa.

Amoris paterni, materniq; ardor inæſtimabilis.

Legatum à patre relictum filio largè interpretandum.

Qui naturalem erga liberos charitatem non curat, cerebri morbum habere videtur.

Mater ſi non idoneos tutores petijt filijs, non dolo malo feciſſe cenſetur.

10 *Dauid filium abſalon indulgentius amauit.*

Seleucus rex vxorem filio ceßit.

Anaxerxes regnum ceßit filio.

Ptolemæus primus Aegiptiorũ rex, filio regnum ceßit, dicens pulchrius omni regno, regis eſſe patrem.

Herculius Maximus Maxentium filium imperio deturbare nixus eſt.

Pater deportatus qui filium adulterum nouercæ interemit.

11 *Pater ſollicitus eſt de filiorũ ſalute.*

Cõfeßio ſeu renuntiatio facta ob metum torquendi filium non nocet.

Parentum amor abſcondi non poteſt.

Pater non dicitur relaxatus è carcere, qui cogitur relinquere filios obſides.

Moſes prohibuit patrem & filium vno die decollari.

Filius eſt patri vitæ oculus.

Iacob filium ſuum, quem mortuum putabat, in conſolabiliter luxit.

Filius vnde dictus.

Pactum de ſucceßione filiorum valet, quamuis non liberorum.

Filij licet interdum inſidientur vitæ parentum, nunquam repertum eſt, parentes vitæ filiorum inſidiatos fuiſſe.

12 *Amor vxoris cæteros vincit, is tamẽ cedit amori parentum. in liberos.*

13 *Parentum amor à natura proficiſcitur, brutisq; communis eſt.*

14 *Brutorum affectus in liberos.*

Filij hominibus, ſunt animi.

Animalia

Animalia bruta ſalutem filiorum, quadã naturali iuſtitia defendunt.

15 *Filius portio corporis patris.*

Libra patris prodeſt filio.

Filius abſens gaudet priuilegijs ciui tatis ob patrem præſentem.

Pater non dicitur abeſſe à ciuitate in qua reliquit filios.

Filius eſt pars corporis patris.

Pater & filius vna perſona, vnum corpus, vna caro.

Filius habet quod pater habet.

Patris habitatio cenſetur habitatio filij, ad conſequẽdum beneficium vel priuilegium.

Pater poteſt ieiunare per filium.

Patris vox, vox filij.

Patris et filij promiſcua eſt poſſeßio, & quaſi vnũ corpus, & quod vnus poſſidet alter poßidere cenſetur.

Filij ſunt viſcera parentum.

16 *Vindicta alteri demandari non poteſt niſi filio.*

Intellectus. l. Gracchus. C. de adulte-rus.

Statutum permittens vindictã offen ſo, intelligitur de corporaliter offen ſo, non iuris fictione.

Filius delegari poteſt à patre, licet ſit electa induſtria perſonæ.

Legati vicarios dare non poſſunt, niſi filios ſuos.

Ambaſciator egrotans, non poteſt alium quàm ſuum filium, loco ſui conſtituere.

17 *Filius vaſallus non tenetur iurare fidelitatem patri domino.*

Cardinales Papæ iurare non tenẽtur.

Anima patris non eſt anima filij.

Anima non eſt ex traduce.

Iuramentum patris non eſt filij, nec è contra.

Pater ius ſuum in liberis amittit in ijs quæ ius publicum concernunt.

18 *Pater poteſt alienare in filium ſuum potentiorem.*

19 *Continuatio dominij à patre in filium. & nu. 20.*

Statutum ex quo debet ſolui gabella ex acquiſitione dominij aut hæredi tate, non comprehendit filium hære dem patris.

Gabella non debetur ex hæreditate paterna, ſtante ſtatuto quòd de omni lucro ſoluatur.

Patris hæreditas non cenſetur lucrũ.

Decima non ſoluitur ex hæreditate paterna ex ſtatuto quòd ſoluatur de omni lucro.

Filij non debent laudimia ex patris ſucceßione.

20 *Filius poſt mortem patris non dicitur feudum acquirere.*

Filius feudatarij feudatarius dicitur.

21 *Filius regis rex dicitur.*

Filius comitis gaudet priuilegio comitum.

Filij imperatorum Auguſti dicũtur Auguſti qui dicebantur & qui Cæſares.

22 *Domini appellatione, venit & filius domini etiam emancipatus.*

Vaſallus eodem modo punitur ſi filium domini offenderit, ac ſi ipſum dominum.

Cataſtrum patris prodeſt filio etiam emancipato.

Statutum puniens offendentem alterum in domo ipſius, locum habet in offendente filium in domo patris.

Filius ex domo patris in ius vocari non debet, cum nullus de domo in ius vocari permittatur.

Liberti patris dicuntur filij.

Patris & filij teſtamentum vnum, idemq; eſſe cenſetur.

Patris & filij nuptiæ pro vnis habentur.

Licinius Stolo ſua lege damnatus.

Popilius Lenas damnatus ſua lege, quod mille iugerum agrum cum fi-

lio poſſideret.

23 Munera quæ pater ſubeſt, non tenetur filius ſubire.

Collecta à patre ſoluta prodeſt filio.

Si ex ſtatuto non ſoluens collectam poteſt impune offendi, patre ſoluente, filius ſoluiſſe cenſetur, nec offendi poterit.

Pater & filius in muneribus cenſentur quid inſeparabile.

Patre recepto ad ciuilitatē vel extimum ciuium, filij omnes priuilegio extimi gaudent.

Pater cum multis filijs pro vno capite cenſentur.

Patris domus filij cenſetur.

Patris cenſus prodeſt filio ad conſequendos magiſtratus.

Magiſtratus apud Romanos olim cēſu legebantur.

Filius pauper non dicitur, cuius pater eſt diues.

Filius non debet habere honorem paternum, & onera hereditatis repudiare.

Pater & filius in muneribus & honoribus ad intellectum vnius perſonæ reducuntur.

24 Patris munus præbet vacationem filio.

Magiſtratus non eſſe continuandos.

Thurij præfecturam, non niſi intermiſſo quinquagennario gerebant.

Vnus de collegio prohibere poteſt ne continuetur magiſtratus.

Tria tutelæ aut curæ munera patris, non ipſum tantum patrem, ſed & filium ab alia tutela excuſant, & è contra.

25 Pater in teſtamento non ſolemni tutorem dat filio, etiam ſuſpectum & prodigum.

Pater etiam minor, modo ſit adultus dat tutorem filio.

Matris iudicium ex deligendo tutore ſequendum.

26 Statutum requirens ſolennitatem in contractu mulieris, locum nō habet, cùm mulier cum patre contrahit. & nu. 27.

28 Pater ſine decreto, res filij ſui minoris an poſſit alienare. & nu. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35.

29 Pater tutor non tantum iuris habet quam legitimus adminiſtrator.

Pater legitimus adminiſtrator, poteſt conſtituere procuratorem antè litem conteſtatam.

Pater tutor vel curator filij tenetur reddere rationem, at legitimus adminiſtrator non tenetur.

31 Pater hæreditatem matris non poteſt inter filios minores diuidere, ſine iudicis decreto.

Pater non poteſt ſine decreto iudicis alienare neque tranſigere ſuper bonis in quibus habet vſumfructum in præiudicium filij.

32 Doctorum dicta debēt intelligi ſecūdum leges quas ipſi allegant.

Intellectus. l. 1. & l. quicquid. C. de bonis maternis.

33 Dictiones rectè, & rite quid ſignificent. & infra nu. 35.

Conceſſa facultas conficiendi alicuius actus, quem ante facere non poterat, intelligitur ſeruata ſolennitate.

Emphyteuta habens à domino poteſtatem alienandi rem emphyteuticam, intelligitur requiſito domino.

34 Conceſſio rei aliàs permiſſa intelligitur ſine ſolennitate.

35 Recte atque ordine.

36 Filia præſumitur competenter à patre dotata.

Nemo ſolus ſatis ſapit.

Vnus vir, nullus vir.

37 Veriſimilitudo quandoque leges facit, & nu. 38.

Nō veriſimile incredibile reputatur.

Taciturnitas etiam veriſimilis inducit

cit ſubreptionem.

38 Probationes clariores requirūtur ad id probandum quod non eſt veriſimile.

Quinquagennaria ſi dicatur peperiſſe, requiruntur euidentiores probationes.

Henricus Imperator vxorem quinquagennariam pregnantem palàm parere uoluit.

Iudex cogit reum proponentem exceptionem non veriſimilem, exprimere cauſam à qua reddatur veriſimilis, nec talis exceptio admitti debet ſine expreßione cauſæ, & proponens, ſubijcitur grauiori oneri probandi.

Veriſimilitudo non admittit contrariam probationem.

Reus proponens exceptionem non veriſimilem, cogi à iudice poteſt, certam pœnam promittere, ſi ea appareat non eſſe vera, aut legitima.

Articulus non veriſimilis facit, vt teſtis interrogetur extra articulum de cauſa facti, ex qua reddatur veriſimilis.

Articuli non veriſimiles non admittendi.

39 *Ignorantia non veriſimilis, non probatur iuramento.*

Iuramento non creditur in non veriſimilibus.

Inſtrumentum eſſe amiſſum probatur iuramento aſſerentis ſi ſit honeſta perſona.

Iuramentum in ſupplementum probationis non habet locum in non veriſimilibus. & nu. 45.

Probatio rei non veriſimilis non admittitur.

Iudex non veriſimilibus fidem dare non debet.

Contra nō veriſimile quis facile non auditur.

40 *Cōfeßio non veriſimilis non nocet.*

41 *Cōfeßio extraiudicia lis, veriſimilis cogit ad perſeuerandum ſed ex multorum ſententia plenam fidem facit, etiam in criminalibus.*

42 *Veriſimiliori inſtrumento ſtatur, cū plura ſunt contraria.*

Teſtibus veriſimiliora deponentibus, magis creditur, etiam numero & dignitate inferioribus, etiamque ſi de negatiua deponant. nu. 43. & 46.

44 *Teſtibus non veriſimilia deponentibus non creditur.*

Veriſimile quod non eſt, non caret ſuſpicione falſitatis.

Scriptura non continens veriſimilitudinem, ſuſpicione non caret.

46 *Duobus laicis negantibus, plus creditur quàm duobus clericis affirmātibus, ſed minus veriſimile dicentibus.*

47 *Teſtes inſtrumentarij, negantes ſe recordari quando inſtrumentum reprobent.*

48 *Inſtrumenti falſitas per non veriſimile probatur.*

49 *Teſti ſi diuerſa depoſuit, ei ſtandum eſt quod dixit in tormentis, niſi aliud ſit veriſimilius.*

Teſtium dicta debent intelligi, vt eſt veriſimile eos intellexiſſe.

50 *Iuramento damnum paßi vel alterius ex ſtatuto non creditur, in non veriſimilibus.*

51 *Veriſimilia probantur iuramento aſſerentis, etiam ad ſuū cōmodum.*

52 *Tutori & alijs adminiſtratoribus creditur, in veriſimilibus non in cæteris.*

53 *Liber rationum; an poßit pro parte acceptari.*

54 *Interpretatio ſit contra proferētem, niſi veriſimilitudo aliud ſuadeat.*

Veriſimilius inſpicitur etiam pro proferente.

55 *Motus proprius nunquam concludit non veriſimilia.*

56 *Statutũ ad id quod eſt uerisimile trahendum eſt, quamuis ſit omiſſum.*
Colonus qui uites plantãdas accepit, ad certam portionem fructuum pro domino, debet & de cæteris arboribus eandẽ portionem domino dare.
Verisimilitudo trahit ſtatutum, reſcriptum, contractum, & alia ad id de quo omiſſum eſt.
57 *Verisimilitudo naturæ cognata.*
Remotum à uerisimili, imaginem falſitatis habet.
Caſſatum dictio latina.
58 *Experimentum uerorum ſermonum eſt, q̃ conueniant rebus ſenſatis, ſeu uerisimilibus.*
59 *Præſumptiones legum ad non uerisimilia, trahendæ non ſunt.*
Diſpoſitio nulla quantumlibet generalis, trahitur ad non uerisimilia.
60 *Veriſimile eſt id quod iuri communi conſonat.*
Verisimilis cauſa quæ dicatur, remiſſiuè.
Verisimilitudo ex quibus pcipiatur.
Interpretatio non uerisimilis non admittitur.
Proteſtationi non uerisimili, an ſtandum ſit.
Præſumptio iuris eſt animi applicatio ad uerisimile.
Verisimilitudo præſumitur attenta ſpecie & non genere.
Verisimile lucrum facit concedere reſtitutionem in integrum.
Verisimilitudo facit iurium congruã interpretationem.
Oĩa frequentiora uerisimiliora ſunt.
Maxime opiniabile, magis eſt uerisimile.
Verisimile eſt, quod ſimile & proximum vero, & quaſi immediatum.
Verisimiles inſidiæ uitandæ, nedum apparentes.
Cauſa quæ nocet, quæve prodeſt, uera potius ſit inſpicienda.

Actus qui ex duplici capite fieri poteſt, cenſetur factus ex uerisimiliori, etiã ſi aliud ſit expreſſum.
61 *Verisimilia partim ſingula monent ſuo pondere, partim ſi uidentur eſſe exigua per ſe, multum tamen cum fuerint coacervata proficiunt.*
Credibile idẽ eſt quod uerisimile, & ècontra. & nu. 111
π litera græca, nota verisimilitudinis.
62 *Eccleſia tenere non debet, ſibi oblata nato poſteà filio.*
C. quicũq; 17. q. 4. an ſit Auguſtini.
63 *Lex iſta locum non habet, cũ donans de liberis cogitauit & nu. 64. & quid ſi cogitauit in genere. nu. 78.*
64 *Rõ cũ unica eſt, pro expreſſa habetur.*
65 *L. cum acutiſſimi. C. de fideicõmiſſ. non habet locum cùm teſtator de liberis liberorum cogitauit.*
66 *Donans utrum in dubio cenſeatur de liberis cogitaſſe, ut diſpõni huius legis locus non ſit, & nu. 67. & 68.*
Natura homines produxit ad liberorum procreationem.
Homines ut plerunq; ſunt idonei gignendis liberis.
Monachi etiam gignunt liberos.
Liberorum procreatio & educatio, de iure naturali.
68 *Lex quæ generaliter loquitur, generaliter debet intelligi.*
Sperare poteſt, & cogitans & incogitans. & nu. 111.
69 *Lex præſens, an locum habeat cum ſit donatio in contractu matrimonij. Et an in contractu matrimonij uel dotis alterius. nu. 70. 71. & 72.*
Matrimonij finis proles eſt.
71 *Donatio ſeu renuntiatio facta in contractu matrimonii ab iis qui ſunt tenere ætatis, reuocari poteſt ob liberos poſteà ſuſceptos.*
Puellæ teneræ ætatis vix cogitant de liberis.
72 *Diſpoſitio huius legis. an locum habeat,*

beat, cùm quis donat non in contra ctu matrimonij ſui ipſius, ſed alterius.

73 *Donans cum alicubi ſecit mētionem liberorum in donatione. lex noſtra locum non habet.*

Auc. ex cauſa. C. de liber. præteri. nō habet locum ſi teſtator alicubi, mentionem liberorum fecerit.

74 *Diſpoſitio huius legis vt tollatur, nō ſufficit donatorem de poſthumis cogitaſſe, ſed requiritur quòd de eis cogitet & diſponat. & nu. 75.*

75 *Pater mentionem faciens liberorum in una parte teſtamenti, non cēſetur agitaſſe de illis in clauſula ſubſtitutionis, niſi in ea & de illis mentionem fecerit. & nu. 110.*

76 *Lex noſtra an locum habeat ſi donans non de ſuis, ſed de donatarij liberis mentionem faciat.*

77 *Diſpoſitio legis noſtræ an habeat locū ſi mulier renuntiat fratri & ipſius liberis, quamdiu forent maſculi filij & deſcendentes.*

78 *Liberorum cogitatio in genere, an tollat reuocationem ex hac lege. & nu. 79. 80. & 81.*

79 *Nato poſthumo ignoranter præterito legata conſeruantur, etiam ſi in genere de eis fuit cogitatum. & nume. 81.*

80 *Scientia in genere eiuſdē eſt momenti, ac in ſpecie, niſi pro forma requiratur.*

Cogitaſſe de liberis in genere, quomodo & quando quis cenſeatur.

81 *Ad excludēdum beneficium legis noſtræ non ſufficit in genere de filijs naſcituris cogitare, niſi in ſpecie de eis fiat mentio in donatione.*

Clauſula codicillaris an habeat vim generalis cogitationis uel ſcientiæ.

82 *Clauſula codicillaris an tollat hanc legem. & nu. 83.*

Iuramentum habet vim clauſulæ, ſi non ua'et quod ago, ut ago, ualeat vt valere poteſt.

84 *Lex noſtra locum non habet, ſi donans veriſimiliter donaſſet, etiam cogitans de liberis. & nu. 85.*

85 *Legata ex teſtamēto, in quo filius aut poſthumus ignoranter eſt præteritus debentur, ſi veriſimiliter ea teſtator reliquiſſet, ſi de illis cogitaſſet.*

86 *Falſa cauſa legato adiecta an uitiet.*

87 *Donans an poßit huic legi expreſsè renuntiare. & nume. 88. 89. 90. 91. 92.*

In claris ac certis non eſt locus coniecturis & præſumptionibus.

Præſumptio cedit veritati.

Pater fraudem non committens, omnia bona alienare poteſt.

Rei ſuæ quiſque eſt legitimus arbiter & moderator.

90 *Fauori alterius renuntiari non poteſt, etiam ſi ius à renuntiante habeat.*

91 *Ratione vna ex pluribus ceſſante, non ceſſat diſpoſitio.*

92 *Remedium inofficioſæ donationis fauore liberorum conceſſum eſt, nec ei poteſt pater renuntiare. etiam cum iuramento & nu. 93.*

Iuramentum non firmat quod infirmum eſt ratione alterius.

Iuramentum in alterius diſpēdium non vergit.

Iuramentum unius alteri nocere non poteſt. & nu. 164.

93 *Donatio inofficioſa non reuocatur niſi poſt mortem donantis.*

94 *Diſpoſitio legis noſtræ an locum habeat, ſi filius poſt donationem natus, vult eam ratam eſſe viuo patre, & eo mortuo an poßit confirmare. nu. 95.*

Poſthumus ignoranter præteritus, non poteſt approbare teſtamentum patris, eo viuente.

Subſtitu-

Subſtitutio tacita deficit, etiam ſi mater quæ eſt in medio abſtineat à pupillari.

97 Lex noſtra an locum habeat, cum ei quis per dolũ inductus renũtiauit.

Renũtiatio dolo extorta non tenet.

98 Diſpoſitio legis noſtræ an habeat locum ſi mulier renũtiãs nõ fuit certiorata de beneficio illius. & nu. 99.100.& 135.

Mulier renũtiãs velleyano nõ certiorata, non ſibi præiudicat.

99 Mulier ius ſuũ ignorare præſumitur

Renũtiatio nõ trahitur ad ignota. nec ad ea quæ quis dubitat an ſibi competant. Id quæ etiam, ſi veriſimiliter renũtiaret, ſi ſibi ſciret ea competere.

101 Minor renũtiãs huic legi, vel cogitãs de liberis, niſi fuerit certioratus, ex hac lege reuocat.

Minor præſumitur ius ſuum ignorare, & ius quoque ciuile & gẽtium.

Minor veriſimilius & probabilius ignorat ius quàm mulier.

Minor plus habet fauoris in reſtitutione in integrum, quàm mulier.

102 Renũtiatio à ruſtico facta huius legis beneficio, ei nõ obeſt, niſi & is certior factus ſit.

Ruſticus, mulier & minor in ignorãtia iuris æquiparantur.

Ruſtico magis ſubuenitur in iuris ignorãtia quàm mulieri.

103 Renũtiatio huius legis an operetur tãtum reſpectu liberorum præſentis matrimonij, an etiam alterius futuri. et nu. 104.105.106.107.108 109.& num. 110.

Matrimonium eſt indiuidua viri & vxoris coniunctio.

Viuere quilibet præſumitur vſq; ad centum annos.

Mors alterius expectari, nec ciuile, nec naturale eſt.

104 Poſthumus ſuus ex alterius vxore nõ rectè inſtituitur.

In dubio nemo cẽſetur quicquã malo animo facere.

105 Inſtitutio poſthumi trahitur ad omnem poſthumum, etiam ex alia vxore.

106 Poſthumi exhæredatio, non includit poſthumũ ex alia vxore naſciturũ.

107 Vxor relicta domina, comprehẽdit vxorem præſentem tantum.

108 Clauſula codicillaris an operetur quãtum ad liberos ex alia vxore procreatos.

Qui de matrimonio loquitur, de primo tantum intelligitur.

109 Lex vbi nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

110 Limitata cauſa, limitatum producit effectum.

111 Renũtiatio huius legis nõ obeſt, cum renũtiãs omnino deſperabat de liberis, & tamen poſteà ſuſcepit. & nu. 112.113.& 114.

Mulier quinquagennaria ſterilis.

Incredibilia ſunt & nõ cogitabilia.

Veriſimilia quæ nõ ſunt, eadem ſunt & incredibilia.

Mens nõ trahitur ad id quod nũquã aut raro fit.

Renũtiatio & promiſſio intelligitur rebus ſic ſtãtibus. & infra nu. 130.

Soluẽs indebitum licet renũtiet cõditioni indebiti credẽs eſſe debitũ, põt nõ obſtãte renuntiatione repetere.

112 Filij præter ſpem geniti, poſſunt repetere bona à patre quæſita nomine fratris illius.

Verbum ſperare & ad cogitãtem, et nõ cogitãtem refertur.

114 Clauſula codicillaris nihil operatur in eo qui deſperãs de liberis, poſtea tamen ſuſcipit.

115 Lex noſtra an locum habeat cũ donãs generaliter renũtiat omni legũ auxilio & nu. 116.117.118.119. 120.121.122.123.

Renũtiãs

Renūtiās generaliter de omni caſu cogitaſſe cēſetur.

116 *Generalis renūtiatio ad omnia trahitur.*

Generalem liberationem nemo compellitur facere.

117 *Verba generalia, generaliter præiudicant.*

Subſcriptio generalis, vt ſpecialis nocet.

118 *Verba generalia, generaliter intelligūtur & operātur, etiam ſi maior ſit ratio in vno quàm in alio, cōprehēdūtq; ēt perſonas priuilegiatas.*

Diſpoſitio generalis tātum operatur quò ad quamlibet ſuam ſpeciē, quātum ſpecialis, quò ad ſuam ipſius ſpeciem.

Generalibus ſemper ſpecialia ī ſunt.

119 *Generalis diſpoſitio generaliter intelligitur, etiam in materia odioſa atq; pœnali.*

120 *Renūtiatio generalis an trahatur ad nō cogitata. & nu. 123.*

121 *Renūtiatio generalis oīum beneficiorum. facit ceſſare ſenatuſcōſultum velleyanum, & beneficium nō īcarcerādi, cedēdarum actionum, excuſſionis, diuiſionis. & ordinis. ac l. pleriq;. ff. de ī ius vocā. & l. de ijs. ff. de trāſ. & reuocādi ob īſinuationē nō factam, & nō cōueniēdi vltra quàm facere quis poſſit, & beneficium ratione ſpeciali īductum, etiā ex ſtatuto.*

123 *Trāſactio nō trahitur ad nō cogitata.*

124 *Beneficium cauſa miſerationis cōceſſum, nō tollitur niſi per verba ſpecialiſſima.*

125 *Beneficium quod cōceditur ad exuberātem fauorē, nō tollitur niſi per ſpecialem reuocationem.*

126 *Generales renūtiationes ſemper apponūtur cum parua cognitione, & ex ſola notariorum cōſuetudine.*

Generales renūtiationes debēt ſtrictè ītelligi, ideò attēdi nō debēt, ſed pro nō poſitis ſunt habēdæ.

Generales renūtiatiōes ſunt parui momēti.

127 *Renūtiatio generalis oīum remediorum, nō tollit remedium. l. 2. C. de reſcin. vēditio.*

128 *Renūtiatiōes ſunt ſtricti iuris, nec ī eis expreſſa tātum veniūt.*

Renūtiatio nō præſumitur.

129 *Renūtiatio nūquā præſumitur, vbi alia præſumptio vel cōiectura capi poteſt.*

Renūtiatiōes generales nō obſunt.

130 *Renūtiatio generalis nō trahitur ad exceptiones futuras.*

131 *Renūtiatio ſequitur naturam actus ſuper quo interponitur.*

132 *Diſpoſitio legis noſtræ, an locum habeat, ſi generali renūciationi appoſitum ſit iuramētum. & nu. 133.*

133 *Iuramētum habet vim clauſulæ ſi nō valet, aut valebit.*

134 *Clauſula ſi nō valet aut valebit, facit præſumi de omni euentu cogitatum.*

Iuramentum facit vt quis in genere videatur cogitaſſe.

135 *Mulier & minor nō certiorati, an propter iuramētum excludātur à beneficio reſtitutionis. & nu. 136.*

136 *Iuramētum an habeat vim, vt renūciatio mulieris, aut minoris nō certiorati valeat, & nu. 137. & 151.*

137 *Iuramētum an tollat beneficiū excuſſionis. & nu. 152.*

138 *Iuri de futuro an renūtiari poſſit vel ſimpliciter, vel cum iuramēto. & nu. 153.*

139 *Iuri prohibitiuo an ſimpliciter, vel cum iuramēto poſſit renūtiari. & nu. 154.*

140 *Iuramētum an validet remiſſionem ingratitudinis futuræ. & nu. 155.*

141 *Alimētis ex teſtamēto debitis, an iuramēto*

iuramēto renūtiari poſſit.et nu.156.

142 *Renuntiatio futuræ hæreditatis, vel ſimplex, vel cum iuramento an valeat. & nu.157.*
Pactum de ſuccedendo iuratum an valeat, & nu. 158.

143 *Legibus loquentibus de inſinuationibus donationum. an ſimpliciter vel cum iuramento poſſit renuntiari. & num. 159.*

144 *Generalis renuntiatio, ſimplex vel iurata, an legitimam comprehendat. & nu. 160.*

145 *Iuramentum in generali vel ſpeciali renuntiatione appoſitum an tollat diſpoſitionem l.de iis.ff. de transactio. & num.161.& 162.*

146 *Iuramentum an firmet generalem renuntiationem. & num.163.*
Ceſſio bonum locum habet, cum debitor iurat ſe ſoluturum.

147 *Renuntiatio facta per patrem in inſtrumento donationis quantuncunque ſit iuramento vallata. filiis non vocet.*

148 *Iuramentum non ſupplet cōſenſum.*
Renuntiatio iurata non valet in non cogitatis.

149 *Renuntiatio generalis, reſtringitur ad ius tempore renuntiationis ſubſiſtens tantum.*
Iuramentum in renuntiatione appoſitum, eos tantum caſus comprehendit, quos ipſa renuntiatio.

150 *Iuramentum habet uim ſpecialiſſimæ renuntiationis.*

164 *Iuramentum non impedit reuocationē ex hac lege, et nu.165.cū ſeq.*
Iuramentum poſitum in donationibus & contractibus, tertio nō obeſt.

165 *Iuramentum nō auget oligationem, ſed addit religionis vinculum, & ſequitur naturam actus ſuper quo interponitur, omneſq; recipit conditiones, ac vires actus principalis.*

166 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

167 *Diſpoſitio quælibet intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

168 *Stoici omnia intelligunt rebus ſic ſtantibus.*

169 *Statutum iuratum reuocari non poteſt à ſtatuentibus, niſi iuſta cauſa interueniat.*
Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.

170 *Iuramētū nō trahitur ad incogitata.*

171 *Iuramentum non trahitur ad non veriſimilia.*

172 *Iuramentum in cōtractibus, ex notariorū ſtilo apponi ſolet, magis quàm quòd partes iurauerint. & ſupra num. 126.*

173 *Lex noſtra an locum habeat, cùm iuramentum ſimpliciter in donatione eſt appoſitum.*

174 *Notarius an poſſit apponere renuntiationem huius legis, ex clauſula in donatione appoſita. ex clauſula quòd poſſit extendere arbitrio ſapientis.*
Poſita in manu ſapientis non ſunt, quæ in facto conſiſtunt.

PRAEFATIO.

1 HANC l.notab.ſimul,& ſing.dicunt Bart. & Saly. hic. Sed & ſing. quoque Imo. in l. filio preterito, col.11.uerſi.pro hoc etiam facit.ff. de iniuſt. teſta.& Barb. cōſi.60.cuius initium eſt, illud adferā in medium,col.5.uerſi.3.faciat, lib.2. & Sozi.cō.295. in cauſa contra filios, col.3. uerſi. circa ſecūdam difficultatem,lib.2. & Franc. Curt. ſenior con. omnium primo,col.pe. & Iaſ. in l.cum acutiſſimi,col.2.uerſi. eodem modo ſi quis.C. de fideicō. & con.230 factum ſic ſe habet, col.5. uerſi.ſed præmiſsis,li.2. & noniſſimè Nico. Eueraldus in locis legalibus,in loco à ueriſimili, colum.5. Ideoque eam commentandam interpretamque duximus, præſertim cum

cùm non admodum copioſè à multis hactenus uno in loco tractata fuit, ut non immerito in mentem ueniat illud Vergilianum libr. j. Aeneidos,

Apparēt rari nātes ingurgite vaſto.

Quamuis uſus ipſius multum frequens ſit, ac penè quotidianus, †ob idque plenius attingi, tractarique debuit, ex ſententia Pauli Iuriſcon ſulti in l. legaui, ff. de libe. lega. quā approbat Bart. in l. poſt contractū, col. j. ff. de dona. In qua re non eam commētationum formulam ſectabimur, à qua uel trāſuerſum (quod dicitur) unguem diſcedere noſtris legum interpretibus ueluti religio eſt. Nam ſtatim primo loco ponūt ſummarium, quod appellant. Secūdo notabilia, ut & ipſi uocāt. Deinde gloſſarum interpretationem, Poſtremo alias quæſtiones ad negocium pertinentes. Nos uerò uerba l. noſtræ ſuo quæque ordine aſſumemus, quæ commentatione indigere uidebuntur.

2 PRIMO †tantum loco rationē l. noſtræ, & eius appendices adſcribemus, quò cætera facilius intelligantur. [Nā ut ſcribit Bald. in rub. C. de ſer. fugit. ſæpè ea præmittuntur, quæ ſequentium præſtant euidentiorem intellectū. l. j. ff. de orig. iur. & l. j. ff. ſi cert. pet.] Sed illud ta mē primùm te admonitum uelim, lector amantiſsime, cum has commētationes noſtras adornaſſem ad prælium, ac non pauci Pariſienſes librarij, qui eas uiris doctiſsimis iā ab hinc prope quinquennium uidēdas præbuerant, precibus, ac pollicitis ingentibus à me efflagitarent ſibi imprimendas committi (neque enim præcipitare editionē, ſed ex præcepto Horatii nonum in annū differre animus fuit, qđ alias proteſtatus ſum) ecce me incautum, nihilque tale metuentem arripit febris quartana, morbus omnium, ut longiſsimus, ita grauiſsimus, etiam ſi eum ſonticum eſſe negauit Iulianus noſter, atque etiam, ſi diuis placet, laudauit Phauorinus, meq; duos plus minus annos uexat, mēbratimq; ueluti dilaniat. Interimq; eduntur in eam ipſam l. noſtram, Franc. Rip. commentarii, & doctiſſimi quidem, & locupletiſsimi. neque enim alij ab eo uiro edi potuerunt. Veruntamen ab hac editione noſtra, poſtquam ita amicis meis uiſum eſt, nō ob id deſtiti, nihil ueritus, ne qui utranque legerit, me cōpilationis alienæ hæreditatis inſimulet: nam, & ſi eoſdem uterque locos, ut res ipſa exigit, ſæpe tractamus, craſsior tamen eſt inter nos, quàm inter Piramum, & Thiſbē paries. Tu lector optime, lege, & iudica.

3 IGITVR† ut in ſcenam tandem prodeamus, Nemo neſcit omnes prope legum interpretes huius legis rationem, & ueluti fundamētum ponere in amore affectuq; parentum in liberos, quos ſi futuros ſibi præuidiſſent, aut cogitaſſent, ipſi uerisimiliter aliis non donauiſſent, ne exteros liberis, & poſteritati ſuæ anteponere uiderentur. Ob idque cenſentur exiſtimanturq; ea lege donaſſe, ut ſi liberos poſtea ſuſceperint, irrita maneat donatio, ar. eius, quòd in non longe diſsimili caſu ſcribitur in l. cum auus. ff. de condi. & demon. & in l. cum acutiſsimi, C. de fideicom. & in l. generaliter. §. ult. C. de inſtitu. & ſubſtitu. Quibus cautum eſt, quòd ſi quis filium nepotemúe hæredem inſtituerit, ac iuſſerit illū poſt mortem ipſius alteri reſtituere: †hoc ita uidetur intelligere, coniectura pietatis, ſi filius ipſe aut nepos inſtitutus

tutus liberos non reliquerit, ne ui deatur alienas ſucceſſiões propriis anteponere. † Quarum legum authoritate ſubnixus Bar.con. 68.cu ius caput eſt, ꝓponitur quòd Ioannellus,col.j. pulchrè & not.reſpondit uideri præſumique ſimulatam uenditionem, quam quis alteri fecit de maiori parte bonorum certo quodam precio, quod ſe ante recepiſſe confeſſus eſt, quæ quidem bona emptor poſtea iure legati reliquit filio uenditoris, prætermiſsis propriis liberis. Neq; enim,inquit Bar.præſumendum eſt,ſi uerè emiſſet, quòd extraneo reliquiſſet, ſed potius ſuis ipſius liberis, ar. d. ll. † Quodque in alio non minus memorádo caſu traditur in l ex facto, in princ.ff.de vulg.& pupil. ſubſti. Qui filium impuberem mutum habebat, impetrauit à principe,ut muto ſubſtituere ei liceret, & Titum ſubſtituit:mutus autem ille fili⁹ recuperata valetudine poſt mortem patris uxorem duxit,ex eaque filium ſuſcepit. rumpitur ea ſubſtitutio natiuitate filij. nec enim ueriſsimile eſt,aut patrem, qui impetrauit,aut principem,qui permiſit, de hoc caſu cogitaſſe, ut eum qui poſtea naſceretur, exhæredaret. † Et in l.pe.ff.de iur.codic. ubi qui vnicum filium ſuſcepit, quædam in codicillis reliquit, poſtea alium filium ſuſcepit,prior filius pro uirili relicta ſoluere compellitur, nõ etiã natus poſt codicillos. †Et in l.3.ff. de inof.teſta. ubi ſi quis poſt conditum teſtm̃ filiũ ſuſceperit, nec ei teſtamẽtũ mutare licuerit morte inopina præuento. intelligitur poſtremum filium cum cæteris ante teſtamentum natis pro uirili inſtituiſſe. quã l.ſing.dicit Bal.ibi.†Huc quoque reſpicit tex. in l.ſicut certi, & in l.ſi cùm uel in utero.C. de teſta. milit.ubi præteritio filii poſthumi, uel iam nati ſcienter a milite facta, pro exhæredatione eſt,ideoque ualet teſtamentum. At ſi ignoranter facta fuerit, quoniam filium mortuũ falſo rumore putabat,aut uxorem prægnantem neſciebat, minimè valet teſtamẽtum, tanquam ſit uериſimile, non alios eum inſtituiſſe,quàm liberos, ſi eos habere, aut habiturum ſe fuiſſe cogitaſſet.†Et quod pulchre ſcribitur in l. tale pactum.§.ult.ff.de pact.quòd ſi pater dotans filiam, quam unicam habebat,pactus ſit dotem fratri ſuo,quẽ hæredem ſibi deſtinauerat,reſtitui, ſi ſine liberis filia morereretur,&ipſe poſteà liberos ſuſcipiat, dos illis, non fratri ex mente patris reſtituẽda eſt.Ex quo not.Bal.ibi in v.not. præſumi hominis mutatum conſilium, propter liberos poſtea ſuſceptos; quod dicit eſſe mente tenendũ. Et poſtea in fi.trahit poſt Guil. Cu.in ar.ad quæſtionem de eo, qui cùm nullos haberet filios, quædam tradidit fratri,aut alteri coniunctæ perſonæ, ut talis donatio reuocetur ſuſceptis poſtea liberis. Sed & Alber.ibi ex eo text. dicit, quòd ſi quis nullos habens liberos quædã emat,aut aliàs acquirat nomine fratris,ſi poſtea ei naſcuntur liberi, reuocantur huiuſmodi cõquæſtus ad commodum liberorum. Quin generalius glo.not.ex illo tex. aſſerit id eſſe ſeruandum, licet non ſit diſpoſitũ, quòd uериſimile eſt fuiſſe diſpoſitum, ſi id quæſitum fuiſſet. de quo poſtea latiſsimè tractabimus uerſi.56.incip. inter tam multa. ubi uidere poteris. Deniq; huc ſpectat,& tex.in c.j. tit. de duobus fratri.à capi.ĩue.quẽ ibi no. Bal. & hinc occaſione ſumpta dicit ſingu. tex. in d.l. pactum.§.ult. uti etiam facit in d.l.cùm acutiſsimi,col.j. & in rub.

in rub. extra de pact. col. ult. verſi. transfertur pactum.

¶ At hic in noſtra l. vt ad eam tandem ueluti longo poſtliminio redeamus,
4 † uerisimile eſt donãtem, ſi donãdo interrogatus fuiſſet, aut etiam ultro cogitaſſet de futuris liberis, aut non omnino donauiſſe, aut ſi donaſſet, eandem legem donationi, ut ſuprà diximus appoſuiſſe, ſi liberos nõ ſuſciperet: alioquin ad eos, ſi quos poſthac habere contingeret, perueniret quod donatũ eſt. Nam filios ad parentum bona naturæ ſimul, & parentum ipſorũ uotum admittit. l. ſcripto, in fine, ff. unde lib. & l. de emancipatis, C. de legi. hære. † & omnia quæ noſtra ſunt, liberis noſtris paramus. l. pe. §. pe. ff. de bon. lib. cũ aliis multis, quæ haud multo poſt adferemus. Vnde & illud Homeri lib. Iliad. v.

Βῆ δὲ μετὰ ξάνθοντε θοωνά
τε φαίνοπος υἷε
ἄμφω τηλυγέτω. ὁ δ' ἐτείρε-
το γήραϊ λυγρῷ.
υἱὸν δ' οὐ τέκε τ' ἄλλον ἐπὶ κτε-
άτεσσι λιπέσθαι,
ἔνθ' ὅγε τοὺς, ἐνάριζε, φίλον δ'
ἐξαίνυτο θυμὸν
ἀμφ·τέροιν πατέρι δὲ γόον,
καὶ κήδεα λυγρὰ
Λειπ', ἐπεὶ οὐ ζώοντε μάχης
ἐκνοστήσαντε
Δέξατο, χηρωσαὶ δὲ διὰ
κτῆσιν δατέοντο.

Quibus apertè inſinuat Homerus, diuini, ac humani iuris peritiſſimus, bona parentum filiis deſtinari ac deuoueri, eoſque admodum angi, ac cruciari, ſi extraneis illa relinquere cogãtur. † Ex quo etiam laudatur Hadrianus imperator, qui, ut tradit Spartianus, ignotorum hæreditates repudiauit, nec notorum acceпit, ſi haberent filios. Et Domitianus alioqui peſsim⁹ Imperator, relictas ſibi hæreditates ab his quibus liberi erant, non recepit: ut teſtis eſt Suetonius in uita illius, c. 9. † Vt iam non mirum uideatur, ſi Antoninus Pius imperator optim⁹ hæreditates quoque eorũm, qui filios habebant, repudiauit, auctore Iulio Capitolino in uita illius. [Et ſi pertinax profeſſus ſit nullius ſe aditurum hæreditatẽ, quæ aut adulatiõe alicuius delata eſſet, lite perplexa, ut legitimi hæredes, & neceſſarii priuarentur.]

5 ¶ Sed antequam ulterius progrediamur, illud dicere uoluimus, hãc quam diximus rationem, huic. l. inter pleroſque omnes aſsignaſſe Accur. Bal. & Ange. hic Dy. Bar. Bald. Imo. & Pau. Ca. in l. Titia Seia. §. imperator. ff. de leg. 2. Old. conſi. 238. hoc exordio, cùm mulier donatrix. & conſi. 278. licet quantum ad clauſtrales, col. 2. uer. ad tertiam quæſtionem. Ia. Bu. Bar. Ang & Raph. Fulg. in l. ſi totas. C. de inof. donat. Cy. Bar. & Bal. ĩ l. j. C. eo. ti. de inof. donat. Bart. in auth. ex cauſa, & ibi quoq; Alex. & ferè omnes. C. de lib. prete. Bal. con. 167. quidam Fran. col. ij. lib. 5. Ang. in §. ſiue igitur, in auth. ut cùm de app. cog. Imo. in c. cùm contingat, char. ult. ver. attende tamẽ quia dixit, de iureiur. & in c. ult. col. 2. & ibi quoque Pau. de donat. Raph. Fulg. conſi. 65. Titius coniugem, col. 1. Paul. Ca. con. 434 quod incipit reſpõdeo per ordinẽ, in. 2. dubio. lib. 1. & conſi. 435. cuius principium eſt, ſuper hoc puncto, in princ. lib. 2. Ro. conſi. 26. incip. pro deciſione eorũ, col. 2. ver. ſecunda fuit. Pet. Ferr. in tit. for. libel. quo agit, pro, donat. in uerbo, irre-

irreuocabiliter, col. 3. uer. patet ergo expremiſsis. Alex. conſi. 71. cuius caput eſt, conſideratis his, poſt prin. lib. 4. Barb. in repe. l. cùm acutiſsimi. col. 4. verſi. quintò facit, & ver. 7. faciat, & alibi ſepe. C. de fideicom. Corn. conſi. 11. quod incipit. in preſenti conſultatione, col. 3. uer. nec uidetur refragari, & iterum col. 9. uerſi. in ſuper ſi prædicta, lib. 3. & conſi. 194. cuius exordium eſt, uidetur in præſenti conſultatione, col. 1. eod. lib. 3. & conſi. 206. uiſo ſupradicto themate, col. 7. uer. ſed circa portionē, eo. li. 3. & conſi. 30. incip. in hac conſultatione, col. 2. ver. his tamen non obſtantibus, lib. 4. Soz. conſi. 147. hoc initio, uiſa facti contingentia, col. 5. uer. circa tertiam, li. 1. & con. 126. incip. uiſum fuit, col. 3. & alibi ſæpe in eo. con. lib. 3. & conſi. 93. cuius principium eſt, teſtamentum pre miſſum, col. 4. verſ. preterea interpretatio. & iterū col. 5. ver. ſexto loco. libro 4. Iaſ. con. 154. in cauſa mota per Iac. col. 2. lib. 2. & con. 230. factum ſic ſe habet, col. 3. eod. lib. 3. & ferè omnes doctores (quod iam ſupra diximus) de hac re loquentes.

6 ¶Hinc dicunt plerique omnes † ꝙ donatio ab eo facta, qui caret liberis, intelligitur habere tacitam hāc conditionem, ſi donans non ſuſceperit liberos, uel ut reuocetur, ſi donans poſtea liberos ſuſceperit. Et propterea ſi aliquos ſuſcipiat, exiſtente conditione reuocatur donatio ex hac l. noſtra. Ita nuncupatim uoluerunt Bart. Albe. & Bald. in utraque lec. hic. idem Bar. in d. l. j. col. 2. C. de inoffi. donat. & in d. l. ſi totas, & ibi quoque Ang. Fulg. & Pau. Ca. eo. tit. Old. in duobus con. ſupra alle. Io. An. in add. Spec. tit. de donat. col. 2. Ia. Bu. & Bal. in d. l. Titia Seio. §. imperator. ff. de lega. 2. idem Bal. in d. l. cū acutiſsimi, col. j. C. de fideic. & cō. 215. punctus qui dā donauit, l. 5. Coll. in d. c. vlt. col. pe. ver. ſed nūquid ille. de dona. Roma. cō. 194. incip. in propoſita queſtione, col. 3. uer. ſecundo quia præſens, & col. ſeq. uerſi. nec ſecundo refragatur, & con. 269. non eſt dubiū, in prin. Pau. Caſt. d. conſi. 335. lib. 2. Pet. Ferr. quo loco nuper citauimus. Cor. d. conſi. 11. col. 9. lib. 3. & d. con. 194. col. j. eo. lib. 3. & d. conſ. 30. col. 2. lib. 4. Barba. in repe. d. l. cum acutiſsimi. col. 42. uerſi. nota, quòd conſi. Fran. Aret. conſi. 24. quatuor dubia, in primo dubio. Sozi. ī rub. ff. de lib. & poſt. col. 4. uer. ſed cogita, & conſi. 225. uiſa prædicta. col. ult. lib. 2. Iaſ. conſi. 171. uiſo inſtrumento, col. 1. lib. 4.

7 † Sed ut redeamus ad amorē, & affectum parentum in liberos, qui l. noſtre ueluti baſis eſt. Habes de eo præter eos text. quos ſupra adduximus, & alios, uidelicet in l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſt. ibi, propter uotum parentum. & naturalem erga filios charitatē. Ex qua dicit Bald. in l. ædem, col. 3. uerſi. quid de patre. C. loca. quòd quemadmodum quis poteſt expellere colonum à domo, ſi eam ſuis vſibus neceſſariam probauerit, ita & ſi filio neceſſariā fuerit. Et optimus tex. in l. iſti quidem. §. vlti. ff. quod me. cau. vbi dicitur nihil intereſſe, an in ſe quis ueritus ſit, an in liberis ſuis, cum pro affectu parentes magis in liberis terreantur, quàm in ſeipſis. † Ex quo not. Accu. quòd pater plus diligit filium quàm ſeipſum; ſicuti etiam aſſerit Latinus Pacatus in Panegyrico, quem Theodoſio dicit. Inſtituente, inquit natura, plus ferè filios quàm noſmetipſos diligimus. Et

Et apud Titum Liuium libro tertio ab Vrbe condi. Verginius conſtanter aſſerit ſibi vitam filiæ ſuę chariorem fuiſſe, ſi liberè ac pudicè viuere licitum fuiſſet. [†Ariſtoteles autem lib.8. Ethicorū. ca.12. Aequè, inquit, parentibus vita liberorum chara eſt atq; ſua.] Illius autem.l. au&oritate ſubnixus Alber. Gan. in tracta. malefi. tit. de quæſt. & torm. col.2. ver. nunc videndum eſt, monet vt ſi pro quopiam delicto torquendi ſint pater & filius, primùm torqueatur filius in conſpectu patris, quò pater ipſe citiùs verum profiteatur, vt qui magis timeat in filio, quàm in ſeipſo, per d. l. iſti quidem. Quod & idem tradit Guido Suza. in tract. de tormē. col. 3. ver. quo ordine, & iiſdem quidē verbis, vt hinc poſſis intelligere alterum ab altero deſumpſiſſe. Et id quoq; voluit Bonif. Vitel. in tract. malefi. tit. quali. ſit fienda tortura. Ang. Aret. in tract. eiuſdem titu. in verbo fama publica, col. 34. verſi. nunc videamus. [& Alber. in rub. C. de quæſt. col.2. verſi. quid ſi torquendus.] & Hipp. Marſil. in. l. j. in prin. col. pen. ff. de quæſt. l. inauditum. col.2. ver. item adeò ſunt vera. ff. de ſicar. †Ex illo item tex. tradit Inno. in. c. cùm locum. extra de ſponſal. quòd ſicut metus in perſona ſua vitiat matrimonium, per illū tex. ita & in perſona filij. & ſequitē Card. Alex. qui dicit ita teneri communiter ibi, col. vlt. verſi. ſuccedit quæſtio. †Sed & eodem tex. ſuffulti Riminal. & Alcia. in. l. tranſigere. C. de pact. ſcripſerunt, quòd cùm in pœnis ſanguinis, non etiam in cæteris liceat tranſigere, vt ibi cauetur, ea ſcilicet ratiōe, quòd permiſſum eſt cuique quoquo modo ſanguinē proprium redimere. l. j. ff. de bono. eorum qui ſibi mor. con. Certè ſi filio accuſato pater in iudicium, ac defenſionem ſuſceperit: is æquè tranſigere poterit, ac ſi ſuam ipſius vitam & ſanguinem redimeret. Nam & apud Quintilianum, ſi is eſt, declamatione ſexta, pater ille ita proclamat. O quàm graue eſt mori: quantò grauius, quòd ego viuo ſuperſtes filij mei.

8 ¶†Et hæc quidem huiuſmodi exēplo comprobantur. Accuſabantur pater & filius homicidij, certum. n. erat alterum eorum id facinus per petraſſe, ſed vter id feciſſet, incertum. Carolus ſecundus imperator iuſſit filium ſuſpendi: quod intelligens pater, vt filium à morte vindicaret, ac in ſe pœnam conuerteret, ſponte crimen confeſſus, ideoq; ſuſpenſus eſt liberato filio, vt retulit è noſtris Andr. Iſer. in c. j. §. publici latrones, ad finem tit. de pa. tene. & Barb. qui illum citat, loco tamē nō deſignato, in rep. c. Rayn. col.43. & ſeq. de teſt. & in c. in præſentia, col. 37. de prob. & in c. j. col.2. de commo. & in repet. l. cū acutiſſimi, col. 23. C. de fideicō. & Paris à Puteo in tract. de ſyndicatu, char. pe. & Iaſ. in repe. l. ſi is qui pro emptore, col. 42. ff. de vſuc. & Matthę. Affli. in cōſti. Siciliæ, incip. pacterenorum, col. pen. verſi. ſecunda ratio. & Hippo. Marſil. in. l. j. col. pen. ff. de quæſt. & in. l. inauditum, col.2. ver. itē adeo. ff. de ſica. †[Ideo Bal. in. l. j. in fi. C. ſi rect. prou. in 2. lec. dicit quòd confeſſus per torturam filij dicitur cōfeſſus in tormētis.] Nec deſunt alia quoq; patrum exempla, quos non piguit ſuæ vitæ iactura liberorum vitam redimere: quando & apud Quintilianum, aut quiſquis is fuit, in declamatione. 11. cui titu. eſt, †Diues accuſatus proditionis. Cū

filij pauperis ad ſupplicium peterẽtur, pater ſeſe obtulit, illos vicaria, [& vt loquitur Virgilius] alterna, morte ſeruaturus. Quod qui miretur, non habet liberos, vt in ea ipſa declamatione ſcribitur. Tanquã. ſ. id ſit cõe naturaleq; omnibus parẽtibus. Suntq; item plurima aliorũ exempla, qui filijs ſuis ſuperſtites eſſe non ſuſtinuerunt. † Ex quibus duo hæc memorabilia ſubijciemus, Gordianus ſenior, cuius multas leges in noſtro C. habemus, audita morte filij, laqueo vitam finiuit, vt tradit Iulius Capitolinus. Sed multis ante ſeculis Aegeus Theſeo filio nauiganti in Cretam iuſſerat, ſi cõfecto Minotauro reuerteretur incolumis, albis velis vteretur. Theſeus aũt præcepti paterni oblitus, cum rediret, nigrum velum tetẽdit.

At pater, ut ſumma proſpectum ex arce petebat,
Anxia in aſſiduos cõtollẽs lumina fletus;
Cum primũ infati cõſpexit lintea ueli,
Præcipitẽ ſeſe ſcopulorũ ẽ uertice iecit,
Amiſſum credens immiti Theſea fato.

Hi enim ſunt verſus Catulli in nuptijs Pelei & Thetidis. Et hæc etiã hiſtoria recenſetur à Virgilio, ſi is eſt, in Aethnæ montis deſcriptione, & Plutarcho in vita ipſius Theſei. †Tradunt autem Solonem virũ cõſtantiſſimum ac ſapientiſſimum, vt qui vnus fuit ex ſeptem, cum Thales & ipſe vnus ex illis, hominem quempiam ſubornaſſet, qui ei renũtiaret filium ipſius mortem obiiſſe, cepiſſe caput cædere, miſerandisq; vocibus ac querelis omnia complere, & fortè mortem ſibi cõſciuiſſet, niſi Thales ipſe confeſtim ei cõmẽtũ aperuiſſet. De qua re & Plutar. in vita illius. †Sunt & parentes, qui filios in exilium ſecuti ſunt, veluti ſine illis viuere non poſſent. Rutilia enim, vt tradit Senec. in lib. de cõſol. ad Albinam, filium ſecuta eſt in exilium, & vſq; eo conſtricta fuit indulgentia, vt mallet exilium pati quàm deſideriũ: nec antè in patriã, quàm cum filio rediit: id quod magis in fœmina mirandum eſt, quæ libertatis amãtior eſt, vt in legibus noſtris Connubialibus planè oſtendimus.

9 ¶ † Sed ad noſtras leges reuertamur. In l. vlt. in prin. C. de cura. furio. hæc verba adſcribuntur. Quis etiam talis affectus inueniatur extraneus, vt vincat paternũ? A quibus nõ longe abeſt, quod ſcribitur in l. quidã cum filium. ff. de hæred. inſt. vbi Accurſius non ſemel, atque etiam Ange. ex eo no. †non poſſe filium inuenire meliorem amicum quàm patrem. † Sed & ex eadẽ Bal. in l. precibus, col. 11. verſicu. 3. hoc probatur. C. de impu. & ali ſubſt. tradit, quòd ſi amicus amico vult bona, quod eſt dictum Ariſto. lib. 8. Ethico. c. 2. & iterum. 7 quibus locis oſtendit eſſe veluti adagium, ſæpe & ab eodem Bal. citatum, †Certè multò magis pater filio: & idq; cenſet ſubſtitutionem à patre factã filio impuberi, interpretandam in dubio eſſe directam potius quàm fideicommiſſariam: quia etiã, inquit, in dubio pater ratione naturalis affectionis præſumitur filio prouidere, non eum grauare, per alia quædam iura, & idem iiſdem prope verbis reſpondit ipſe Bal. [conſil. 423. verba teſtamenti, lib. j. &.] cõſi. 35. pater filio ſuo, colũ j. lib. 2. Ex illa quoq; l. dicit idem Bal. in c. per tuas col. 2. extra de probat. quòd melior amicus mundi eſt pater. ſunt enim verba ipſius: id quod etiam ex ea. l. dicit Bal. ipſe conſi. 294. incip. dicta particula, ad fi. lib. 5. Adde & tex. in

l. Paulo

l.Paulo callimacho.§.Pomponius, iuncta glo.ff.de leg.3.†ex quo not. Bal.in d.l.precibus, col.5.ver.quid ergo ſi petijt nō idoneos.C.de vul ga.& pupil.quòd ardor amoris paterni materniq; eſt inæſtimabilis, quòd & ex eo repetit Maria.conſi. 9.proſequēdo ordinem,col.4.uerſ. xx.probatur, & Franc. Cur.ſenior conſi.47.ſuper controuerſia,col.3. verſi. tranſeo ad ſecundum. † Ex eoque tex.reſpōdit Bal.in pulchro caſu,conſi.137. per relictum,lib.4. interpretandum largè pleneque legatum quoddam à patre relictum filio. Sed & ex eo aſſerit Bal.in c.ſuper eo, poſt princ. de teſti. quòd quis diligit honorem, & incrementum ſuę prolis etiam ardenti deſyderio, [Ex eo quoque idem Bald. conſi.320.Ser Petrus, in fi.lib.1.dicit ardentem eſſe parentum amorē in liberos.] Adde, inquā,text.in l.nec in ea.ff. de adul.ibi,pietas patris conſilium capit pro filiis, & in l.ſi filius, & quod ibi dicūt Accur. & Bal.C. de patri. pote. & in l.j.§. taceat,ibi, naturalis ſtimulus parētes ad liberorum ſuorum educationē hortatur.C. de rei uxo. acti. & in §. ulti.Inſt. de noxa. ibi. quis enim patiatur, filium ſuū,&c. & in l. pe.§. Iulianus, ibi, affectu enim propenſiore magis, &c.ff.quod fal. tut. aut. & in l amiciſsimos.§. Lucius, ibi, cōtra naturales ſtimulos. ff.de execu.tuto. †Cuius auctoritate ſcribit Bald.in authen.ex cauſa, col.7. uerſi. ſecundo accipio.C. de libe. prete. quòd qui naturalem erga liberos charitatem non curat, uidetur habere morbum cerebri. & in l.propter inſidias, ibi pietas, & ratio naturalis animi.C. qui accu.nō poſ.† Cuius arg. ſcribit Bal. in d.l. precibus, ubi ſupra. quòd ſi mater petiit nō idoneos tutores filiis,cenſetur non dolo, ſed bona fide feciſſe.Sed & illā expendit Cyn. ſuper ea, ad naturalem parentum pietatem, quę & liberis aduerſus ſe peccantibus parcit.

10 Cuius † etiam rei memorabile nobis exemplum reliquit DAVID ille, alioqui affectuum minimè ſequax. Nam cum Abſalon filius primum quidem AMON etiam ipſius Dauidis filium inſidiis interceptū necaſſet, deinde & cum patris pellicibus fœdè congreſſus fuiſſet, poſtremò, & patrem ipſum, & regno, & uita priuare neruis omnibus cōtendiſſet, illius tamen mortem pater, cui hæc omnia erant comperti ſsima, adeò flebiliter, ne muliebriter dicam, deplorauit, ut ſeſe totū huic affectui permittens, in hanc lachrymabilem uocē proruperit, Fili mi Abſalon, Abſalon fili mi. Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te? ut ſcribitur,ij.Regum 18.c.& meminit etiam Cy.ipſe in d.l.propter inſidias, ubi & ſubdit alia pleraque exempla huius paternæ pietatis à Valerio Maximo fuiſſe prolata,lib. v.tit.7. †Inter quæ illud retulit de Seleuco, qui ceſsit filio uxorem Stratonicem,quā is miſerè deperibat. quod, & ab APPIANO in eo.libro,qui Syrius inſcribitur, & Plutarcho in Demetrio,& Galeno.li.j. prognoſticorum Hippocratis.c.7. [Iterumque lib. de præcognitione.c.6.] relatum eſt.& affatim deſcripſimus in noſtro, [Tractatu nobilitatis, c.31.nu.51.] Id autem aſſignat Eraſmus in Apophthegmatis Demetrio: ſed is memoria lapſus eſt,ob id forte, quòd Plutarchus in uita ipſius Demetrij hanc hiſtoriā deſcribit.† Quis igitur, ut redeamus, miretur ARTAXERXEM regnū Perſarum Dario filio ceſsiſſe, quòd nihil ſibi ablatum exiſtimaret,

ret, quòd in filium contuliſſet, ſynceriuſque gaudium ex procreatione capturum, ſi inſignia maieſtatis ſuæ in filio cõſpiceret, ut tradit Iuſtinus in initio lib. 10. †Et Ptolemæum illum primum Aegypti regem, qui regno publicè filio tradito, omni regno pulchrius regis eſſe patrem dicebat, apud eundẽ Iuſtinum lib. 16. Et potius non execretur Herculium Maximianum, qui cupidine reſumendi imperij, quo ſe ante abdicarat, nixus eſt filium Maxentium à prætorianis militibus Auguſtum nuncupatum imperio deturbare, vt tradunt Eutropius rerum Romanarum lib. 3. & Socrates apud Caſſiodorum hiſtoriæ tripartitæ.li. j.c.4.† Non item adeò mireris Hadrianum imperatorem, quòd eum in inſulam deportauerit, qui filium necauerat, quòd nouercam adulteraſſet, ut ſcribitur in l.diuus.ff.ad leg.Iul. de parri.

11 ¶Sed † & huc reſpiciunt text. [in l. cũ pater.§. mãdo.ff. de lega. 2.vbi ita ſcribitur, mãdo filiæ meæ ꝓ ipſiusſalute ſollicitus,&] in l.patrem.ff. quæ in fraudem cred. & in l. quod & lex.§. ſi eum quis. ff. de lib.ho.exhi.& in l.ſi mater, ibi, per coniecturam maternæ pietatis.C. inoffi.teſta,& in l.j.§.taceat, uerſi. ſileat.C.de rei uxor. acti. & in d.c. ſuper eo, de teſti. & in c.afferte, de præſumptio. ubi recenſetur illa. 3. Reg.3. c. hiſtoria de matre, cuius commota ſunt uiſcera, cùm Salomon iuſſiſſet infantem diuidi.† Ex quo not.Bal.& poſt eum Felyn. ꝙ ſicut confeſſio, ſiue renũtiatio litis facta metu tormentorũ ſuiipſius nõ nocet.l.j.ff. de quæſt. ita metu tormẽtorum filij. Nec mirum, ſi inibi commota fuerint matris uiſcera. Nam & apud Eſaiam.c.49. clamat dominus, Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? †Et quod præterea uoluit glo. in l.ſi filius, in fi.& ibi Bald. in utraque lect.C. de pat.pot.& idẽ Bal.in d.c. per tuas. col.2.extra de prob.ꝙ amor parentum abſcondi nõ poteſt.† Et quod etiam reſpondit Marianus con.54. magnifice capitanee, quòd quis nõ dicitur liber relaxatus è carcere, qui cogitur relinquere filium pro obſide, prout illum refert, & ſequitur Fely.ĩ d.c.afferte.col.2.& Hip. Marſi.in l.j.char.j.nu.6.C. de rap. virg.& in l.inauditum, ſtatim poſt prin.ff.de ſica.& ſing.160. pater & filius, & Bartho. Chaſſe. conſi.14. Chriſtianiſſimus, col.5.verſi.ſecundò coniecturatur.& iterũ conſ. 67. ad primum dubium, col.8.uer.ſtringo,& ulterius. Illud tamẽ con.Maria.reperire nõ potui. Faciunt huc & multa quæ latè in eam rem congerit Alex.conſi.52.incip. hanc dubitationẽ, col.antepe.li.4.& Barb. in locis prope infinitis, ex quibus ſatis erit ea deſignaſſe, quorũ nunc in mentem venit.ea ſunt in d.c.raynaldus, quo loco nuper citauimus, & in repetitione.d.l. cum acutiſſimi, in multis locis.C. de fideicõ. & con.29.illud afferam in mediũ, col. 2.lib.1.& conſi.48. quod eſt eiuſdẽ initij, col.vlt.eo.li.j.& conſi.9.pręclarè ſcribitur, col.j.li.2.& con.20. illud afferam in medium, col.5.eo. lib.2. & conſi. 60. quod eſt eodem exordio, col.5.eo.lib.2. & con.81. præclarè & luculenter, col.3.lib.4. & conſ.88. ſapiẽter ſcribitur, col.j. eo. lib. 4. Et ubique ferè aduocat, ſicuti etiam Alex.d. conſi.52.illud Virgilianum lib.j.Aeneidos, quod nos in argumẽtum huius noſtræ.l. aſſumpſimus.

Oĩs ĩ Aſcanio chari ſtat cura parẽtis

Multa itẽ de huiuſmodi parẽtum amore

amore aggregauit ex antiquioribus Oldra. con.95. ex forma iſtius, col.2. & Maria.d.conſil.9.col.4. & iterum conſil.23. circa prędictam, col.5.uerſi.& ſic prædicta, Sed mul to plura Sozi. huius filius. con.26. cùm ſuper,lib.4.ubi ex eo uo.inter pretatur mentem cuiuſpiam teſtatoris, ut ibi omnibus uidere eſt in promptu. & nouiſſimè Ludo. Gomeſſius in §.actiones autem, col.3. uerſ.ſecũda regula.Inſtit. de actio. Ex externis autẽ ſcriptoribus Plutarchus uir in omni doctrinarum genere excellentiſſimus,librum pe culiarẽ de ea re ſcripſit hoc titulo περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα φιλοστοργίας,ideſt,de amore parentũ in liberos,ex quo poteris aſſumere quæ tibi uidebuntur, †& Rabbi Moyſes Aegyptius lib.perplexotũ, j.c.6.dum rationem reddit, cur lege Moſaica prohibetur parentem, & filium uno die decollari, & è recentioribus Baptiſta Fulgoſus memorabilium lib.5.tit.7. qui eſt, de parentum indulgentia in liberos. †Nec tamen prætermittam quod apud Euripidem Andromache filium ſuum uocat uitæ oculum.

Εἷς παῖς ὅδ᾽ ἦν μοι λοιπὸς ὀφθαλμὸς βίου.

Nec† quod ſcribitur de Iacob illo ſãctiſſimo Patriarcha Geneſeos. 37.Sciſsiſque ueſtibus, indutus eſt cilicio lugens filium ſuum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius, ut lenirent dolorẽ patris, noluit conſolationem accipere, ſed ait, deſcendam ad filium meum lugẽs in infernum. Quodq́; plerique,& inter hos Barto. noſter in l.liberorum, col.j.in 4.not.ff.de verbo.ſigni. [Albert.in l.Gallus.§. inſtituẽs,col.2.ff.de lib.& poſth. & in 2.parte ſtatu.q.107. item an ſtatutum loquens de filiis,col.2.] & Bal.in l.maximũ,col.4. uerſi. præterea fil:us.C.de libe.ꝑte.& in l.ul. in fi. C. de uerbo. ſignifica. & in c. quæ in eccleſiarũ, col.ult. extra de cõſtit.[& in c.j.§.& quia uidimus, col.3.uerſi. & dic ꝙ filius, tit. qui feud.dare poſ. & conſi.487. in iſto puncto, poſt princ.lib.2. & conſi.] 441.ad euidentiã præmittẽda ſunt, in fi.lib.3. & Raph. Fulg.con.159. Seius,& Aurelius,col.j.in fi. & Coepola cauſarũ ciuilium conſi.7. punctus qõnis,col.4.uerſi. item hoc ꝓbatur. [& Alex. conſi.j. perſpectis uerbis teſtamenti,col.pe. uerſi.primo caſu,lib.1.] †Volunt filium ita ab amore dictum,quaſi φίλιον, ob ingentem illum amorem parentũ, uerum ſyllaba repugnat. Ideo alij, ut hoc in tranſcurſu dicam, à Græca uoce υἱός dictum malunt,quæ filium ſignificat, addito ſcilicet ex more, Aeolico digammate ϝυιός, ſicuti ϝελένην ἑλένην dixerunt. Nam & Aeolico ſermoni Latinum eſſe ſimillimum tradit Quintilia. lib. oratoriarum inſtõnum.j.c. 10. †Et quod item à nõnullis traditur. l.ulti.C.de pac.qua improbatur pactum filiorũ de ſucceſſione parentum, ne inducatur uotum captandæ mortis, non habere locum è diuerſo in pactis parentum de ſucceſsione liberorum, †quia licet interdum filii inſidientur uitæ parentum:ut dicit gloſ.in d.l.ulti.quæ allegat text.optimum in §.penul. Inſtitu.quod cũ eo, & eſt etiam text. in d.l. propter inſidias.C. qui accuſa.non poſ.& in §.mater, in authẽ. de nup.Et illud Ouidii ,lib.j.Meta. *Filius ãte diẽ patrios inquirit ĩ ãnos.* Nuſquam tamen repertum eſt parentes uitæ filiorum inſidiatos fuiſſe. In qua ſententia fuere uterque Dec. & Lancel. & Phil. in d.l. vlt.

Quanquã Bal. Sal. Pau. Caſt. Alex. & Hiero. Cagno. ĩ repe. illius, aliud opinantur. Nam quãuis, inquiunt, ceſſet illa ratio inſidiandi, non tamen ceſſat alia generalis poſita in fi. illius. l. quoniam. ſ. non licet paciſci de bonis uiuentis citra illius uoluntatem. Et ita omnes concedunt ingentem illum parentum amorem in liberos.

12 ¶Sed † ut redeamus, quid quòd licet amor uxorius cæteros omnes ſuperare uideatur, propter illud Dei Optimi Maximi oraculum, Relinquet homo patrem ſuum, & matrẽ, & adhærebit uxori ſuæ, & erũt duo in carne una, qđ ſcrib. Geneſ. ij. & repetitur Matt. 29. Marci. 10. & ad Epheſeos 5. ut iam poſsis intelligere maximum habere momẽtum, quod tam frequenter ſacræ literæ inculcant, ac repetunt. Vt interim omittam, quod adoleſcens ille Zorobabel lib. Eſdræ, 3. capi. 4. eleganter propoſuit. Homo patrem ſuum relinquit, qui enutriuit illum, & ſuam regionem, & ad mulierem ſe coniungit, & cum muliere remittit animam, & neque patrẽ meminit, neque matrem, neque regionem. Et Paulopoſt, Diligit homo uxorem ſuam, magis, quam patrem, aut matrem. In quã etiam ſententiam eſt illud Homericum lib. 14. Iliados.

εἰς εὐνὴν φοιτῶν τε φίλυς λή-
θοντε τοκῆας·

quo planè ſignificatur uirũ, & uxorem parentum charitatem præ coniugali obliuiſci. Ex quo illud Propertianum lib. 4.

Omnis amor magnus, ſed apertè in cõiuge maior.

Quamuis, inquam, ut hoc repetã. amor uxorius omnibus maior eſſe dicatur, hic tamen tantus amor cedit amori parentum in liberos, ſi credim⁹ Accurſio, Bar. & Ang. egregiis legum doctoribus. Illis quidẽ in l. Lucius, ff. de uulga. & pupil. ſubſtitutio. huic autem in conſi., 144. cuius caput eſt, ad primum, col. 3. quibus locis aſſerunt non eſſe ueri ſimile uirum diligere uxorem pluſ quam filium, allegant Bar. & Ang. in d. l. cùm acutiſsimi. C. de fideicõ. & l. generaliter. C. de inſti. & ſubſt. quæ quidem leges loquuntur in caſu huic noſtræ. l. proximo, ut ſupra in princ. diximus. quamuis de uxore non loquãtur, hoc tamen no. ad id quod dicemus infra in gl. in uerbo, libertis, in ulti. q. ubi hoc plenius attingemus.

13 Et † ut intelligas hunc parentũ amorem à natura proficiſci, eſſeq; cõmunem omnium animantium, audi quod ſcripſerit diuus Ambro. lib. Hexameron. 6. c. 4. Natura hoc beſtiis infundit, ut catulos ꝓprios ament, fœtus ſuos diligant. Et paulò pòſt. Quæ fera pro catulis non ipſa potiſſimum ſe offerat morti? Quæ fera fœtus ſuos, innumeris licet obſceſſa cuneis armatorum nõ ſuis uiſceribus tegat? ingruat licet telorum ſeges, illa tamen paruulos ſuos muro ſui corporis ſeptos immunes præſtat periculi. Hęc ille. Cui planè concinit Homerus ille ſagaciſſimus omnium rerum explorator, comparans Menelaum inter confertiſſimos hoſtes pugnantem pro Patroclo, matri quę pugnat pro uitula, quam primum peperit. huius carmẽ eſt ſtatim in initio lib. 17. Iliados.

Οὐδ' ἔλαθ' ἀτρέος υἱὸν ἀρηΐ-
φιλον μενέλαον
πάτροκλος τρώεσσι δαμεὶς ἐν
δηϊοτῆτι
Βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθ-
μένος

μένος αἴθοπι χαλκῷ
ἀμφὶ δ' ἄρ αὐτῷ βαῖν' ὥς τις
περ πόρταχι μήτηρ
πρωτοτόκος κινυρὴ οὐ πρὶν εἰ-
δυῖα τόκοιο.

14 ¶Sed †& lõgius id proſequitur Apollonius Tyaneus apud Philoſtratum;in uita ipſius,lib.2.vbi plane oſtendit id quod diximus.ſ.naturalem eſſe omnium animalium amorem in fœtus proprios. Nam elephantes flumen quoppiam trãſeuntes:ſuos pullos deferunt, uinculis,ne fortè cadant, eos complexi. Vrſi licèt feritate cæteras belluas ſuperent, pro catulis tñ omnia faciunt. Itidem quoque faciunt lupi, rapinis tamen intẽti,fœmina enim partus cuſtodit, maſculus autẽ pro catulorum ſalute cibos ad ipſam defert. Itidem etiam pantheræ faciunt, quæ propter caliditatem matres fieri gaudent, & tunc maribus dominari nolunt,ac domui præſidere,mares uerò patienter omnia ſuſtinent propter catulorum amorẽ. Leænæ autem ſentientes ſe ex pardorum concubitu grauidas eſſe, in montes cõfugiunt: pariunt autem maculoſos catulos,quos ideo in dẽſiſſimis ſyluis occultatos nutriunt, ſimulantes uenationis cauſa à maribus abeſſe. Leones enim ſi fortè uiderint,eos lacerãt. Quod ſi leonem catulos habentem quis inueniat, animaduertet ipſum pro catulis toruè aſpicere:uenientemque ſeſe ad pugnam parare. Tigris quoque inſigni crudelitate animal ad naues uſq; procedit catulorum repetundorum gratia, illisque receptis cum gaudio abit. quòd ſi catulis ablatis abeuntem nauem aſpiciat, mœſta in littore ululat, quandoq; etiam ob doloris magnitudinem moritur. Aues quoque uidemus pullorum cauſa multa facientes,uelut aquilas, ac ciconias, quæ nunquam nidos extruunt,quin lapides illis imponant. Hæc quidem à ſe aquilinum uocatum, illa verò lychnitum appellatum, propterea quòd facem adhibent, ut oua fœtũ producant, & ſerpentes nidis non appropinquẽt. Quòd ſi maritimas etiam belluas conſuleremus,nemo admirabitur delphines ſuaptè natura benignos amare ſuos fœtus. Balenas autem & Phocas, & cætera,quæ fœtus uiuentes edũt, nemo contra nõ admirabitur. Cum ego, inquit,ĩ Aegis inſula uiderim Phocam à piſcatoribus comprehẽſam, mortuum filium,quem in carcere, vt ſic dicam, pepererat, ita deplorare, ut triduo à cibis abſtinuerit, quanuis omnium belluarum voraciſſima ſit. Balena autem faucibus filios abſcondit,ſi quãdoq; maiorem belluam fugere eos contigerit. Viperà etiam viſa eſt ſerpentes, quos peperit,lingua lambere,& quaſi expolire.Cumque Damis, cui Apollonius hæc recitarat,ex his laudare ſe dicebat illud Euripidis. †Omnibus profectò hominibus filii ſunt anima. Confeſtim ſubiunxit Apollonius id ſibi ſcite, & ſapienter dictum uideri,ſed ueriùs multo, & ſapientiùs Euripidẽ dixiſſe,ſi de omnibus animalibus eandem protuliſſet ſententiam, in hunc modum. Cunctis animalibus filii ſunt anima. Hæc Philoſtratus. Cui in eo quod de urſis dicit, ſubſcribunt ſacræ literæ. Nam ij.Reg.17.c.Amaro, inquiunt, animo, ueluti ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſæuiat. Et Prouerbiorum 17.item c. Expedit magis vrſæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti ſibi in ſtultitia ſua,& Oſeæ.13 cap.Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis.

Quo in loco Hieronymus, Aiunt, inquit, qui de animalium ſcripſerunt naturis, inter omnes feras nihil eſſe vrſa ſęui us, cũ pdiderit catulos. Sed & ei qđ de leone traditũ eſt, aſtipulatur Home. hæc ſcribẽs li. Iliad. 17.

εἱςήκει ὥς τίς τε λέων περὶ ἷσι τεκέεσιν
ᾧρα τε νήπι' ἄγοντι συναντήσονται ἐν ὕλη
ἄνδρες ἐπακτῆρες. Id eſt,

Vtq; leo in ſylua ſtabat ſua pignora circum *(agenti*
Cui manus occurſet catulos nemus ĩter
*Venatrix acc*ĩ*cta uirũ*. & iterũ li. ſeq.

πυκνὰ μάλα ςενάχων, ὥς τε λὶς ἠυγένειος
ᾧ ῥά θ' ὑπὸ σκύμνες ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ
ὕλης ἐκ πυκινῆς, ὁ δέ τ' ἄχνυται ὕςερος ἐλθὼν
πολλὰ δέ τ' ἄγκε' ἐπῆλθε μετ' ἀνέρος ἴχνι' ἐρευνῶν
εἴποθεν ἐξεύροι μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ: Ideſt,

Crebra gemens nimium tanquam leo uiribus ingens *(dax*
Faucibus, abſenti uenator ſi catulũ au-
Abripuit dẽſo in ſaltu, dolet acre, ſequensq; *(quò*
Deĩde nemus uerſat ſcrutãs ueſtigia, ſi
Verſa uiri inueniat, rapit illum bilis amara.

[Et Horati⁹ li. Carminũ 3. Ode. 30.
Non uides quanto moueas periclo
Pyrrhæ Betulæ catulos leanæ.]

De eo aũt quod de Tigride dictum eſt, uide & Pli. li. 8. ca. 18. & Aelianũ lib. hiſto. aĩaliũ. 5. [Et Senecã Tragœdiógraphum in Medea,
Vt tigris orba natus
Curſu furente luſtrat
Gangeticum nemus.]

De Elephantis quoque idem dicit ipſe Aelianus lib. j. ubi & alia pleraque de eorum amore erga filios ſuos tradit: nec in uno tantum loco: & in poſtremo aſſerit riſu obruendos eos eſſe qui utrùm naturalis ſit necne amor parentum in filios, dubitãt, cũ ſit in brutis aĩantibus. Sed & idem li. 14. de Aquilis quoq; in eãdem ſnĩam loquitur. [Nam & de ipſis atq; etiã uulturibus eſt illa Homeri ſimilitudo, lib. 16. Odyſſeę,

Κλαῖον δὲ λιγέως, ἀδινώτερον ἤτ' οἰωνοὶ
φῆναι ἢ αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες οἷσί τε τέκνα
ἀγρόται ἐξείλοντο πάρος πετεεινὰ γενέσθαι.

Quibus ſignificatur illos de quibus loquitur flere abundantius, quam Aquilas, aut uultures, quibus ruſtici filios eripiunt, antequam euolare poſsint. De Delphinorũ in ſuos fœtus amore, uidebis, & tu multa apud Aelianum ipſum eodẽ illo opere ſupra citato. lib. 10.] Nec hęc latuerunt Bal. noſtrũ, qui in le. j. co. 5. uer. expedita eſt. C. unde ui. ſcribit bruta aĩalia ſalutẽ filiorum quadam naturali iuſtitia tueri, & defendere.

15 ¶Sed † quis hunc parentum affectum in liberos miretur, quando filius ſit portio corporis patris. [uel teſtimonio Ariſtotelis lib. 5. Ethicorum, c. item 5. &] l. cũ ſcimus. §. ult. C. de agri. & cẽſi. lib. 11. [vbi Lucas pen. de hac re multa collegit & illum] tex. ad hoc aureum dicit Bald. conſi. 234. inci. decretum magnifici, col. j. lib. j. †Et ex eo not. Bart. quòd ſi ex ſtatuto non allibrati non debẽt audiri neque in ciuilibus neque in criminalibus, certe libra patris proderit filio. † atque etiã ſi ſtatuto abſentes non potiantur priuilegiis ciuitatis, ſatis eſt patrem eſſe in ciuitate, ut filius abſens priuilegiis potiarut,

tur,perinde ac ſi præſens eſſet.Et ſe quitur Ro. in l.j.§.domini,l.ij.ff. de S.C.Syl.& Paul.Ca. cõſi.110. ſuper primo quæſito uidetur dicendum, col.2.uerſ.in contrarium facit,lib.j. Et è diuerſo per illum tex.conſuluit Ang.cõ.270. cuius eſt initiũ,ſtatuto ciuitatis cauet, ꝙ ſi quis ſteterit, ꝙ nõ uidetur abeſſe a ciuitate, qui ĩ ea reliquit filios †qui ſunt pars corpis ipſius.Ex hocq; infert ad interpreta tionẽ ſtatuti.Idẽq; dixerat Bal.d.cõ. 238.li.j. Neq, tñ filius eſt pars cor- poris patris†ſed uterq; &pater & fi- lius ſunt tanquam unum corpus, vnaque perſona, ut aſſerit tex. in l. ulti.C.de impub. & ali.ſubſti. quem multum commendant omnes doct. ibi,inter quos Bal.ad fi.†dicit quòd id quod unus habet,cenſetur,&alter habere.& Ange.etiam ad finẽ. quod habitatio patris cenſetur habita- tio filii ad conſequendum beneficiũ uel priuilegium, ad quod quidẽ con ſequendũ requiritur habitatio.quod etiam uoluit Bald.in l.illud.C.com. de man.Sunt,inquam,pater & filius una caro.§. hac auctoritate. 35. diſ. Cuius auctoritate affirmat glo.in c. ſtudeat,in uerbo,ſui.54.di.& in c. ſu per eo,extra de teſtib.quòd pater,& filius cenſentur una perſona, atque etiam gl.in cap. tibi domino,in uer- bo,& iuuare, in fi.63. diſt.j. quæ ex hoc dicit,quòd in patre,& filio ſuffi cit reuocatio mãdati,& ſi de ea cer- tior non factus ſit mandatarius,per l.ſi pater.ff.de manu. uin. de quo tu uide Card.Flor.in cle.j.col.4. uerſi. & ad prædicta.de renun. & Fel.in c. ex parte decani, col.11. uerſi. fallit ſeptimò,extra de reſcript. †Et alia item glo.in c.4. de pœnit.diſ.3.quæ & ex hoc quoque dicit, quòd licet quis non poſſit ieiunare per alium, arg.tex.ibi, poteſt tamẽ per filium. Et † ut ſcribitur in §. ei uerò,Inſti. de inutil. ſtipul. uox unius cenſetur eſſe uox alterius.† Ideo Bald.in l.2. in fi. C. de legib. hæred. dicit quòd promiſcua eſt poſſeſsio patris, & fi- lii, & quaſi unum corpus, ut quod unus poſsidet, alter poſsidere cen- ſeatur,per l.ulti.C.de vſufr.Quibus concinit quod apud Saxonem hiſto riæ Danicæ lib. 7. dicit Synaldus; ſuos ipſius liberos a ſe non eſſe di- uerſos,quem ſuæ generationis au- ctorem habuerunt, ſeque ac filios unius hominis loco eſſe cenſendos, quibus ueluti unum corpus à natu- ra tributũ uideatur. Quodque ſcri- bit Pau.Caſt.con.264.incip. in præ ſenti cauſa,col.3. lib.2. carnem filii eſſe ueluti carnẽ patris auctam, ita quidem,ut licet efficiatur nouus hõ mo propter nouam animam,non ta men dicitur primus homo omnino extinctus poſt mortem ipſius. Qui- bus [ſubſcribit illud Eccleſiaſtici. cap. 30. mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem e- nim reliquit ſibi poſt ſe. Et quod] Hieronymus appellat liberos uiſce- ra parentum, in epiſtolam Pauli ad Philemonem. Nam & ipſe Paulus inibi ad id alludens, Tu autem, in- quit,illum,i. mea uiſcera ſuſcipe. & Canape Ouidiana ad Macarium.

Cũ mea me corã ſyluas inimicus i altãs
Viſcera montanis ferret edenda lu-
pis. Et paulò pòſt,
Diripiunt auidæ uiſcera noſtra feræ.

Et Dido quoque ipſa Ouidiana ad Aeneam:

Forſitan & grauidam Dido ſcelerate
relinquis.
Parsq; tui latitat corpore clauſa meo.

16 †Ex quibus illud fit,quòd licet cũ uindicta permittit, ea debeat ab eo tantum capi, ac propriis ipſius ma- nibus,cui conceſſa eſt. non etiam al teri demandati.l. ſeruus ſi hæredi, ibi perſonæ duntaxat eius. ff. de ſtatu

ſtatu lib. & uoluit gloſ. in l. cùm fundũ.ff. de ui & ui armata. & Bal. in l.ad officium,in ſi.C.com.diuid. cum multis concordã.à me congeſtis in noſtris cõſuetudinibus ti.8. §.item 8.in glo.2.[& iterum in noſtro tract.retractatuum, tit.j.q. 26. in glo.j. nume. 62. ſed caue.] Poteſt tamen id per filiũ agi, tanquã ſcilicet per eandem perſonam actũ videatur,per tex.in l. Gracchus,C. de adult. quem ita intelligit Bal.& expreſſius Sal.ibi,& Bar.in l.nõ ſolum.§.ſi mandato,col.2. uerſi. circa primum.ff. de iniuriis, & Ro.in l.j.ff.in ius uocati ut eant, & conſi. 484.incip.hoc quod uicinus, uerſi. quarto idem probatur. Alex.& Iaſ. in l.j.§. vſufructuarius.ff.de oper. no.nunt.& Pet.Belluga.in ſpeculo principum, tit. de principe prohibẽte militem guerrificare.§.j. col. 9.uerſi.ad ſecundũ eſt videre,[Ange.Aret.in tract. malefic. in verbo, che me hai adulterato, n.64.an maritus poſsit] & Felyn.qui hoc dicit notandum tanquam nouum, in ca. quæ in eccleſiarum,col.4. ver. hoc intellige,extra de cõſt. & in c.ſi vero,l.j. col.j.verſi. limita niſi pater, extrà de ſenten. excom. & Hippol. Marſi. in l.j. char.j.in paruis.nu.4. C. de rap. virg. & in l. mandatum, poſt princ.ff. de ſicca. & ſing. 448. habens poteſtatem. Quanquam cõtrarium uoluerit idem Felyn. ipſe ſibi ideò cõtrarius, in c.vlt.§.is autem,col.vlt.extra de offic.deleg.† & ante illum Bald.quem tamen nõ allegat,conſil.173. in ciuitate cleric. col.2.lib.3.vbi dicit per glo.in d.l. cùm fundum, quòd ſtatutum permittens uindictã offenſo, intelligitur de eo tantum, qui eſt corporaliter offenſus,non de eo qui iuris fictione eſſet offenſus. unde pater,inquit,& filius offenſi nõ poſſunt huiuſmodi vltionem ſumere. Quanquam dici poteſt,Bal.ibi loqui quãdo filius ſine mandato, aut iuſsione patris ueluti iure proprio id vellet facere, quod utiq; non poteſt, ut in caſu d.l. Gracchus,noluerunt Bal.& Saly.in ea & allegat ipſe Sal. l.patri, & l.ſeq. ff.eo.tit.de adulte. †Sed quicquid ſit de ea re, certè priori ſententię adſtipulatur.quòd licèt ubi eſt electa induſtria perſonæ,non poteſt alter ſubſtitui.d. ca. vlti.de offi. deleg. cum ſi.poteſt tñ filius delegari,ut pulchrè & not. voluit Ro.in d.l.j.ff.ĩ ius uoca.ut eãt. per l.ſciendum,§.legati.ff.de legatio,† vbi legati vicarios dare non alios poſſunt, niſi filios ſuos. Ex quo dicit Bal.ĩ rub. extrà de ꝓcur. co.vl.ver.nũquid ambaſiator,ꝙam baſiator(ita vocãt barbari legatũ)ſi ægrotat,aliquem loco ſui cõſtituere non poteſt,niſi filium ſuum.& illud Ro.dictum ſing. reputat Fel.in c.j.col.j.in fi.extrà de mag.& Hip. Mar. in d.l.j.nu.6. C.de rap.virg. & ſing.160.pater & filius. Licèt de hoc uideatur dubitarę ipſe Fely. in c.afferte,col. 2. extra de præſump. & etiã Franci. Purp.in l.more,col. 13.verſi.& reſtringi debet.ff.de iuriſd.om.iud.& in tract. de off.aſſeſſ. col.pen.& apertè contrariũ teneat ipſe Fely.negans illum text. extra ſuum caſum extendendum, in d.c. vlti.§.is aũt,col.vlt.de off.deleg.;& vide hic ẽt text.in l.filius.ff.delega.

17 Ex† eadem officina prodit nouum Barb.dictum,ut ipſe appellat, & vt ego quoque addo,mirandum, in tract.de pręſtan.Cardin.parte.j. q.item.j.col.9.ver.ſextò cardinalatus,quòd filius vaſſallus patris non tenetur iurare fidelitatem ipſi patri, cùm ſit una utriuſque, & eadẽ perſona:quemadmodũ, inquit †nec tenentur cardinales iurare papæ, quia

quia ſunt pars corporis ipſius,ut dicit ſing. Hoſti.in c.antiqua,de priuil. licet epiſcopi iurent.c.ego. N. de iureiur. Quod quidem Barb.dictum,an verum ſit, non parum dubito tum quia in ea re, quæ uinculum animæ reſpicit, cuiuſmodi eſt iuramentum,nõ poſſunt uideri pater & filius una eademq; perſona, †quemadmodum nec vna anima, vt etiam dicit è noſtris. Bal.in l.maximum vitium,col.2.in fi.C.de lib. præter. immò nec portio animæ, †cû n anima non ſit ex traduce, ſicut corpus,ex Ortodoxorum ſententia, quicquid aſſeruerit Apollinarius.[& Tertullianus, & maxi. pars Orientalium.] de quo.per gl. in c. quod verò. 32.q.2. Gregorius Nyſſenus lib. philoſophiæ.2.cui titulus eſt de anima.c.6.[diuus Hieronymus ad Pammachium aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani, & aduerſus Ruffinum Apolo. 2. & epiſtola earũ,q̃ ſunt diui Auguſt. 27.&ipſe Auguſti.epiſt.ſeq.&in epiſto.7.quæ eſt ad Marcel.iterũq; epiſto.157.ad Optatũ.] Ideoq; nec iuramentũ,unius eſt iuramẽtum alterius,vt no.in c.veritatis,de iureiur. & in l. generaliter,in prin.C. eo.ti. & copioſiſſimè diximus in noſtris conſuetudinibus ti.9.c.3. in glo.j. Tum quoque,quia hoc reſpectu, ꝙ alter eorum eſt dñs feudi, alter vaſſallus, ſunt diuerſæ perſonæ.†Quẽadmodũ ſi è diuerſo filius eſſet magiſtrat⁹ patre ſuperior,certè in ijs quæ ad munus ipſius magiſtratus pertinent, pater ius ſuum amittit, nec vt. pater cenſendus eſt, ſed vt alius quilibet.l.ille à quo,§. vlt. ff. ad treb. & eleganter ex Phauorino illuſtri philoſopho non minus illuſtri exemplo comprobat Gellius lib.noctium Atticarum,2.c.item 2. & late etiam diſſeruimus in tracta. nobilitatis.[c.28.nu.8. quid quòd tantus, & multus ſeq.]

18 ¶ Sed † utcunque hoc habeat in hoc Barb. caſu, certè eodem ſpectat,quod ſcribit glo.not.in l.ſi ita quis §.ea lege.ff. de uerb. oblig. ꝙ prohibitus alienare in potentiorẽ, poteſt nihilominus alienare in filium ſuum etiam potentiorẽ, quaſi non cenſeatur alienare in aliũ, qui in filium alienat,& ſequuntur Bar. Raph. & Iaſ.ibi & ipſe Bald.in l.ea lege,col.pen.uer.quinto quæritur, C.de cõdi.ob cauſ. per tex. de quo mox loquemur.ſ.in l.in ſuis.ff.de libe. & poſth. ſequitur item Firmia. in tract.de epiſco.in 4.par. lib.4.in 45.q.4.uerſi.an autẽ prohibitus. Felyn. in d.c.afferte,col.2.de præſumpti.& Hipp. Marſi.in l.inauditum, colum.2.ff.de ſica.& in l.j.nume.8. C. de raptu virgi. & ſingul.160. in cip.pater: & filius, vbi hoc dicit ſingul. & Ludouic. Gomeſſ. in §. quædam,col.9.verſic.quinto limitatur,Inſt.de actio. Et generaliter dicit Bal. in l. cum pater.§. cùm inter,per illũ tex.ff.de lega.2.ꝙ prohibitus alienare. poteſt tamen in filium alienare, quod & idem aſſerit ipſe Bald.conſi.358.quidam Lucanus,col.2.uerſi.de eo autem,lib. 1. per not.in d. §.ea lege,& in l.1. C. de impo.luc.deſcrip.lib.10. & rurſum ipſe Bal.conſi.253.incip.caſus talis eſt,quidam de ciuitate, col.2. lib.3. & con.460. punctus talis eſt, quidam reliquit.col.1. lib. 5.vbi & id dicit procedere in filio naturali, & conſi. ſeq. quando teſtator prohibet,in princ.eo.lib.5. Nam & dicitur, inquit, potius continuatio. quàm alienatio, per d.l.in ſuis. A quo non longe diſtat quod reſpondit idem Bal. con.52. hoc exordio, ſubſtitutio facta, circa mediũ,li.2. per d.l.in ſuis,&alia quædã iura,vt ibi

ibi uidere poteris,& Raph. Fulgo. con.117. Ioannes,col.3. uerſi.reliqua deliberatio,&cõ.215.ĩ primo, col.2. dum utrobique allegat not. in d.§.ea lege.[& uide interim D. à Rota deciſio. 177. ceſſio facta in nouis,ubi diſputatur,utrum ualeat ceſſio à patre facta filio clerico.]

19¶Et† ſanè in hæc omnia eſt optimus text. in d.l. in ſuis. cuius hæc uerba ſunt, in ſuis hæredibus euidentius apparet continuationem dominii eorũ perdurare (ita enim ſcribendum eſt. non perducere) ut nulla uideat̃ hæreditas fuiſſe, quaſi olim hi domini eſſent,qui etiam viuo patre quodammodo domini exiſtimãtur. Et paulo pòſt. Itaq; poſt mortẽ patris non hæreditatem percipere uidentur,ſed magis liberam bonorum adminiſtrationem conſequuntur† Ex quo not.Ange. Imo. Raph.Cu.& Franciſ.Aret.quòd ſtatutum ex quo debet ſolui gabella ex acquiſitione dominij, aut etiã ex hæreditate non comprehẽdit filium hæredẽ patris, quod & tenuit idem Angel.in l.cum in adoptiuis. col.2.C.de adop.& Ioan.Plat.in d. l.j.in 2.no.C.de impo.lucra.deſcri. & in proœmio Inſti. in uerbo, alemannicus,& latè Corne.conſi.268. in hac cõſultatione,col.3.lib.3.ubi ſup hoc nuncupatim cõſuluit,&Benedict.Cap.con.41 .hoc capite.etſi Venantius, & Barba. con.49.illud afferam,col.2.lib.1.& Philip.Dec. in l.ult .col. 3.uer.& ſi expreſsè ſtatutum,C.de edict.diui. Adr.tollen. & con.262. in cauſa magnifici, col. 2.ver.ſeptimò. De quo tamen vide Alex .& Iaſ. in d.l. in ſuis†Et idem in ſtatuto iubente ſolui gabellam. ex quolibet lucro:ut ſcilicet non comprehẽdat ſucceſsionem patris obuentam filio,voluit Bar.& Plat. in d.l.1.in prin. C.de impo.luc. de ſcrip.lib. 10.& ſequitur[Alex.cõſi. 144.Viſo themate, col.4.uerſi. nec ſimiliter.] Sozi.conſi.118. ſi volumus,lib.3.&illius præceptor Frãc. Aret.in l.ſi duo, col.1.in fi.ff. de acqui.hæred.ubi dicit facere tex. no. in l.ſi quis in teſtamento,ff. de condi.inſti. ubi ipſe Bart. circa mediũ, illius rationem reddit,† quia hæreditas patris non eſt propriè lucrũ; & qui eam perdit: dicitur pati damnum,per l.vlt.C.de codicil.aut certè quaſi damnum, ut not.in l.2.C. de iur.& fac. ign. Sequitur etiã idẽ Aret.conſi.2. cuius eſt initium, intellecta diligẽter,col.1.uer.pro iſta concluſione. Licet idem in d.l.in ſuis,in prin. ita referat Bar.tanquã contrarium tenuerit,& ita etiã illũ ſequitur ,ſibi contrarius. Sed priorem ſententiam ſequitur Georg. Na.in repe.c.quanuis.col.pe.uerſ. tu tamen.tenendo,de pac.lib.6.ubi reprehendit Ang. qui aliter tenuiſſe uidetur in §.ſi uero expectet, in auth. de nupt. † Et pro ea ſententia optimè facit, quod non admodum longe uoluit gloſ. in cap. paſtoralis,in verbo,quaſi de lucro,extra de deci.quòd licèt de omni lucro debeat ſolui decima, per text. ibi non tenetur tamen filius ſoluere ex hæreditate paterna,per d.l.in ſuis, & d.l. ulti. C. de impu. & ali. ſubſt. & illam glo. ſequuntur Ala. Vincen.Hoſt.Io.An.& Pan.ibi.Rapha.Co.in d.l.in ſuis. & nouiſsimè Philipp. Deci.in l.ulti.col.2. verſi. ulterius tamen.C.de impub.& ali. ſubſt. & conſ.331.pro reſolutione, ubi & illud ſequitur quod diximus de gabella ex lucro ſoluenda, & Matth.Afflict. in conſti. Siciliæ incip.intentionis noſtræ, col. 8.verſ. item quæro,dicitur hic. † Quibus & finitimum eſt quod tradit Bald. in d.c.quę in eccleſiarum.col. pen. uerſ.

verſ.extra quæro,extra de conſtit. ꝙ filii non debent laudimia ex patris ſucceſsione, quia non eſt noua acquiſitio ſed dominij cõtinuatio, [& ſequitur Philip. Dec. in auth. præterea,col.pe. C.vnde uir, & vxor.& con.443. in caſu ad me tráſmiſſo,col.j.ver. quia filius. & dicit Bal.cõſi.37.Decreto.col.2.verſ.itẽ alienatio.li.3.non proprie dici alienationem quæ fit in filios per d.l.j. de impo.lucra. deſcript.]

20 ¶†Et hæc omnia confirmat, quod etiam per d.l. in ſuis, affirmat gloſ. in c.j.§.ulti.de feu.cog.quòd filius poſt mortem patris vaſalli non dicitur feudum acquirere, ſed acquiſitum capere, quam not.& ſequuntur Iac. Bel. Bal.qui dicit menti tenendum hunc pulchrum & ſapidũ morem loquendi, Mart. Laud. Aluar.& Card.Alex.ibi & Barb. con. 10.incip.ſapienter ſcribitur primo regum, col.3.lib.2. vbi illam dicit valde ſing.& cõſ.73. magnanimus, col.3.li.4.& in rep.Rubricæ.C.qui admit.col.4.uerſi. ſecundò mihi videtur & Bapti.Cacia.qui eam dicit no.in repe.c.j.in vj. princ. parte.in vlti. differentia. d.ti. de feud. cog. †Cui & ſimile eſt quod dicit Bald. in ca.j.col.ulti.ti.an mutus,uel ali. imper. ꝙ ſuus heres uiuente patre dicitur feudatarius, arg.l. ſi is qui duos.ff.de lib.leg. Et ideo inquit, poſt mortem patris nõ dicitur ſuccedere in feudo, ſed illud retinere, per d.l.in ſuis. Et quod ſcribit idẽ Bal.in l.cùm antiquioribus, col.6. ver.decimo ſic.C.de iur.deli. quòd filius uiuo etiam patre dicitur poſſidere feudum. Ideoque & in eum ſine alia inueſtitura cõtinuatur poſſeſſio:& hoc dicit ſing. Iaſ.in l.quotiens,col.7. ver. nota etiam perpetuo.C.de rei vend. & in l. ſi ſorori, ad fi.C.de i ur.deli. & Cat e l. Cotta in memor.inci.feudũ viuo ẽt patre. & alii quos cõgeſsimus i noſtris cõſuetudi.titu. 17.§.3.in glo.j.col.3. uerſ.illud tamen quod diximus.

21 ¶Huc† quoque pertinent, & alij tex. Primum quidem tex. appellãs reges filios regis i l. 2.§.exactis deinde regibus,ff.de orig.iur.vbi iuriſcõſultus dicit exactos reges numero multitudinis, cum vnus tantùm rex eſſet,ſ.Tarquinius;ut hinc intelligas,illius filios, quos reges etiam vocat,fuiſſe, & cum eo exactos, vt omnes Romanæ hiſtoriæ ſcriptores recenſent, & inter cæteros Liuius circa initia li.2.vbi & ſæpius reges exactos numero plurali ſcribit. Et lib.3. cùm primum dixiſſet,quæ ſi in rege tum eodem, tunc in filio regis ferenda non fuerit.quo in loco loquitur de ipſo Tarquinio, & eius filio. non multò pòſt dicit reges exactos, regem ſcilicet, & filiũ ipſius. Et ita ea uerba d.l.2.intelligit Zaſius vir,præter iuris ſcientiã, omnium bonarum artium peritiſsimus,& poſt eum Hiero.Cagnolus, licèt Accurſius aliò eã uerborum pluralitatem non inſcitè tamen referat. Sed & Tullius Philipp. 3. & iterum 5. [rurſumque lib.j.de diuina.haud multo poſt prin.] reges etiam exactos dicit, cum de eadem re loqueretur, & priori loco paulo antè dixiſſet ſingulariter Tarquinium expulſum. [Et Valerius quoque maximus iiſdẽ uerbis in re eadem vtitur lib.4.ca.j. poſt princ.& iterum lib.8. c.9.etiam poſt prin.& Plinius lib.18.ca.3.] Ex quibus potes intelligere regis filios reges dici.Id quod planè aſſerit glo. in ca. vlti.24.q.j.ex eo tex.qui regem vocat quempiam filium regis, & etiã allegat.d.l.in ſuis.& eam glo.ſequitur Andre.Iſer.in prælu.feud. & in c.j. & ibi etiam Aluar. col.antepe. uerſi.

verſic. quæro an filius regis. Mart. Laud.col. vlt. & Card. Alex.col.3. in prin.tit. quis dica. dux,co. mar. & idem Aud.in proœ.cõſti.Siciliæ, & in conſti.inci.proſequentes,col. 3.& ibi quoque Matth. Afflic.in 8. q.vbi per hæc dicunt,† quòd filius comitis potiẽ priuilegio illius conſtitutionis loquentis de comite, & idem Matth.in conſti.incip. intentionis noſtræ,col.8.verſi. item pro iſta parte, & in trac. protomixeos, col.7. Sequitur item eam gl.Bald. in d.l.in ſuis, per illum text.tam in lect. quàm in repe. ad fi.in pe.q. & ibi quoque Albe.& idem Bald.in l. quæſitũ.§.ſi ſeruus mihi,ff. de leg. j.ubi tamen loco illius glo. non deſignat.&conſi.389.conſuetudo eſt in nonnullis regnis,col.3.uer.item primogenitus dicitur,lib. 2.Alber. in l.pactum. C.de rei vendi. & Rapha.Co. cõ.131.cuius eſt exordiũ, duo fratres, poſt princ.Panor. qui hoc dicit procedere ex conſuetudine à lege inducta, in c.tanta, col.3. extra qui fil. ſunt legi.Io. Rav.ĩ §. præterea ſi quis,col.3.ver.& iſta induceba nt, tit.de prohi.feud.ali. per Fred.Barb.in rep.rub.de cauſ.poſſ. & pro.in 22.char.verſi. opportunè ſe offert modò quæſtio. & conſil. 49.incip.illud adferam,col.2.li.j.& conſi.10. cuius eſt princi ſapienter ſcribitur, col.3.lib. 4. quibus locis dicit illam glo.ualde ſing.& d. conſil.73.col.3.lib.4. & Cardi.Alex.in c.per venerabilem.§. quod autem, col.30. verſi. poſtremò ad eandem materiam,qui fil.ſunt legi.Iaſ. qui & eam glo.dicit no.con.192.exorta eſt.col.3.uerſ.corroboratur,lib. 2. [& iterum conſil. 10.nonnulli, col.3.circa med.lib.3.] Philip.Deci.con.262.in cauſa magnifici,col. 2.verſi.7.[Carol.Ruin.conſi.19.in hac controuerſia,col.j.nu.2. libr.j. Latè Anton.Corſe.in tract.de poteſta.& excellẽ.regi.in 25. quæſtio.] Franciſ. Luca.in tract.de priuileg. fiſc.parte j. in 119.caſu. Ludo.Gozad.ĩ repe.l.q ſe patris,co. 10.uerſ. tertio ſequiẽ.C.vnde libe.vbi &illã gloſ. dicit ſing.] Nec longè tamen ab ea diſtat,& ab alia gl.in c. Adrianus,in verbo,auguſtos,63.diſt.quę dicit,quòd filij imperatorum dicãtur Auguſti,per illum tex. qu non ſolum Baſilicum(ita enim legendũ eſt,nõ Baſilium. vt vulgò legitur) †imperatorem Conſtantinopolitanum,ſed & Conſtantinum, & Leonem ipſius filios Auguſtos appellat.Sed id certe non ideo fit , quòd eſſent filii imperatoris,ſed quia pater eos conſortes imperii fecerat. Nam alibi,ſcilicet in noſtro tractatu primogeniorum.q.17. in 4.opi. ſatis ſuperque oſtendimus Auguſtos eos uocari ſolitos . qui iam ad imperium adſciti eſſent : qui verò ſucceſſores deſignabãtur, Cęſares, non Auguſti uocabantur.Sed & ad eam priorem glo. propius accedit alia in c.deniq;, in uerbo,rege ſuo. 7.q.j. prout eam intelligit & citat Frã.Cur.ſenior,qui eam auream dixit conſi.74. incip. ſuper memorata,col.j. in fin. videlicet quòd filij regum de iure debent eſſe reges,& reges appellari . Verùm ea gloſ. de huiuſmodi appellatiõe nihil dicit, ſed illud ſcribit , quòd filij regum debent eſſe reges, ideſt , ſuccedere patri ĩ regno, ut ſatis declarat tex. ibi loquens de Roboam filiò Salomonis,qui patri ſucceſsit, & alia iura quę illa glo.allegat, [Virgilius autem li.9.Aeneidos Aſcanium regem appellat. quòd eſſet regis filius , cùm dicit, *Rexque requirunt*. Quo in loco Seruius id annotat.]

22 ¶Cæterum,†vt ad alios tex. ueniamus

niamus ad hunc locum pertinẽtes, habemus tex.in d.l.j.§. domini appellatione etiam filiusfa.ff. de ſena tuſ.Sylla. quòd domini appellatione continetur,&filius dñi etiã emãcipatus.† ex quo not. Bar. & Bald. quòd pœna, quæ imponitur uaſſallo ſi quid faciat contra dñm, habet locum ſi faciat contra filium domini.† Item quòd libra,ſiue cataſtrũ, ut ipſi loquuntur,patris prodeſt filio etiam emãcipato, quod vltimũ etiam dicit Roma. ibi & idem Bar. in d.l.cũ ſcimus,C.de agri.& cenſi. li.11.†Sed & ex eo text.in d.§.dñi, not.ipſe Bal.quòd ſtatutum puniẽs pena dupli offendẽtem alterum in domo ipſius, habet locum in offendente filiũ in domo patris, tanquã domus patris dicatur domus filij. & ſequitur Sozi.in l.plerique, col. 5.in 5.quæſti.ff.de in ius vocan.vbi & ipſe dicit, † quòd cùm nullũ de domo ſua in ius vocari liceat, per tex.ibi, certè etiam filius ex domo patris vocari nõ debet.†Habemus etiam tex. in l.licèt.§. patronos.ff. de uerb. ſignific. vbi liberti patris poſſunt dici liberti filii.† Et in l.patris & filii.ff.de vulga. & pupil.vbi teſtamẽtum patris, & filij pro vno habetur:ideoque una vtrique ſolẽnitas ſatis eſt.† Ex quo not.Ang.ꝙ ſi ex forma ſtatuti notarius debeat tantum habere pro quolibet teſtamento, vel quod ſoluatur gabella de unoquoque inſtrumento, non debet notarius pro teſtamento patris,& filii niſi illud vnũ,&ſimplex, habere, nec ſolui debet niſi una gabella. Sequuntur Imo. & Alex.ibi, & Barb. in ca.j.de mutu. peti.& in ca.cum dilectus,col.27.de ordi. cogni. licèt contrarium teneat Fran. Are.in d.l.patris,&filij.†Sed & per illum tex. dicit Bart.in l.inficiãdo. §.infans,in fi.ff.de furt. quòd ſi ſtatutum prohibet inuitari ad conuiuium vel ad nuptias vltra 12.dominas, ſi pater, & filius ſimul faciant ſuas nuptias, non poterunt ad eas inuitari vltra 12.dominas, tanquã ſint vnæ tantum nuptiæ. Sequuntur Franc. Are.& Iaſ.in d.l.patris, & filii,& Barb.in locis in præcedẽti verſi.alleg. & præterea in rub.de cauſ.poſ.et pro.char,27.Io.Ana.in c.vlti. col. 10.verſi.ex prædictis infert ad quæſtionem, de collu dete. Licèt Ange.in d.§.infans,tenuerit contrarium.† Sed priorem ſententiam,et omnia quæ ſupra diximus, confirmat, quòd cũ apud antiquos illos Romanos. C. Licinius Stolo Tribunus plebis legem promulgaſſet,ne cuiquam pluſquam quingenta iugera agri poſſidere liceret, vt refert Liuius lib.6.ab vrbe condita, †ipſe Licinius poſtea à M.Popilio Lenate ſua lege decem milibus æris eſt damnatus, quòd mille iugerũ agrum cum filio poſſideret, emancipandoque filium, fraudem legi feciſſet, vt prodit idem Liuius lib.ſequenti. De qua re etiam aliquid ſcribit Columella lib.j. rei ruſticæ.c.3. vbi tamẽ nihil de ea fraude dicit.[& Plin.lib.18.c.3.& alter Plinius,ſi is fuit,in libro de viris illuſtribus.vbi de Licinio Stolonẽ.]

23 ¶ Iam †ſatis textuum,vt opinor, habemus.Supereſt gl.omnibus no. in l.2.C. qui æta.vel prof. libr. 10. quæ dicit, quòd cùm eadem ſit perſona patris, & filii, ſi pater ſubeat munera non tenetur filius ſubire: ſufficit enim patrem ſubire pro vtroque. quam ſequitur Ioan. Plat. ibi. & pro ea eſt optimus text.in l. diximus.§.ſi pater,ff.de excuſ. tut. ubi Bal. hinc ſumpta occaſione eã gl.citat†,& dicit ſing. ad hoc quòd ſolutio collectę facta à patre, prodeſt filio, †Ideoq; ſi ex ſtatuto non

ſoluens

ſoluens collectam poſſit impunè of fendi, ſi pater ſoluit, filius cenſetur ſoluiſſe, nec offendi poterit. Et idē Bal. illam in alijs multis locis citat & ſequitur, uidelicet in l. non plures, in fin. C. de ſacr. eccle. ubi per eam dicit, † quòd pater & filius in muneribus cenſentur quid inſepara bile. & in l. ij. ante fi. C. de libert. & eo. lib. ubi dicit ex ea, † quòd recepto patre ad ciuilitatem uel extimum ciuium, omnes filij gaudent priuilegio extimi. & in d. l. ul. in fin. & ibi quoque Alex. Corne. Franc. Are. & Iaſon. C. de impu. & ali. ſub. & idem Bald. in l. etiam, col. pe. uer. modo uidendum. C. de exec. rei. iudi. ubi ex ea dicit, † quòd pater cum multis filijs pro uno capite cenſentur. & in d. l. j. §. illud. C. com. de ma nu. ubi ex ea dicit † quòd domus ha bitationis patris cenſetur domus ha bitationis filij, & eam dicit no. & in l. ſciendum, col. ult. & ibi ex recentioribus Iaſ. qui & illam dicit ſing. ff. qui ſatiſ. cog. ubi per eam dicunt, † quòd ſi ſit ſtatutum, quòd nullus poſſit eſſe prior ciuitatis, niſi habeat in bonis libras mille, † ſicuti olim ex legibus antiquis. Romanorum (ut id quoq; obiter dicam) ſenatores, equites, iudices, & cæteri magiſtratus cenſu legebantur, auctore Plinio ſeniore in proœmio lib. xiij. naturalis hiſtoriæ, & Plinio iuniore cum in multis locis, tum præcipuè lib. j. epiſtolarum ad Romanum Firmum, & Horatio in epiſtolis illis, uerſibus.

Si quadringētis ſex ſeptē milia deſunt,
Eſt animus tibi, ſunt mores, & lingua fideſque, *Plebs eris.*

Et alijs multis ſcriptoribus. Extantibus igitur huiuſmodi legibus aut ſtatutis, ut redeamus ad caſum Bal. & Iaſon. in d. l. ſciendum, bona patris in hac re proſunt filio, tanquàm ſua ipſius ut cooptari poſſit in eum ordinem ſiue magiſtratū. & † idem quoque tenet Alber. in d. l. in ſuis, ubi dicit ſe de conſilio aliorum peritorum Bergami conſuluiſſe, quod filius cuius pater trecēta habebat in facultatibus, poteſt eligi ad officium cui obtinendo neceſſaria ſint ea trecenta in bonis. refert & ſequitur Rapha. Coma. d. conſil. cxxxj. duo fratres, † ubi per hoc ſingu. dicit, quòd in caſu authen. præterea. C. unde uir & uxor. non dicitur uir aut mulier laborare inopia, cuius pater diues eſt. quod poſtremum dictum etiam aſſerunt idem Rapha. in d. l. in ſuis, [& ibi quoque Aug. Peru. in repetit. col. ij.] & Corne. qui dicit quoſdam recentiores & legendo & conſulendo ita tenuiſſe in d. authen. præterea, col. pen. & ibi quoque Alex. col. iij. uerſi. ſed iuxta prædicta. [& Franciſ. Curt. Iunior. col. iij. num. 9.] & Roma. in l. j. §. domini appellatione, col. ij. uerſi. item facit & ſecundo, & col. ſeq. uerſi. item ad id. ff. de S. C. Sylla. ubi tamen circa hoc diſtinguit. & Sozi. qui hoc reputat ſingu. conſi. xxx. incip. in cauſa dominæ, col. 3. lib. 4. & conſ. cxxj. cuius caput eſt, præmittenda eſt diſputatio, col. ulti. eo. lib. 4. licèt contrarium tenuerint Iaſ. Philip. Deci. & Franc. Pepi. in d. authen. prætereà ille. col. 3. Deci. col. pen. hic col. ix. & ſeq. in repe. Sed ut redeamus ad primum illud dictum Bal. in d. l. ſciendum, & Alber. in d. l. in ſuis.

[Idem etiam uoluit ipſe Alber. in prima parte ſtatutorum. q. lxxj. itē pone ſtatuto ciuitatis, & iterum q. cix. item quæro ſtatuto caſtri. & id quoque] ſequitur Ale. in d. l. ult. C. de impub. & ali. ſubſt. & Barb. in tracta. de præſtan. Card. in j. parte. q. j. col. ix. uer. ſexto Cardinalatus. & in d. conſi. x. col. 3. lib. 2. & Soz. qui id

reputat ſing.in d.l.pleriq;, col.5.in 5.quæſt.ff.de in ius vocan. & D.Bened.in repe.c.Raynutius, in verbo, & vxorẽ noĩe Adelaſiam, nu.809.& ſeq.de teſta.& Fely.in d.c.j.col.j.extra de magiſt.& Iaſ.in l.filius paciſcẽdo,in j.no.C.de pac.†Quin plus voluit Bal.per illã glo. quam dicit ſing.in c.quę in eccleſiarũ,col.vlti. de conſti.ꝙ in caſu illius ſtatuti, de quo ſuprà ꝓximè diximus, extimũ ſiue cataſtrum patris,prodeſt oĩbus filiis inſolidum, vt poſſint oẽs illud officium,vt cum noſtris loquar,obtinere quandiu pater viuit,ac ſi quilibet eorũ tantũ haberet in bonis, Sed & illam gloſ.ſequitur Bal.in d. l.j.§.domini.ff.de ſenatuſ. Sylla.vbi eam quoque dicit ſing. obtinere locum ſiue filii ſint emãcipati, ſiue in poteſtate patris.de quo tu vide omnino Iaſ.& Phil.Deci.inter ſe digladiãtes in d.l.vlt. C.de impub. & ali. ſubſt. [& tex.ĩ l.ij.§.ĩcolumes.ff.de vaca.mune.] †Illã quoq; gloſ.ſequitur idem Bal.in c.filius,tit. de capi. qui cur.vendi.vbi ex ea dicit, quòd filius non debet habere honorẽ paternum , & onera hæreditatis repudiare,quia cenſetur eadẽ perſona.& in addi.Specu.tit. de cenſib.§.nunc dicendum,in fi.& conſi. 138. Petrinus de Iſco,circa medium,lib.j.vbi eam dicit elegantẽ.& conſi.ſeq.con ſuetudo eſt , col.j.vbi & eam dicit ſing.ſed vtrobiq; eam intelligit in filiofa.tantùm,non etiam in emancipato,ſibi in hoc contradicens . & conſi.234. decretũ magnifici,col.j. eo.lib.j .vbi per eã dicit, ꝙ pater & filius ſunt vna identitas , & vnũ eſt vtriuſq; domiciliũ,eamq; etiam dicit ſing.& conſi.486.quidam dominus,in fin.eo.lib.j.& conſi.289. hoc exordio,cõſuetudo eſt,col.ij. verſi. ſecundò hoc probatur. lib.2.vbi & ex ea dicit.†quòd pater & filius in muneribus & honoribus ad intellectum vnius perſonæ reducuntur. & cõſi.105.in cauſa quæ vertiť,col.ij. lib.iij.& conſi.294.iſta cauſa, col.j. lib.4.vbi eam dicit no.& per eã dicit quòd libra patris cenſetur libra filii.Sequuntur itẽ illam gloſ. Pau. Caſt.conſi.110.ſuper primo quæſito,col.2.verſi.in contrarium lib.j. Alex.in d.l.in ſuis . col.2.& in d.authẽ.præterea,vbi ſuprà.& conſi.48. ſuper hæſitatione de qua quęritur, col.j.ver.tertiò pro hoc facit,lib.j. & conſi.215.viſis & opportunè digeſtis,col.2.& iterum col.vlt.lib.2. Cæp.cauſarum criminaliũ cõſi.21. ego Bartholomęus , col.vlti.vbi ex hoc dicit,ꝙ ſi ex ſtatuto debeat manus amputari condemnato ad certã pecuniã ob delictũ , niſi ſit idoneus ſolutioni illius pecunię, certè is cẽſetur eſſe idoneus, cui pater ſoluendo eſt.Sed & eã glo.ſequitur Corn. d.conſi.268.in hac conſultatione , col.2.lib.3. & Barb.d. conſi.10.ſapienter ſcribitur.lib.2. & conſi. 66. ſcribitur pręclarè, col.pe.eo. lib.2. & in d.conſi.73.col.3.lib.4 .& in d. tract.de præſtan.Cardin.in j. parte. q.2.col.pen. Soz.con.84.accuratiſſimè, col.3.eod.lib.3.& d.conſi.30. in cauſa dñæ,col.3.verſi.bene facit, lib.4.Fran.Cur. ſenior conſi.49.memoriæ recolẽdæ dux,col.17.uerſi.& cum dñs.& cõſi.50. cuius eſt idem initium , col.60.verſi. dum dicunt aduerſarii.Iaſon latè in d.l.filius paciſcendo,in princ.C.de pact.& Philip.Dec.i c.epiſcopus,extra de prębẽn.Anto.Corſe.qui eam gloſ.dicit ſing.in trac.de pote.& excel.regia. in 25.q.col.2.& omnes vbique præter vnum Ro.(niſi nos fallat memoria)qui eam reprobat in d.l.ſciendũ ff. qui ſatiſd . cog. hinc occaſione ſumpta, quòd Guil.Cu.Bar. Alber. & omnes ibi aſſerunt poſſeſſionem

immobilium patris non prodeſſe filio in caſu illius.l. Sed pro illa gl.vide tex.in c.j.extra de magi.probantem,vt etiam not.Pan.[& Fel.]ibi, non eſſe verum pauperem, cui pater diues eſt. & in c.clericos.j.q.2. & in c.vlt.in fi.16.q.j.[& eam glo. ſequi videtur Fran. Aret.in.l maritum.col.vlt.ff.ſol.matrimo.]

24 ¶ † Et hæc ſanè confirmat, quòd ſi pater munus quodpiam aut magiſtratum geſſerit, non ſibi tantùm ſed filio præbet vacationem eiuſdē muneris intra tempora legibus definita.Quòd vt intelligas,illud nobis primum ex antiquis legibus repetendum eſt, quòd olim apud Romanos ex lege nō licebat eundem magiſtratum intra decem annos capere, vt traditum eſt à Tito Liuio, ad calcem libr.7.ab vrbe condita, atq; iterum lib.x.vbi refert. Q.Fabium Maximum vrgente maxima neceſſitate Cōſulem dictum, legem hanc recitari iuſsiſſe, quę illi huius muneris vacationem præbeat:quod & aſtruit Iulius Florus in epitome ipſius tum libro.l.tum quoque.56.in quo Scribit Scipionem Africanum ob eandem legem conſulatum ſibi vltro delatum à.S.P.Q.R. minimè capere voluiſſe. Huius autem legis verba adſcribit Tullius lib.3.de legibus.Eundem magiſtratum, ni interfuerint decem anni, ne capito. At Liuius,vt ad eum redeamus,ſcribit lib.7.ſecundi belli Puni.C.& L. Arianos tribunos plebis, cum Q. Fuluius conſul diceretur, ſe interpoſuiſſe: neque enim magiſtratum continuari ſatis ciuile erat. Idem lib.3.ab vrbe condita tradit.ſenatum cenſuiſſe magiſtratus cōtinuari, contra rempublicam eſſe. Ex quo apparet apud Rom. iam à priſcis temporibus id obſeruatum fuiſſe.Plutarchus autem in vita Coriolani ſtatim in principio dicit populum Romanum Martio Cenſorio ſuadente eam legem tuliſſe. Sed & huius legis meminit Appianus lib. primo bellorum ciuilium,tum quo loco de tribunatu Gracchi diſſerit, tum etiam cum acta Syllæ in dictatura deſcribit, vbi & ipſum eandem legem ſanxiſſe tradit.[Apud Valerium Maximum lib.4.c.j.M. Rutilius iterum cenſor,citatus ad ocio nē,populum vocatū grauiſſima oratione corripuit, quòd eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet.Et continuò, poſt Q. Cincinnatus conſul cùm honorem eius P.C.continuare vellet, nō ſolū propter illius egregia opera,ſed etiam quòd populus eoſdem Tribunos in proximum annū creare conabatur,quorum neutrum iure fieri poterat, vtrunque diſcuſſit, Senatus ſtudium ſimul inhibendo, & Tribunos verecundiæ ſuæ exemplum ſequi cogēdo.Sed & mox ſubdit, Fabium Maximū cùm à ſe quinquies, & à patre,auo,proauo,maioribusq; ſuis ſæpenumero conſulatū geſtū animaduerteret, in comitiis quibus filius ſuus ſummo conſenſu creabatur, quàm potuit conſtanter cum populo egit, vt aliquando vacationem huius honoris Fabię genti daret, ne maximum imperium in vna familia continuaretur.]† Cęterum ex legibus Thuriorum nō niſi intermiſſo quinquēnio militū pręfecturā gerere licebat,vt ab Ariſtotele proditum eſt lib. Politicon.5. cap.7. Qui & ipſe lib. eiuſdem operis.6.c.2.inter multa popularium gubernationum documenta illud adiicit,non niſi ſemel eūdem magiſtratum ab aliquo debere geri,vel perrarò,& paucis.At Plutarchus in Lyſandro tradit legē fuiſſe apud Lacedemones, ne bis idē pfectus claſsis fieret. Apud eūdē Cato ſenior in ipſius

ſius vita, ciues grauiter increpabat, qui eoſdem frequenter in publicis muneribus præficerent. [Cæterum Demoſthenes πρὸς λεπτίνην ſcribit lege ſancituum fuiſſe Athenis, ne cui iterum Syndicum fieri creariq; à populo liceret, ne id munus ob publicam vtilitatem inuentum, in quæſtum compendiumque priuatum verteretur.] Nec huic rei deſunt leges noſtræ, quibus interdicitur nequis honorem continuet, aut repetat. l. honor. §. gerẽdorũ. ff. de muner. & honor. Et ſcribitur in l. æſtimationem. §. vlt. eo. ti. neminẽ defenſionẽ Reip. amplius quàm ſemel ſuſcipere. In quam rẽ eſt etiã tex. in. l. libertus. §. præſcriptio, & iterũ in l. diuus. ff. ad munici. & l. legato. ff. de vacat. muner. & in l. Paulus. in principio. & in §. imperatores. ff. de legatio. & in l. nemo in prouinciis, & l. ſequenti. C. de Aſſeſ. & in l. j. C. ad legẽ Iuliam, de ambi. & in l. quis tã. C. de decur. lib. x. & in l. ij. C. de honor. & muner. non conti. eod. lib. vbi ponũtur interualla tẽporũ, quæ poſtremis legibus in id ſtatuta ſunt. [& l. cùm te. C. quemadmo. ciuil. munera indicun. eod. li.] & in §. vlt. in auth. de defen. ciuit vbi inter cætera tex. eſt ſing. † quòd vnus tantũ ex collegio poteſt impedire, ne quis continuet eundẽ magiſtratum, etiam ſi cæteri omnes conſentiant. Id enim fieri non poteſt, niſi cuncta ciuitas reluctante nullo eum elegerit. Hæc enim ſunt verba illius tex. quem ad hoc expendit [Ange. ibi &] Bar. in l. oẽs populi, in ij. q. princ. ff. de iuſt. & iur. & in l. quod maior, poſt medium. ff. ad municip. & Bald. in c. quoties, in fin. extra de pact. [& cõſ. 318. ponitur quòd electio, in princ. li. 3.] Aug. qui illũ tex. dicit ſing. in l. & ſuũ. §. hodie. [in fin. & ibi Raph. Fulg.. Paul. Caſt. & Iaſ. col. 3. verſi. quintò notanter limita ff. de pactis, & idẽ Ang.] conſ. 280. præmitto ad euidentiã, in princ. Rom. qui & illũ dicit ſing. in rub. de arbi. col. 6. ver. limita primò locum non habere. & ſing. 95. heri fui interrogatus. [& iterum ſingulari. 665. ad eligendũ, & Fely. in c. cùm omnes, col. 12. ver. quartò fallit, extra de cõſti.] ex quibus facilè intelliges, nec debere eos qui magiſtratũ ſemel geſſerint cum dẽ facile repetere, nec ſi iterũ eligãtur, cogẽdos eſſe. Id quod certè ita obtinet, vt tãdẽ ad noſtrũ inſtitutũ redeamus, ut ſi pater ſemel geſſerit, non ſibi tantum, ſed & filio in ſequẽtẽ annũ vacationẽ præbeat, tanquã eadẽ ſint perſona. tex. eſt. ĩ l. filio. ff. de legatio. & in l. j. C. de hono. & mune. non conti. lib. 10. & in l. nulli in prin. C. de munerar. & actua. lib. 12. quibus locis declaratur, quomodo id intelligendũ ſit. Et id quidã aſſignat patris & filij idẽtitati, vt ſic loquar, vel vt melius dicam, vnitati Alex. d. cõſ. 215. viſa oportunè. col. 2. & iterũ vlt. lib. 2. Et facit optimus tex. in l. diximus. §. ſi pater. & l. ſeq. ff. de excu. tuto. vbi tria tutelæ aut curæ munera patris, nõ ipſum tantùm patrẽ, ſed & filiũ quoq; ab alia tutela excuſant, & econtrario. Qualiter autẽ hæc omnia quæ diximus, procedant, videlicet quòd pater & filius ſunt vice vnius, & quòd filius eſt veluti dominus rerum patris, & ſimilia, vide omnino in noſtro trac. primogeniorum. q. 33. & iterũ. 40.

25 ¶ † Finẽ iis imponerem, veritus ne forem immodicus, niſi. l. hæc noſtra ex iiſdem veluti radicibus coaluiſſet. Ideo antequam vlterius progrediamur, volumus, & huc ſubiungere alia quædam priuatim in noſtris legibus ſtatuta, aut à noſtris doct. interpretata ratione huius affectus amoriſque parentum,

vnde &.l. noſtra exiit. Primū enim leges noſtrę iuſſerunt iudicē ſequi uoluntatem patris,qui, in teſtamento etiam minùs ſolenni,aut poſtea rupto,aut aliàs non iure tutorem liberis dedit l.3.&l.filio.ff.de confir. tuto.&l.2.C.eod.&l.pater.§.cum à patre. & l. ſi pater. & l.iure. noſtro.§. ulti. ff. de teſta.tute. Et id quidem ſine alia inquiſitione.d.§. cùm patre.&l.j.& ibi doct.ff. de cōfir.tut.& §.vlt.Inſti.de tute.& not. doct.in d.l.2.C.de conf. tut. & latè conſuluit Corne.conſi.175. incip.licèt in præſenti, col.4.verſi.concurrit etiam,lib.3.ubi, & hoc extendit ad aliam patris diſpoſitionem circa filiorum educationem.& conſi.238 reperio, col.pen.uer. cum itaque, col.4.lib.4. Idque obtinet etiam ſi tutor datus à patre ſit ſuſpectus, modo pater ipſe non ignorauerit, per l.in confirmando, & l.utilitatē. ff.de confir.tuto.quam ad hoc dicit not.Fran. Aret.in l.is cui lege, col. 2.ff. de teſta. ubi plus dicit. id obtinere etiam ſi is tutor ſit manifeſtè prodigus, per l.tres tutores §.ulti. ff.de admin.tut.Tāta eſt,inquit,præſumptio quam habet lex pro conſilio patris erga filios,per d.l.amiciſſimos, in princi.ff. de excuſa. tuto. †Idemq; ſi pater ipſe ſit adultus nōdum maior annis.25.per tex.in.l.3. §.quamuis,ff. de admini.tut. quem ad hoc dicit ſing.Ro.ſing.170.adultus poteſt.† Nec patris tantum,ſed & matris quoq;, cuius non munus eſt tutorem liberis dare: ſi tamē dederit, iudicium ſequendum eſt, uel ſine inquiſitione, uel cum modica, arbitrio iudicis ; ut not.in l.2.ff. de confir. tut.& in l.j.C.eo.& in l.credendum, ff. qui pet. tut. & in l.mater.C.de teſta.tut.& ī.l.peto.§.mater ff.de leg.2.& per Bal.conſ.163. cuidā puellæ, I 2.dub.li.5. & Steph. Bertrā.conſi.290.quāuis mater, in prin.lib.4. [Quin etſi ipſa uelit nubere,petatque remoueri à tutela,& alium ſuffici,is debet dari,quem ipſa nominauerit, excluſis legitimis, §.ſinautem tutelam, in authen. de nup.gl.Dy.& Bar.in l. credendū.ff. qui pet.tutor.Cum aliis multis concord.à me cōgeſtis in commētariis noſtrarum conſuetudinum titu.27. c.3.inglo.j.paulò ante ſi.].

26 ¶†Ex hoc quoque affectu paterno prodiit, quòd pulchre, ac ſcienter tradit Bal.in l.pactum,in 21.q.C.de collatio. ꝙ ſi ex ſtatuto non poſſit mulier cōtrahere ſine cōſenſu duorum conſanguineorū,nō requiritur ea ſtatuti ſolennitas, ſi filia patri renūtiat.Nā propter naturalē,inquit, patris affectum,ipſi plurimum uidetur eſſe conceſſum, per multa iura, quæ illic allegat. Et hoc ſequit Ro. & Alex.in l.ſi quis mihi bona.§.ul. ff.de acquir.hæred.Alex.conſi.106. inci. quò ad præſens quæſitum, in ſi.lib.j.& conſi.29.cuius exordium eſt,præclare ſubtiliter,col.pe.verſi. pro hoc etiam facit, lib. 3. ubi hoc non uulgariter commendat.Barba. in cap. cauſam matrimonii, col.3. extra de offi. deleg. & conſi. 16.illud in medium afferam,col.4.uerſi. 4.faciat,lib.3.Franci. Aret.in l.2.in ſi.C.qui &aduer.quos Philip.Frāc. in ca.quamuis;in 3.not.& ibi quoq; Georg.Nat.in repe.col.11.uerſi. ſecundò not. ibi, tu contra Ludo. de pact.lib.6.Sozi.conſi.230.uiſo teſtamento,col.j.lib.2.Iaſ. qui hoc reputat ſingu. in l.tranſactionem, col.2. uerſi.cōtra Saly.fortius, & ibi quoque And.Alciat.C.de tranſact.& idē Alcia.in l.preſes,in j.glo.in ſi.C.eo. tit.& ipſe ēt Iaſ. con.133.uideretur in præmiſſa,col.2.uerſ.ad idem contra,lib.4.Philip.Deci. conſi.26. cuius ſuperſcriptio incipit,an filia do

tata,col.2.& iterum conſi.180. uiſa renuntiatione,col.j.& con. 611.magnificus,col.2.lib.4. & in d.l.pactū, col.pen.uerſi.ulti.notandum.C. de colla.Anto.Corſe.in tract. de poteſta.& excellē.regia,in 25.quæſt.co. penult.in fi.uſque ad finē illius quęſtio.Franciſ. Ripa.lib.3.reſponſ.ca. 10.incip. ſuper dubiis,col.j. & Catel. Cotta.qui hoc dicit ſingu. memo.incipi.arrogationis formam,colum.2.uerſi.poſſumus tamen.& iterum memo. ſtatutum requirens. & Io.Montefer. in repe.l.frater à fratre,col.12.uerſi. tertiò quæritur,ff. de condict. indebi. citantq; omnes Bald.ubi ſupra. Sed idem nulla ipſius mentione facta reſpondit Pau. Caſt.cuius nec illi meminerunt,cō. 421.quòd renuntiatio iſtius dominæ,uerſi.ſecundò principaliter,li.2. aſſeruntque omnes naturalem illū patris amorem in liberos.

27 ¶Fuerunt tamen & ex illis plurimi,qui diuerſum cenſuerunt,uideli cet Rom. ſibi contrarius in d l.pactum,col.pe.& ibi quoque, ſuboſcurē,tamen,Corne. in fi. & Barba.ſibi quoque contrarius in addi. Bal.ibi, & poſt eos Iaſ.ſibi item contrarius, magna rationum, & argumētorum mole fretus, in col. vlti.uerſi.extra glo.non omitto. qui tñ ueluti gloriabundus iactat ſe primum omniū illius Bald.ſententiæ expugnatorē, & etiam clanculum Alex.ſibi etiam contrarius in addi.Bar.in l.apud Iulianū.§.ſi pupillus.ff. ex quib.cauſ. in poſ.eat.& apertius ī l.more,co.j. ff.de acqui. hæred. & Barb.con.60. ſapienter ſcripſit,col.2.lib.j.& con. 41.immortalem Deum, col 2.& ſequen.lib.4. Iaſon in d.l.præſes, col. 2.verſi.ego vltra oēs.C. de tranſact. quāquam illud Bal.dictum ſing. ibi aſſeruiſſet, & Ludouic.Gomeſ.in §.omnium,col.9.& iterum,col. 10. verſi.iſta tamen communis concluſio,Inſtit. de actio. Et ante hos Bal. ipſe à nullo iſtorum memoratus nō ſemel hanc poſtremam ſententiam ſecutus eſt, uidelicet conſi.23.præſuppoſito ſtatuto,lib.4. & con.483. viſo ſtatuto, eodem lib.3. & conſil. 199.refutatio non valuit, lib.5. & idē videtur ſenſiſſe conſi.331. quædam puella, lib.3. Sed huius partis rationibus, nos abundè poſt Phili.Deci.reſpondimus in noſtris legi bus cōnubialibus,in gloſ.3.[in uerbo contractor,nu.30. ſecundò intellige,& multis ſeq.] ubi uidere poteris,ne iam actum,quod dicitur,agamus.

28 ¶Hinc quoque pleriſque manare videbitur,quod not.ſcribit Azo ille fons legū ſæpē à noſtris vocatus, in ſua ſumma quam vocāt,titu. de bo. quæ lib.poſt medium,verſi.nec puto. Quòd pater legitimus adminiſtrator filiifami. minoris poteſt res ipſius mobiles alienare ſine decreto iudicis, quòd alias requiritur in hmōi rerum alienatione.C. de prædi.mino.per totū,& ff. de reb⁹ eor. etiam per totum. Quod ſequitur Bald.in l.vlti.§.ſinautem æs alienū, per illum text.& ibi quoque Raph. & Corn.C.de bon. quæ liber. & idē Bald.in l.cum emācipatis.C. de præ di.minor.& in l.præſes,col.2.in j.q. & ibi etiam Fulgo. Paul. Caſtren. Alex. Franc.Aret.Iaſ.& Alciat.C.de tranſact.ex quibus Bald. ipſe hoc di cit menti tenendum.Paul.Caſt. autem & Alex. teſtantur id eſſe ſingu. & Franc.Aretin. not.ſequitur. item ipſe Bald.in [l.de re filiorum, in 2. lectu.ff.eo.tit.vbi id dicit ſingu.neć alibi reperiri & in] l.j.ī priñ. & ibi Raph.Co.ff.de reb.eorū, ubi & hoc Bald.dicit ſing.& idem Bal.in l.pupillorum.§. ſi pater,eod.tit. & in l. & ſi ſine §. quæſitū.ff.de mino.in 2.

lectu.'& in l. iuſiurandum; quòd ex conuentione.§.vlti.ff.de iure iuran.[& in l.aliàs autẽ, col.ult.ff.eo. titu.] & in ſua Marg.in uerbo, alienatio,col.j.uerſi, alienatio neceſſaria, ubi & hoc dicit ſing. & iterum in uerbo,parentes,col.j.uerſi. pater eſt legitimus. Ang. qui hoc quoque dicit notandum,in l. de re filiorum, ff.de tranſact.Imo.in c.conſtitutus, de teſtib.Rom.& Iaſ.qui dicit ſing. in l. filiusfa.vterq; in fi.ff.qui ſatiſd. [cog. & idem Rom.in l.ſingularia. col.7.& ibi quoque Iaſ. col. item 7. ver.non omitto unum, ff. ſi certum peta. Lanfran.Oria.in ſuo tracta.de arbit.char.6.q.3.Franc.Aret.in l.vlti.§ pupillus,co.2.ff. de uerbo.obli. Sozin.conſi.66.viſa donatione,col. vlti.verſ.tertio quia pater,lib.3.Stepha. Bertran. conſi.84. viſo proceſſu cauſæ ceptæ,col. ulti. nu.7.lib.2, Philipp. Deci.in l. pactum,col.vlti. C. de collatio. & conſi.209. in caſu propoſito agam breuibus, col.j. & Catel.Cotta,qui & hoc dicit ſingu. memor.incip.decretum iudicis.Ferdi. Loaz. in repeti.l.filiusfa.§. diui, col.7.uer. ꝓ cuius corroboratione, ff.de lega.j.[Hipp.Marſ.ĩ ſing.498. bona minorum. Caro.Rui.cõſ.101. ponderatis oĩbus,col.2.nu.2.li.5.]

29 ¶ Quorum † omnium cõſenſus nõ deterruit Saly.'quin cõſtanter & apertè diuerſum ſentiret in d.l.præſes,verſic.ſed dubitari poteſt. C. de tranſactioni. Quem ſolus ex recentioribus, quos legi, ſequitur Ioan. Monteferra.in repe.d.l.frater a fratre.d.colum.12.ff. de conditio.indebiti.Nihil.n. videt Saly. cur id fieri poſsit, niſi id operetur affectio paterna, quæ omnes excedit, per d.l. iſti quidem §.vlti.ff.quod met.cau. Sed hoc,inquit,non eſt tutum; quia hæc affectio paterna nõ ceſſat cum filius ſit ſui iuris,& tamẽ pater eius legitimus tutor non poteſt alienare ſine decreto,per l.cùm emancipatis.C.de prædi.mino. Sed ad hoc reſpondet Alex.in d.l. præſes, † quòd pater tutor,uel curator filii emancipati,de quo loquutur.d.l.cùm emancipatis,non tantũ iuris habet,quàm qui eſt legitimus adminiſtrator filii fam.quem habet in poteſtate.inque ipſius bonis habet uſumfructum.l. cùm oportet.C. de bonis quæ libe. cum ſimilib. poteſtque [vt ſubdit Bald.] conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam, ut probatur in l.j. prout eam intelligũt Bar. Bal.& alii, gloſ.reprobata. C.de bonis mater.Bald.[in l.j.in j.lect.col. j.& iterum in 2.lect col.2.ff.de procurato.&]in cap.vlti.col.j.verſi.itẽ. not.regulam,extra de iuramen. calum.Pau.Caſt.conſil.34. ſuper primo dubio, ante fin. lib.2. quod non poteſt facere curator.l.neque.C. de procura. etiam ſi is ſit pater, ut dicit Bal.in d.c.ulti.ita intelligens gl. in d.l.j. de bon. mater. quam dicit, ſingu. Adiicit & Iaſon hoc confirmans in d.l. præſes, quod pater tutor,aut curator, filii tenetur reddere rationem,vt quilibet alius tutor, aut curator per l.ſi ſuperſtite,& ibi, Bald.in j.nota.'& alii.C. de dol.& l. licet, & ibi quoque Bal.C.ad legem Falcid.& l.Aurelius, §. Titius teſtamento.ff.de lib.lega.& uoluit Bald. in d.l. cùm oportet, §. vltimo. Cui adde quod & idem voluit ipſe Bal. in l.is qui in principio.ff. de tutoribus, & curatoribus datis ab his,qui ius.& in l.prima,col.12.verſi.modo ſequitur uidere.C.de confeſ. & in l. filiæ cuius,C.famil.erciſcun.& in c. edoceri,col.2.extra de reſcript.Angel.in §.ſed quod ſancitum, in authen.de nup.Franc. Aretin.in l.vlti. §.j.ad finem,ff.de verbo.obliga.Sozin.conſi.2.incip. ſequendo ordinẽ, col.

col.j.in fi.lib.j. & iterum conſil.73. difficultatem faciebat,col.6.uer. capio nunc certum, lib.3. & plenè diximus in noſtris conſuetudinibus. titu.27.§.4.in glo.3. At pater legitimus adminiſtrator(ut ad Iaſo.redeamus) non tenetur rationem ſuæ adminiſtrationis reddere, per d.l.cum oportet.§. nõ autem.& voluit Bar. in l.vſufructu,in princi.C. de vſufr. & Bald.in l.orphanotrophos. C.de epiſco.& cleri. vbi reddit rationem diuerſitatis, & in d.l.filiæ cuius,col. vlti.C.famil.erciſ. Cui & in hoc adde tex.in l.vlti.§. ſinautem æs alienum,uerſi.hoc proculdubio, in illis verbis,& à ratiociniis & c.C.de bo. quæ libe. & in d.l. cum oportet,§. non autem,& ibi glo.Cyn.in 4.quæſtio.Bald.& alii eodem tit.& in §.& ita circa talium, in authẽti. de nup. glo.in d.l.orphanotrophos.Ange.in l.j.§.hæc ſtipulatio,ff.ſi cui pluſquã per legem falcid.Rapha.Cuma.conſil.88.cuius principium eſt,caſus talis eſt,col.2.Roma.in repeti.l.ſi uerò,§.de uiro,in 29.fal.ff.ſolu. matrimo.Franc. Por.in tracta.de duobus fratribus,parte j.q.49.Alexan. conſil. 111.circa primum dubium, col. penul.lib.3.Maria.conſi.34.hoc càpite,proſequendo ordinem, col.10. verſicu. circa ſextam principalem quæſtionem.& Bartholo.eius filius, conſil.25. 4. incip. viſa & conſiderata,colum.2.verſic.ex quibus infero,lib. 2. Adde & aliam rationem. Nam cùm pater habeat in his bonis vſumfructum : non adeo ueriſimile eſt eum illa temerè alienare, unde ſuum amittat vſumfructum. arg.l. cùm de indebito.ff.de probatio. Et ſic ultra affectionem paternam occurrit & ſuum ipſius commodum. [Ad quod facit etiã quod ſcribit Bald. in l.ſi infanti, colum. 3. in 7.oppoſitio. C.de iure delib.]

30 ¶Ex† quibus facile intelligitur Saly.deceptum fuiſſe, & ut loquitur Iaſon,æquiuocaſſe,dum allegat.d.l. cùm emãcipatis.C. de prædi.mino. loquentem de patre tutore,ſiue curatore filii emancipati, cuius bona non poteſt alienare ſine decreto iudicis, ut ibi cauetur: & in d.l.ſi pupillorum,§.ſi pater,ff.de reb. eorũ. [quo ĩ loco apertè ꝓbatur id quod diximus:ſed ita tamen,vt patri tutori ſit facilius concedendum alienare quàm alteri, idque verum eſt, vt pater ſcilicet,alienare non poſſit ſine decreto.] etiam ſi ea bona à patre fuerint ante filio donata, per l. 2.C. ſi aduerſus donat. vbi eſt text. not.Azo antem illius ſententiæ author, ac veluti præfultor, & qui eũ ſequuntur planè intelligunt & loquuntur in patre legitimo adminiſtratore filiifami. qui plus iuris habet in bonis ipſius filii in ſua poteſtate conſtituti, quorum eſt legitimus adminiſtrator, quàm pater curator filii emancipati,ut ſatis liquet ex prædictis. Et hanc differentiam ex antiquioribus nuncupatim facit Bal.in d.§. ſi pater. [& in d.l.j. vbi etiam Iac. Are. & Alber.ff. de reb. cor.] Qñ autem & quorum bonorũ pater ſit, & dicatur legitimus adminiſtrator, plenè diximus in noſtris conſuetud.d. tit.27.§.4.in gloſ.2.

31 ¶†Sed interim tamen nõ omittendum putamus,quod Bal.loquens in patre legitimo adminiſtratore,videtur idem tenere quod Saly. & in re quidẽ,ac ſpecie magis ambigua, in l.generaliter,in prin. col.2. ver.extra ego quæro.C.de ſecund.nup.dũ dicit, ꝙ pater legitimus adminiſtrator filiorum ſuorũ, qui ex ſucceſsione matris opulentã hæreditatẽ acceperunt,non poteſt inter filios ipſos minores eam diuidere ſine decreto iudicis, quia talis diuiſio eſt ſpecies

alienationis,in qua requirit decretum,per l.non ſolùm.C.de præd.minor.†Sed & idem Bald. conſi. 448. quæritur in primis,in vlt.dub.lib.j. tradit quòd pater non poteſt ſine decreto iudicis tranſigere ſuper bonis in quibus habet vſumfructum, in præiudiciũ filij,niſi cautè & prudenter id faciat, propter dubium litis euentum, per l.j.C. de bonis maternis. & l.pactum curatoris.C.de pactis.& d.l.præſes.C. de trãſactionibus.Ex cuius ſententia facilè intelligis non poſſe patrem etiam legitimum adminiſtratorem (nã aliàs non haberet vſumfructum,vt patet ex §.j.ad fin.in autheu.vt liceat matri & auiæ.& plenè dixim' ĩ d.§.4.) non poſſe,inquam,patrẽ liberè alienare huiuſmodi bona . quod & expreſſiùs tenet ipſe Bald. conſi.357. incipien.nulla mulier, colum.2.libro j.[& rurſum conſi.215.proponitur quod inueſtituræ, colum. 3. verſicu.aduerte hic.lib.2.] & iterũ conſil.331.quædam puella, colum. 2.libro 3.[& Benedictus Cap.conſilio.149.punctus quedam domina, colum.vlti.in ſexto dubio, & onues] etiam per d.l.j.C.de bonis maternis,'vbi eſt optimus text. quòd pater legitimus adminiſtrator filiifami.non poteſt alienare bona ipſius in quibus habet vſumfructum. Id quod etiam cauetur.l.quicquid, eodem titu. cum dicitur vt vendere,donare,relinquere,alteri obligare non poſſit . quę verba in id ſiunt expreſſiora, q̃ vt quis ea cauillari, aut ĩ aliũ ſenſum trahere poſſit.nec id minùs expreſſum eſt in.l.quęcunque,tum in princip.tũ in.§.vlti.C. de bonis quę liber.& in l.cùm oportet.§.non aũt,eodem titu.

32 ¶Ideo†hic attende lector. Nã potiſsimũ, imò vnicũ fundamentum Azo.& aſſeclarum ipſius ſitũ eſt in d.l.vlt.§.finantẽ ęs aliẽũ.C.de boquę libe. vbi cauet ꝙ ob æs alienũ hæreditariũ & legata vel fideicõmiſſa ſoluenda tantũ poteſt pater alienare bona immobilia aduẽtitia filiifa. quorũ eſt legitimus adminiſtrator & vſufructuarius. Nec vllã mentionẽ facit is tex.de decreto iudicis,vt aliàs fit in alienatione rerũ immobilium minoris. Ideòq; nec decretũ, inquiũt,requiritur. Ex quo euidenter conſtat illud dictũ Azo.& ſequacium obtinere in huiuſmodi alienatione neceſſaria, quæ fit ob æs alienũ,de qua loquitur text.quo ipſi ſolo innititur,non etiam in alienationibus merè ſpõtaneis ſiue voluntariis, quia dicta placitaq; doct.debẽt intelligi ſecundũ leges quas ipſi allegant,ex ſententia Barto.in l.nõ ſolum.§.ſi liberationis.ff.de libe.leg. cum ſimili.Quanquã multi ita allegant illud dictũ Azo.dum ſimpliciter & ſine mentione æris alieni allegant,vt videantur velle licere patri legitimo adminiſtratori paſsim ſemperq; ſine decreto iudicis alienare. Et tamẽ Azo ipſe non obſcurè oſtẽdit ita ſe intelligere, vt procedat in alienatione quæ fit ob æs alienum. Nam primùm ſcribit ꝙ pater legitimus adminiſtrator debet abſtinere ab alienatione, niſi ob æs alienum: mox ſubdit hæc verba, nec puto ꝙ exigatur à patre decretum cùm ipſe alienat, licet exigatur a tutore. Vides igitur quòd Azo nõ facit ius patri alienandi niſi ob cauſam æris alieni.& confeſtim ſubiungit, non eſſe neceſſarium decretũ iudicis in alienatione illius,quod tamen alias requiritur cùm fit ob æs alienum.l. ob æs.C.de præd.mino.Et ita Azonem expreſsè intelligit & ſequitur Bald. in d.l.j.in princip. & iterum in d.l.ſi pupillorum.§.ſi pater.ff.de reb.eo.& Franc.Areti. in l.vlt.§.pupillu

pillus, poſt medium.ff.de verb.oblig.[& Fa.in dicto tractatu, de emption.& vendi. vbi ſuprà] & Iaſ.in d.l.filiusfami.in fin.ff. qui ſatiſd.cogan.Et ſecundum hanc noſtram interpretationem debent etiam intelligi quæ dicit Bald.in d. l. generaliter.& conſi.ſuprà allegatis, vt pote qui loquitur de alienatione minimè neceſſaria. Et hoc modo quoq; intelligi.d.l.j.& d.l. quicquid.C. de bonis mater.neceſſe eſt.

33 ¶ Sed† & adhuc in caſu d.§.ſinautem æs alienum, uidetur res hæc de qua loquimur,non omnino certa eſſe,nec expedita: tum propter uerba in eo.§.adſcripta,in verſi.ſed pater quidem in prædictis. quæ verba ſunt huiuſmodi,habeat licentiam rite res filiorumfamil.uendere. Nam illa dictio,rite, eam naturam & vim habet,vt iuris ſolennitatem dicat,ſicut dictio recte, ius & cauſam, ſiue iuſtitiam cauſæ, vt placuit gloſſ. & Bart.in l.ij.ff.de inofficio.teſta.& in l. ſed & ſi lege.§.ſcire.ff.de pet. hære.cum ſimilib.Ex quo rite pro ritu nonnulli vſurparunt, vt Statius lib. ſecundo.

At tu(pudet)hoſtia regni
Hoſtia nate iaces,ceu mutus, & è grege ſanguis.
Hei mihi primitùs ararum & rite nefaſto
Libatus iuſſuſq; mori.

Rite, id eſt ritu, quod & Priſcianus libro 14. annotauit. Ex quo & hæc dictio denotat formam. ex ſententia glo.in l.ſi quãdo,in uerbo rite.C.de bon. vacan. & eam quidem ſubſtantialem ſecundum Pet. Anc. in c.poſſeſſor,col.4.verſi.item de iure canonico,de reg.iur.lib.vi.per c. firmiter.§. ſacramentum, extra de ſũma Trin.& c.nihil,extrà de elect. Tum quoq; † quia ubi alicui conceditur facultas conficiendi alicuius actus, quem ante facere non poterat,intelligitur ſeruata ſolennitate, per l.ſi quando,& ibi gloſ. & docto. C.de inoff.teſtamen.Propterea ſcribit Specula. in titu. de loca.§.nunc aliqua, ver.94.poſt multos alios docto.quos illic nuncupatim citat,† ꝙ cùm dominus facit poteſtatem emphyteutæ alienandi rem emphyt.intelligitur tamen, vt alienet ſeruata ſolennitate, ſcilicet requiſito ipſo domino ſecundum formam.l. vlti. C. de iure emphyteutico, in cuius ſententiam ueluti pedibus ire uidetur Ioan.Andr. in additione illius. Eamq; non obſcurè ſequitur.[Ioã. Fab.in §.vlt.col.ij.in uerbo, obſeruari. C. de iure emphyteutico,& Collect.in c.potuit,colum.5. verſi. ſed quid ſi dictũ fuit, de locat.] Floria.in l.ſi ſtipulatus, col.ij.ff.de vſuris.[Ioan. Fay.in ca.imperialem.§. habito.colum.7.in paruis,verſi. ſed tunc quomodo fit, de prohi.feud.alien.per Frederic.]& Alex.cõſ.106. cuius exordium eſt, viſo themate, colum.j. lib.4. & latiſſimè omnium Laur.Calca.conſi.l.non eſt dubitandũ, per quatuor primas col.[Frãc. Curt. in tractat. Feud. in 4. parte, col.67.verſi.5.quæro ſi in inueſtitura.] Et facit quod in ſimili tradit Pe.An.conſi.274.ad declarationem dubij.Ideo Iaſon in d.l.præſes col. ij.C.de tranſact.dicit quòd licet temerarium eſſet à communi illa ſententia Azo.& cæterorum aut conſulendo aut legendo diſcedere, putat tamen legendo eam nõ eſſe veram.

34 ¶ Ego † verò omnibus modis verã eſſe arbitror, ita tamẽ intellectã, vt ſuprà diximus,vt uidelicet poſſit pater ob neceſſitatẽ filiorum ipſorũ bona immobilia, quorum eſt legitimus adminiſtrator, alienare ſine decreto iudicis, per doctrinã gl. & oĩum in d.l.ſi qñ. C. de inofficio-

ſo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

vbi etiã nuncupatim loquens de caſu d.l.vlt.§.ſinautẽ æs alienũ, dicit, illic rite pro recte poni. & Andr. Alciat.in l. hæc verba in ſtipulatione. ff.de verb.ſignifi. & eſt bonus text. in l.3.[cùm dicitur rite atq; ſolẽniter.]& ibi Luc. Pẽ.C.de bo. vacan. ſed & ab alijs quoq: probatiſſimis ſcriptoribus. Nam & Virgilius ipſe Poëtarum maximus, qui in huiuſmodi rebus eſt inſtar omnium, eodem lib.3.Aeneidos ita ſcribit.

Rite ſecundaret viſus.

Id eſt, recte, vt interpretat̃ Seruius, & ratio recti ſermonis admonet. Et iterum in eodem libro.

Si rite audita recordor.

Atque etiam libro quinto.

Si modo rite memor ſeruata remetior aſtra.

Quibus locis ſatis conſtat eam dictionem nullam ſignificare ſolennitatẽ. Ex quo Priſcianus lib.15.A ritu, inquit, rite pro recte: quia nihil traditur ritibus, niſi quod rectũ eſſe credatur.[& Sextus quoq; Põpeius in uerbo ritus. Rite, inquit, ſignificat bene ac recte. & ante hos Varro libro.3. de ling.latina, quo loco de Halcyone aut loquit̃, qđ (ait) fit rite, id ratũ ac rectũ eſt. Ab eo Accurſ. rectè perfectis ſacris uult accipi.]Et cum iſtis expedita eſt res hæc, ĩ qua paulò diutiùs immorati ſumus, quia quotidiana eſt, nec tamen ſatis à noſtris excuſſa.

36 ¶ Deniq; † vt ad alia veniamus. Ex eodẽ fonte fluit, quod eleganter reſpondit Paul.Ca.cõſ.275.incip.ſuper primo quæſito dicendũ videtur dictã ſubſtitutionẽ, col.2. verſi.2.an poſsit hoc dicere, lib.j.ꝙ pater ĩ dubio prçſumitur cõpetenter dotaſſe filiã, nec in hmõi paterna dotatione debet fieri ſubtilis indagatio. Nã cũ paterna pietas conſilium capiat pro liberis.d.l.nec ĩ ea.ff.de adulterijs, non debet alteri videri incõpetens, quod patri competens uiſum eſt, argu.l.ſi furioſo pùberi, in fin.ff.de cura.furio.niſi eſſet magnus quiſpiam exceſſus, qui argueret dolũ patris, argu.l. vnde ſi Neruæ, cũ ſequenti. ff.pro ſocio. Et idẽ quoq; voluit ipſe Paul. Caſtren.conſil. 403.viſis & ponderatis, circa medium, libr.2.& conſil.421.hoc capite, quòd renuntiatio iſtius dominç, verſic.ſecundò principaliter loquitur, eod. lib. 2.& Alex. conſil. 33.uidetur ſuper dicto quçſito, paulò ante fin.lib.4.Maria. conſi.30.quanuis ex his, col.2.verſ. concludo quãtum ad ſecundũ membrum. & Barthol. eius filius conſil. 288.cuius eſt initium, circa primam quæſtionem, col.10.verſicul.confirmantur & prçmiſſa, lib.2.conſil.77. viſo teſtamento Petri, colum. penult.libro.3. & Fran. Curt. ſenior. conſil. 27.hoc capite, magnificus vir, colum. 14. uerſicul. uenio ad, quartum, & colum.17. uerſicul. &, ita in terminis. & iterum conſil.45. ſtatuto ſeu conſuetudine, colum. 12. uerſicul. ad tertium argument. & iterum columna ultima ad fin. &, item conſil.81.incipi.rectè prçfatus egregius doct. columna ultima, & Iaſon qui hoc reputat ſing. in l.uoluntatis.C. de fideicomiſ. & conſil. 231.iſtç duç mulieres, col.4. uerſic. quartò eſt bene conſiderandum, libro.2. & conſil. 133. uideretur in prçmiſſa, col.2.uerſic.ad idem contra, lib.4.[Carolus Ruinus, cõſi.52. quia de pluribus.col.ulti.nume.13. libro 2.] & Phil. Decius in l.pactũ, col.vlt.C.de collationi. vbi hoc dicit no.& conſil. 26. cuius ſuperſcriptio incipit, an filia dotata, colũ.2. verſi. ſed tamen his non ob.vbi hoc reputat not.& conſil. 89. viſo puncto, col.vlt. ver. ſecũda quia.& cõſ. 180. viſa renũtiatione, col.2.verſ.& intantum

intãtum hoc procedit.& conſil.ſeq. ſatis nota.col.2.verſi.& etiam dato, vbi & hoc dicit procedere etiam ſi filia eſſet læſa,vltra dimidium iuſtę æſtimationis. [& conſi.196.viſa tranſactione, col.2. verſi. & in ſimili caſu.] & conſi.276. proponitur quòd dominus. lib.1. [conſ.105. copiosè col.2.verſi.cõcurrit.] & conſil.611. magnificus, colũ.2. [verſi.dubitari poteſt.] & Frã.Cur.iunior.cõſil.10 viſa ac diligenter cõſiderata. col.1. & Laurus Pala. in tract.ſtatuto. excluden.fœmi.à ſucceſ. char.5.col.4. verſi.reperio autẽ in hac queſtione. & Cate.Cot.qui & hoc dicit ſing.in memori. incip. dos data. & Anto. Rub. conſi. 163. circa primum dubium,col.1.verſ.circa aliud.& idem propè voluit Corne.cõſi.107.in cõſilijs,col.3.verſi.quia lex debet,lib. 2. & ante omnes Bald. cuius nullus illorum meminit,conſi.328. cùm in cauſa Piſani conuentus, col.2.verſi. queritur ſecundò,libr.3.vt iam non dubites, vt opinor,in tot legalis diſciplinę procerum ſententiam pedibus manibusq; haud cunctanter ire, etiam ſi reclamet Bald. & Barthol. in tractatu dotiũ, in.17. priuilegio. 5. partis. Cuius quidem authoritas mihi certè veluti ſacroſanctã +ẽ ſed nemo ſolus ſatis ſapit. ex Pleriplectomeni ſenis ſententia in Milite Plauti.id quod Greci ita pronũciãt, εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνὴρ, id eſt,vnus vir, nullus vir. Quanquam idem cum eo ſenſiſſe videtur Sozi. conſi. 57.in cauſa reſtitutionis, col.7.ver. non obſtat illud,lib.4.

37 SED † IAM,ni fallor,tẽpus eſt, vt hunc affectum,amorẽ, neceſſitudinẽ,coniũctionem,aut ſi mauis vnitatẽ,vel vt alij appellant,vnionẽ parentũ & liberorũ relinquamus,& ad aliã partẽ rationis atque fundamẽti noſtrę.l.quę eſt veriſimilitudo,pergamus.Hęc igitur.l. noſtra omniũ cõſenſu fundatur in veriſimili mẽte donantis,qui ſi cogitaſſet de futuris liberis veriſimiliter,aut nõ donauiſſet,aut ſub ea cõd tione donauiſſet, ſi liberos nõ ſuſciperet. Scilicet tãti eſt noſtris legumlatoribus & peritis veriſimilitudo, vt ex ea leges faciãt,liteſq; diffiniri iubeant,tanquã id verũ ſit,quod veri eſt ſimile. Quibus planè conſonant vltra tex. ſup. in princ. allegatos.l. non eſt veriſimile.ff.quod metus cauſa. [& .l.peculium autem,§.j.ff.de pecul.& l.ſi filius, eo.tit.& l. Iulianus.§. preterea.ff.de actio.empt.] & l. ſed & ſi ſuſceperit.§.j.ff. de iudic. & l.ſi extraneus.ff. de condict.ob cau. & l.ſi debitor.§.veriſimile eſt.ff.de cõtra. emptio.& l.ij.§.ſi venditor.ff.de hę re.vendit. & l.peculium.§.j. & iterum.l.ſi filius,quę eſt pẽ.ff. de pœn. & l.Neſennius.ff.de nego. geſt.& l. quęro.§.inter locatorẽ.ff.loca.& l. obligatione.ff. de pigno.& l. Pomponius.§.ſi quis.ff.in quibus cauſis pign.vel hypote.tacitè contrahit.& l.inſulã.ff. qui potio.in pign. habe. & l.3.§.1.ibi, veriſimilia reſponderint.ff.de teſti.& l.ob carmen.§.vltimo. ibi, quę rei aptiora, & vero proximiora, eo.tit. & l. ſi nuptura, in fin.ff.de iure doti. & l.inter ſocerum, in prin.ff. de pact. dotali. & l. amiciſſimos, in prin.ff.de excuſa.tuto.& l.ex facto, poſt prin.ff. de vulga.& pupi.ſub. & l.cohęredi. §. qui patrem, eo.tit.& l.cùm res, in prin. & l. quidam, etiam in prin.ff. de legat.1. & l. Titia cùm teſtamento.§. qui inuita,ibi, non eſt veriſimile patrem.ff. de legat.2. & l. Męuius, in prin. eo.tit.†vbi incredibile reputatur,quod nõ eſt veriſimile.& l.cùm pater.§.pater certum,eo. quòq; tit. & l.qui filium.ff.de lega.3.& l.vxorem.§.feliciſſimo,eo.tit.& l. qui cõcubinam.

cubinam.§. qui fun lum, eo, quoq; tit.& l.Publius.§.Titia.ff.de condi. & demon.& l.cùm vir vxori,eo.tit. & l.Plautius.ff.de aur.& argen.leg. & l.deniq;.§. vlti.ff. de pecu. legat. & l.ſi ſtipulatus.ff.de vſur. & l.ſi ini micitiæ.ff.de his qui.vt indig.& l.ex facto. §. ſi quis auté ſuſceperit, ibi, quia non eſt veriſimile.ff.ad Trebel lian.& l.cùm quidã.ff.de annu. leg. & l. in ratione.§. tametſi.ff. ad leg. falci. [& l.octaui.ff. vnde cogna. & l.vlti. ad fin.ff. de fideicom. liber.] & l.quod & lex.§. hoc interdictum. ff.de libe.ho.exib.& l. ſi ita fuerit li bertas,in prin.ff.de manu.teſta.& l. cũ ex pluribus,ibi, quòd veriſimile videretur.ff.de ſolut.& l.ſi is cui nũ mos.§. Flauius, eo.tit. & l.miles.§. mulier.ff.ad leg.Iul.de adult.& l.eũ qui ita ſtipulatur, in pri.ff. de verb. oblig.& l.fideiuſſor obligari.§.vlti. ff.de fideiuſ.& l.ſed ſi vnius.§.filiofa.ff.de iniur. & l.ſãnctio.ff. de pœn. & l.hęc autem.§.1.ff. qui.ex cauſ.in poſ.eat.& l.j.§.hęc actio.ff.ſi quis te ſtam.lib. [& l.triplici, ad fin. ff. de verb. ſigni.] & l. in obſcuris .ff. de reg.iur.& l.j. C.qui aduerſ. quos.& l.cum quis, ibi, neque enim veriſimile eſt. C.de nat.liber.& l. vlti. in fin. C. de hęre.inſtit. & l. generaliter.§.cùm autem.C.de inſti.& ſubſti.& l.cum cognitionaliter , & iterum.l.milites,verſi .oportet,ibi,argumentis veriſimilibus.C. de quęſtio.& l.j. C.ad leg.Cor.de falſis. & l.2. C.de his quę vi me.ve cau.ſi. & l.vlt.in fin.C.de vſufruct.& §. ideq; iuris, ibi,cùm non ſit veriſimile, In ſti.qui. ex quib. cauſ. manum. non poſſ.& §.j.ibi,coniecturis & veriſimilium ratione,in authen. de teſtã. imperfect.& §. quia verò veriſimile,in authen.de nõ ali.& c.ſollicitè, quod eſt.2.extra de reſt.ſpolia.& c. in literis,in fin.& in c.cõſtitutis,l.j. extra de teſt. & in c.literas,ext.de iur.iur.& c.quia veriſimile,extra de preſu.& c.ſup hoc.extra de renũ.& c.qm̃,verſ.ſi aũt de carnali,extrã, vt lite.nõ cõteſt.& c.bonę,ibi,ex veri ſimilib⁹ & ꝓbabilibus cauſis,de appel.& c.nauigãti,quod eſt vl.extra de vſur. & c.in pręſentia , extra de procur.& in cap.ſi quis , & in cap. cum P. Mãconella , extra de purg. cano.& in c.ſi culpa.extra de iniur. & dam.dat.& c.per venerabilẽ,ſtatim poſt prin. extra qui fil. ſunt legit.& c.vt circa,verſi.alioqui, de elect.lib.6.& c.nulli, eo.quoq; tit.& lib.& c.quorundã, ibi, veriſimiliter formidamus,eo.ti.& lib.& c, cupiẽ tes.§.ꝙ ſi per.xx.eo.rurſum tit. & lib.& c.vl de renũt.& c.vlt.de reſt. ſpol.eo.libr.& c.vlt.& ibi gl.de off. vica.eo.lib.& c.2.de fil.preſb,eo.li. †Ex quo tex.dicit Domi.conſi.65. diſcutiã,col.pe. ꝙ taciturnitas etiã veriſimilitudinis inducit ſubreptionẽ.& c.2.§.ſtatuimus,de deci.eo.li. & c.in fidei , de hæreti.eo.lib. & c. quãquàm,ibi, nõ minorẽ, quàm veriſimiliter credit, de vſur.eo. lib.& c.ſi epiſcopus,de pœn. & remiſ.eo. li.& c.inſpicimus, & c. in generali, de reg.iur.eo.lib.& ibi concor. per gl.& doc. & cle.cauſam, verſi.verũ ſi propter,& ibi glo.in verbo,veriſimiliter,de elec.& cle. 2.verſi.ſi verò dicti,de for.compe.& cle. 2.verſic.vt auté pręmiſſa,de relig. domi. & cle.exiui.§.deinde,& §.rurſus,& ibi Card.Zab.gloſ.de verbo.ſigni..

38 ¶ Hinc† ad id probãdũ,quod nõ eſt veriſimile, requirunt clariores probationes,vt prodit Bal.in d.l.nõ eſt veriſimile,ꝑ illũ text. & ẽt Specul. titu.de probatio.§.vlt.col.vlt.verſi. quãtũ.Panor.in c.vlt.in fi. extra de presb.nõ bap.ꝑ d.l.nõ ẽ veriſimile, cũ cęteris multis, quorũ nomina & loca veluti digito oſtendit Philip.

Deci.

Deci.con.177.quod ſuprà maturè, col.j.& con.195.inci. ſtudendo bre uitati,col.2.uer. & iſta concluſio.& conſi.342.in cauſa partus ſuppoſiti, col.j.ver.ſecunda ratione, & conſi. 343.viſo conſi.col.j.† Quibus adde quod voluit Ful. in l.ſi maior.C.de legi.hære. quòd ad probãdum quin quagenariam peperiſſe, requirũtur euidẽtiores ꝓbationes,ꝙ &;ibi aſſe rit Phi.Cor. & etiam Sozi.cõ.126. uiſum fuit, col.2.lib.3. † Ex quo ẽt Hẽricus Imperator, cum vxor eius in ea ætate eſſet grauida,voluit ut ea palàm pareret, nequa ſuſpicio fraudis atq; ſuppoſiti partus ſubeſſet, ut retulit Aug.in d.l.ſi maior. † Sed & adde Ant.in d.c.ſuper hoc, col.2.ꝑ illũ tex.de renun.ubi dicit, quòd ubi exceptio nõ eſt veriſimilis,poteſt iudex cogere reũ proponentẽ huiuſmodi exceptionẽ, exprimere cauſam ex qua reddatur ueriſimilis licèt non aliàs.Imò ſecundũ intellectum Inn.ibi, non debet admitti talis exceptio ſine expreſſione cauſæ†Et cũ hoc debet præterea proponẽs ſubijci grauiori oneri pro bandi, ut dicit ipſe Ant.ubi ſuprà, col.7.ver.tu potes quintò colligere.Et ita primo loco vt ipſe dicit,debet iudex diſcutere de veriſimilitudine,antequam admittat exceptionem,& nihilominus grauare duriori onere probationis, de quo etiam per eundem Ant.& Panor.in c.ſolicitè,extra de reſtit.ſpolia.† Ex quo generaliter dicit Fel.in d.c.quia ueriſimile, ex aucto.Ant.ubi ſuprà, ꝙ licèt quis non debeat grauari onere probandi,cùm habet plenam probationem,per c.2.de proba. hoc tamẽ non habet locum,quando factum al legatum non eſſet veriſimile.Sed & Panor.in d.c.quia veriſimile, ex eo text.no.quòd licèt contra præſumptionẽ iuris admittatur ꝓbatio, ut no.ĩ c.quãto,eo.ti.tñ aggrauatur ꝓbans durioribus probationibus, qñ eſt veriſimilitudo cõtra eũ. id quod dicit eſſe mẽti tenẽdum.Et hinc occaſione ſumpta multa dicit de veriſimilitudine.Ea aliquãdo, inquit,tãta eſt, vt non admittat probationẽ contrariam, niſi procedat quædam cauſæ cognitio, per d.c. ſuper hoc, de prob.immò quandoq; nõ admittitur,per c.filij,de hæret.li.6. Quod & ante eum dixerat Imo.ibi,qui ſubiungit id quod ſuprà diximus;vide licet quòd cùm admittitur;probatio aduerſus veriſimil itudinem,aggrauatur probãs lucidiori probatione,per tex.ibi,& in d.l.non eſt veri ſimile.nec tñ priùs admittitur, quã facta aliqua diſcuſſione, ut per Specu.ti.de prob.§.nũc dicẽdũ,in prin. de quo etiã ibi Io.An.in addi. † Sed ut redeamus ad Ant.ĩ d.c. ſuꝑ hoc, is ibi col.3.dicit,quòd cũ reus proponit exceptionem non veriſimilẽ, poteſt iudex cogere vt promittat certam pœnam, ſi ea appareat non eſſe vera aut legitima, allegatque idem voluiſſe Compoſtel.in c.quod ſicut,de elect.† Sed & idem Anto. ubi ſuprà,col.4.verſi.ex quo habes, dicit, quòd cùm teſtis examinatur ſuper articulo non veriſimili, poteſt & debet interrogari extra articulum de facti cauſa, ex qua reddatur factum veriſimile,† Ex eoq; dicit limitari & declarari c. de teſtibus,extrà de teſti.& quod not. in l. momentaneæ.C.qui legi.perſon.& in l.ſi duo patrem.§. qui iuraſſe.ff. de iureiur.[cæterum D. à rota deci.630.articuli, in antiquis, dicunt articulos non veriſimiles non eſſe admittẽdos,& ita Rotam ſeruare.]

39¶ Huic † aũt ꝙ dictũ eſt,duriorem ꝓbationẽ exigi in nõveriſimilibus, adſtipulatur,quòd licèt aliàs ignorantia probetur illius, iuramento qui

idq; conſtabat, & tñ non niſi duos inſtituit. Certè illi tantũ habentur pro inſtitutis, nõ etiã alij quos ſcribere voluit. Et ad hoc eum text. expendit Paul. Caſt. cõſi. 264. videtur dicendum pro matre, col. j. Et alius quoq; text. quẽ & ipſe Dec. nonnunquam citat in d. l. Gallus. §. quidam rectè, ibi, vt ex eo caſu valeat, qui ex verbis concipi poſsit. quẽ etiam expẽdit Bal. conſi. 182. locata fuit, col. vlt. li. j. vbi ex eo dicit. †. quòd finibus verborũ debemus eſſe contenti. & rurſum in c. ſecundo requiris, col. j. extrà de appel. ubi ex eo ſupplet illum tex. in verbo, intẽtioni, quaſi non ſatis ſit intentio, niſi ea verbis exprimatur, ad quod etiã citat tex. quem dicit ſingul. in l. ſi alij, in fi. ff. de vſufru. leg. ibi, plus valet ſcriptura, & c. Per quem & ipſe Bal. alibi, ſcilicet in c. mãdatum, col. j. ext. de reſcript. aſſerit † linguã cordi cedere, & ſub iugo mentis verba conſiſtere, tanquam ſub proprio originali & digniori, dum tamen (inquit ex eo text.) non recedatur à verbis. Et ſtatim poſt ſubdit, tacitã voluntatem cohærentem expreſſæ, haberi pro expreſſa, ſed in corde retentã nihil operari. † Quin ex eo text. reſpondit ipſe Bal. conſi. 23. Titius in teſtamẽto, col. 2. lib. j. non eſſe recedendum à rigore verborum teſtamenti † Sed & ex eo dicit idem Bal. in c. licèt de vitanda, col. 2. ver. apparet, extra de elect. ꝙ non minùs verba q̃ ratio magiſtralis debet attẽdi, † quia ea ratio non eſt text. legis, ſed opinio quædã doctorũ. † Sed & alibi ſcribit idẽ Bal. in l. proponebat, in. 2. opp. ff. de legat. 2. id haberi pro omiſſo qđ non emittitur à teſtatore ĩ ſcriptura vel ꝓlatione verborũ diſpoſitiua. † Et rurſus ĩ l. volũtatis, ad fi. C. de fideicom. tradit non credendũ teſtatorẽ quicquã velle, niſi id quod expreſſerit. quod & idẽ prodit in l. j. §. finautem ad deficiẽtis. C. de cad. tol. per text. ibi, qui ad hoc eſt optimus. Ita enim illic ſcribitur. Nã ſi contrariũ volebat teſtator, nulla erat difficultas ſcribere. Et idem quoq; uoluit Soz. cõſ. 4. quantũ ad primũ, col. 3. ver. nõ. n. ꝓſumere debemus, li. 4. & Iaſ. conſi. 140. quod eſt primũ, li. 2. incip. ſpectabilis dñs, colũ. 5. verſi. quinto facit, & conſi. 143. dominus Auguſtinus, col. 6. verſi. nono & vltimo, eo. lib. 2. & conſi. 220. teſtator fecit, col. 7. verſi. quinto in fauorẽ, eo. li. 2. [& con. 228. teſtator tres filios, col. 3. uerſi. ſecundò pro eadẽ, eod. lib. 2.] & conſi. 239. eodemq; vlt. factum ſic ſe habet, ſpectabilis uir. col. 4. uerſi. ſextò multum me mouet, eo. lib. 2. & conſi. 29. dominus Nicolinus, col. pe. uerſi. quintò facit. l. 3. & conſi. 66. nobilis miles, col. 8. uerſi. ſecundo principaliter, eo. lib. 3. Ant. Rube. conſi. 2. facti ſeries. col. 2. † Idem autem Bal. in elegãtiſſimo eruditiſſimoq; illo tract. ſchiſmatis, quem poſuit ſub rubri. C. ſi quis aliq. teſta. prohi. col. 9. verſi. in contrarium, nam illud tradit mentem in corde retentã nihil operari in actibus humanis, per l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. oblig. & l. potuit. C. de iu. delib. quo etiã in loco. col. j. in. 6. oppo. dicit idem Bal. ꝙ † actus exterior requiritur ad declarãdum interiorẽ animi motum, quia conſenſus mentalis tantũ neque uerbo, neque facto demonſtratus non accommodatur actibus hominũ, nec reddit ipſos actus eſſentialiter perfectos. Et facit quod in pulchro caſu reſpondit Pet. Anc. conſil. 266. iſte magiſter, dum illic verba cuiuſdam teſtatoris, relicta poſt tergũ mente, obſeruat, & quod ſcribitur in l. cogitationis. ff. de pœnis,

nis,cum ſi.nā uereor, ne iā nimius in hoc ſim. Et idem ante oēs uoluit gloſ.in l.codicillis,quæ eſt pe.§.inſulā.ff.de leg.2. ex qua no. Bal.ibi. reſeruationē in mente retentā nihil operari,niſi verbis exprimatur. Et facit quod tradit ipſe Bal.in l.mutū in fi.per gloſ.ibi.ff.de acqui. hære. ꝙ uolūtas nō declarata, ſed in mente retenta non inducit aditionē hæreditatis, nec in foro cōſcientię ad quicquam tenetur tanquàm hęres, quod dicit no. & idē quoq; uoluit Bar. in l.gerit. ff.de acq. hære. [& Ioan.Fab.in.§.ult. Inſtit.de hære. qualit.& differ.ubi & idem dicit de ratihabitione mentali. & Iaſ. in l. j.col.j.C.qui admit. ad bo.poſſeſ.]

22 ¶ † Vnum tātum dixerim, horum eſſe rationē in promptu, qm̄ animi cogitatio,quæ in lucem non produ citur,cenſetur eſſe abortiua, eſtq; tāquam poſthumus exiſtens in utero,qui niſi naſcatur, & in lucē proferatur,nihil eſt,l.ulti.C.de poſthu. hære.inſtit. Ita.n. eleganter dicit Bal.ipſe in l.j.col.9.uerſic.circa ſecundum capitulū.C.qui admit.atq; iterum in d.tractatu ſchiſmatis,col. 10.uerſi.amplius ſciēdum eſt.quod admodum commendat Iaſ. in l.j. col.2.uerſi.glo.mag. ff.de con.cau. da.& in l.quod quis.ff.de con.inde. & in l.ſi ita legatū.§.illi ſi uolet.ff. de leg.j.& conſil.239.eodemq; ult. factum ſic ſe habet, ſpectabilis uir, col.4.uerſi.confirmatur, quia propoſitum. lib.2. [ut in conſi.22.in quæſtione uertente,col.2.uerſ.con firmantur prædicta.]

23 ¶ † Vt interim omittam illam rationem, hoīes ſæpe errare in coniectura nda mēte tacita pp nimiā ſubtilitatem,& quia diſponētis animū nō uidemus, Ita.n. pulchrè uoluit idē Bal.in l.precibus, col.7.uerſi.dixi ergo de duabus. C.de impu. & al i.ſubſtit.ubi & illud ſubdit ex Ariſtotele in Ethicis. Ignorantes ſicut longè diſtantes ſpeculari, illudq́, Boetij, † Eius quod multipliciter exponitur,ueritas ignoratur. Et illud dictum Bal. commendat Fran. Cur. ſenior conſ.64. antiquiſſima, col.11.uerſi.quia in ultimis uoluntatibus.[& idem Iaſ.in l.licet imperator, col.3.ff. de leg.j.& conſi. 143.agitur, in princ.lib.4.& conſi. 154.uiſo teſtamento, poſt prin.eo lib.4.& in addi.conſ.157.circa,col. eiuſdem additio.j.eo.lib.4. Illud autem Boetii citat,& idē Bal.in l. nec quicquā.§.ubi decretū, poſt prin. ff.de offi.procur.& in l.data,col.10. uerſi.interdū propter fraudem. C. qui accuſa. non poſſ. & Iaſ.in l. cū prolatis,col.ult.ff.de re iudi.† Quibus adde]& eundē Bal.in l.j.col.7. uerſ.mō ſequitur alia.C.de confeſ. ubi dicit quòd de mēte hoīs nullū eſt directum teſtimoniū, eſtq; nota uere ſoli deo.l.iuriſgē.§.pactorū.ff. de pact.Porrò ipſe Bal.in conſ.452. ſtatuto ciuitatis Mantuæ,col.ult.li. j.reſpondit in ſtatutis pōderari magis uerba, quā mentem imaginariā & non certam, per d.l.ſi alij.ff.de uſufr.leg.Et in rub.extra de off.iudi.col.2.uerſ.ad officium hæc ſcribit,ad officium iudicis pertinet inſpicere uerba, † quia mens occulta in corde nihil eſt. Et ut dicit Alcia.in l.nominis.§.uerbum.ff.de uerb.ſigni.plerunque fallimur, dū legis rationem per coniecturas nos aſſecutos credimus.

24 ¶ † Et hæc quidem potiſſimū obtinent in uolūtate retenta ī mēte alterutrius partiū,& nō utriuſq; actū gerentis, quia tunc haud dubiè ea non attenditur,pro nihiloq; reputatur.l.ſi repetēdi, & ibi gloſ.& doc. C.de cōd.ob.cau.& l.3.§. ſi q̄s quaſi,& ibi ēt doc.ff.eo.& d.l.qđ quis

ff.de cōd.inde.& l.cū in plures.§.locator.ff.loca.prout illum tex.doc. intelligunt. & l.ſi maiores, & ibi quoq; doc.C.de trāſa. & not. glo.in l.codicillis.§.j.in ver. ea mēte.ff.de lega.2.Barb.in l.cum quid,col.2.ff. ſi cert.pet. & in l.ſi ego, in 2.oppo. ff.eo.tit. Bal. in c.3. extrà de iureiur.Panor.in c.ex parte, col.2.extrà de conuer.coniug. cum ſi. Nec enim voluntate vnius retractandus eſt contractus, ar.l.ab emptione.ff. de pact.& l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.cum ſi.

25 ¶ † Quòd ſi hæc volūtas in corde retenta eſſet aliquo modo conſideranda,non ita tamen vt ex ea deberet reuocari donatio ipſo iure, per l.ſi instituta.§.vlt. ff.de inof. teſta. iuncta.l. vlt. ff. de hæred. inſti. vbi Bar. ex illis duabus legibus ſimul iunctis hāc veluti ſententiā pronuntiat, quòd falſa cauſa nuncupatim inſerta & expreſſa in teſtamento vitiat diſpoſitionē ipſo iure, ſed ſi ea non fuit expreſſa,ſed tātum in mente retenta,non vitiat ipſo iure. Qđ & ī effectu voluit Bal.ibi,in.2.opp. At in caſu.l.noſtræ donatio ipſo iure reuocatur.vt dicemus latiſſimè infrà in verbo, reuertatur in princ. Ergo ad id ipſum requiritur voluntas expreſſa, nec debet ſufficere tacita, ſi ad regulas iuris communis reſpicimus.Ex quo conſequens eſt, quòd ſi fiat ex tacita, id fit contra ius commune.

26 ¶ † Ex his planè conficitur, quod ſuprà aſſumpſimus,hanc.l.noſtram eſſe exorbitantem à iure communi Id quod expreſſim (vt au toritatē ad rationes addamus) aſſerit Imo. in l.filio præterito, col.11.verſi. & pro hoc etiam facit.ff.de.iniuſt.teſta.& Ro.conſ.26.pro deciſione eorum,col.2.verſi.concludo ergo,vbi ex hoc dicit quòd debet intelligi propriè & ſtrictè. Corn.conſi.145. in hac conſultatione,col.5.ver.tertio reſpōdet, lib.j.& conſi.158.pro deciſione, col.8.verſi,tertiò reſpondet,lib.2.& conſ.244. videtur prima fronte dicendū, col.5.verſi.tertio rńdet,eo.lib.2. & conſ.4. dubia ſanè mihi.col.2.verſi. his tamen nō obſtātibus,lib.3.& conſi.11.in præſenti conſultatione, verſ.nec etiam videtur,& col.pen.verſi. nec obſtāt ea,eo.lib.3.& conſi.114. videtur in præſenti,col.j.eo.lib.3.& cōſi.206. viſo ſuprascripto themate, col. 8. verſi. concurrit etiam,eo.lib.3. & conſi.225. antequā aggrediar,col. 5.verſi.nec ob.d.l.eo.lib.3,& in authen.ex cauſa,col.9.verſi,tertiò reſpondet, & ibi quoq; Alex.col.10. verſi.vnde tutior reſponſio.C.de liber.præter,& rurſum ipſe Alex.conſi.40. ſuper primo dubio, col.pen. verſi.circa quartū,lib.4.Fran.Are. in l.Titius,in prin.col.4.ff.de liber. & poſt.Soz. in l.j.ad fin. C.de pact. & in repe.l.cū auus, col.8.verſi.tertium eorum relatum. & iterū, col. 56.in 8.quæſt. verſi.quò autem ad ſecundum.ff.de cond. & demonſt. & conſi.53.viſo inſtrumento, cum in multis locis, tum col.6.verſicu. poſtremò alio fundamento,lib.4.& conſi.93.teſtamentum præmiſſum, col.4.uerſi. tertio modo reſpondetur,eo.lib.4. Steph.Bertran.conſil. 205.ſi eſt verum, col.vlt.lib.2.Iaſ. in l.ex hoc iure. in 16.effectu obligationis antidotalis.ff. de iuſtit. & iur.& conſil.171.viſo inſtrumento dotis, col.6.verſi. nō ob.etiam prædictis,lib.4. Nam & exorbitantem eſſe.l.cùm auus.ff.de condit. & demon.& ſimiles quæ maximam habent cum.l. noſtra cognationem, affirmat Imo.in d.l.filio præterito. col.9.verſicu. item non obſtat ratio.ff.de iniuſt. teſta. & in d.l. cùm auus,

auus,& ibi etiam Soz. col.21.verſi.
ſextò infertur, & alibi ſæpe.ff.de
cond. & demon. & Fran.Aret. in l.
generaliter.§.cum autem.ad fin.C.
de inſtit. & ſubſtit. & Philip. Dec.
conſi.416. in teſtamento, colum.2.
Ideoq; eam non eſſe extendendam
ultra terminos eius reſpõdit Paul.
Caſt. conſi.14. ſi contingat dictam
differentiam, col.vl. lib.j. Et adeo
quidem eſt exorbitans lex noſtra,
vt Gaſpar Calde.vir non ſpernẽdæ
authoritatis ex facto conſultus, dũ
non recordaretur huius.l.ex diame
tro reſponderit cõtrarium ob alias
iuris cõmunis regulas, videlicet do
nationem non reuocari ob liberos
poſtea natos. Nam donatio,inquit,
perfecta non debet reuocari ex ſu-
perueniente caſu,nec repetitur taci
ta conditio futurorum liberorum
à iure ſubintellecta. Et licèt defi-
ciat voluntas poſt donationem, tã
dè venere bubulci,cùm facta ſit do-
natio irreuocabilis, nec dependeat
reuocatio à ſui nuda volũtate. † Et
reſpondet ad not. in authen.ex cau
ſa.C.de liber.præter. & in l.filio.ff.
de iniuſt.teſta.& q̃dam alia,quæ an
tè allegauerat pro diuerſa ſentẽtia.
Nam ea,inquit, loquuntur in ulti-
mis uoluntatibus,in quibus volun-
tas eſt ambulatoria, non ſic in acti-
bus inter uiuos.

27 ¶ † Si igitur l.noſtra eſt exorbitãs,
conſequens eſt eam eſſe reſtringen
dam,& non extendendã.l.jus ſingu
lare,& l.quòd verò cõtra.ff.de leg.
& l.ſi verò.§.de uiro.ff.ſolu.mat.&
c.quæ à iure communi,extrà de re-
gu.iur.lib.6.cum ſi.Nec tum quidẽ
cum ſubeſt eadem ratio, ex ſenten-
tia gloſ.in c.in fidei,in uerbo,inqui
ſitionis,de hæret.lib.6. & eſt opti-
mus text.in c.cõſtitutionem, & ibi
gloſ.in uerbo,prorogamus,de regu
la lib.6. Præſertim cum ſit latæ ſen
tentiæ,vt dicemus inferiùs in uer-
bo,reuertatur, in princ. Ideoq; om
nino extendenda non eſt, ſecũdum
ea quę dicemus in eodę uerbo,in 6.
diſcrimine latę & ferendæ ſentẽtiæ.

28 ¶ † Idq; maximè ubi agitur de ex
tenſione unius perſonæ ad alias nõ
expreſſas, quandoquidem ubi aliàs
ſit extenſio ex uериſimili & præſum
pta mentę cõtrahentis, aut aliter di
ſponentis,ſecũdum not. in l.tale pa
ctum.§.ult.ff.de pact. & in l.ult.C.
de inſtit. & ſubſti. & in l. Titius.§.
Lucius.ff.de liber.& poſt. cum ſi.ta
men hoc non procedit in extenſio-
ne unius perſonæ ad alias,ſed unius
tm̃ caſus ad alium ut uoluit Raph.
Co.in l.commodiſſimè.ff.de libe.&
poſt.Frã.Aret.& Iaſ.in l. Gallus.§.
& quid ſi tantũ,uterq; col.3.ff.de li
be.& poſt. Iaſ.in l.cũ res.ff.de leg.
j.& conſi.220.teſtator fecit, col.4.
verſi.ſed iſtis nòn obſtantibus,lib.
2.& conſil.228. teſtator tres filios,
col.2.uerſi. ſed præmiſſis non ob.
eo.lib.2.[& conſi.29.dominus Ni-
colinus,col.3.uer.tertiò & fortiùs,
lib.3.& conſi.ſeq. teſtator Ioanni.
col.pe.uer.quintò pro iſta parte.]
& conſi. 66. nobilis miles, colũ.9.
uerſi.tertiò principaliter, eo.lib.3.
Philip.Dec. conſi.211. ſubtilis eſt
caſus,col.pen.& conſi.218. in caſu
ad me tranſmiſſo, col.3. uer. & ex
his comprobatur. & con.273. in ca
ſu propoſito,in fi.col pen. & conſi.
287.in ciuitate,col.3.uerſ. ſecundò
propius.& conſil.291. uiſis, col.4.
uer.ſecundò præmitto. & cõſ. 314.
pro reſolutione,col.2.& conſi. 377.
uiſis & diligenter conſideratis,col.
2.uerſi.quia ad hoc reſpondetur.&
cõſi.394.pro uera reſolutione, col.
4.uerſi.ſextò & ultimò.[& conſil.
465.perſcrutatis,nume.j.] & Hip-
po.Marſil.ſing.499.licèt diſpoſitio
& nouiſſimè And. Alciat. omnium
legum

legum interpretum elegantiſſimus li.3.de uer.ſign.col.3.& Ant. Rub. conſ. 31. præſupponitur in facto, col.2.in fi.

29 ¶ † Qui quidem omnes hanc doctrinã depromũt, ex l.ſi quis ita.§. ſi quis cum ignoraret.ff. de teſta. tutel.ubi teſtator dans tutorem filiis ſuis, non intelligitur dediſſe ei filio quẽ ignorat ſe habere, uel credebat deceſsiſſe quãquã uerſimile eſt,ſi ſciuiſſet illũ ſe habere,non minus ei uoluiſſe de tutore prouidere q̃ cæteris. Cuius tex.& aliorum authoritate ſubnixus Accurſius in d. l.Titius.in prin.in uerbo, oportet, ante fi.ff.de libe.& poſt h. tradit generalem inſtitutionẽ filiorum non trahi ad filium. quẽ teſtator ignorabat ſe habere,licet omnium eadem eſſet ratio eademq; affectio, eadéq; omnino omniũ uerſimilitudo, per l.3.C.de inof.teſt. Quã glo.ſequuntur Dy.Oldra.Nicol.Neap. Alber. Ang.Rap.Co.in.d.l.Titius.Dy.Cy. Iac.Are.Alber.& Bart.in d.§. ſi q.s cũ ignoraret Cy.ĩ l.ſi pater,in 3.q. C.de hæred.inſtit.Bal.& Alex.in l. ſicut certi. C.de teſta.milit. Fran. Aret.in d.§.& quid ſi tãtum, col.5. Et huc reſpiciunt eiuſmodi extenſionem perſonarum improbantia, quæ ſcripſit Oldra.conſi.21. thema tale eſt. teſtator. Ioan. Andr.in addit.Spe.titu.teſtamen.§.ult.in ult. q.incip.quæſtio talis eſt.Paul.Caſt. in l.ex facto.§.pen.ff.ad Trebel. & conſi.97. ne impropriis utamur uocabulis,lib.2.& tex. in l.ſi pater filium,& ibi Imo. Alex.& alii recentiores.ff.de uulg.& pupil.ſubſti.

30 ¶ † Ex quo illud fit, quòd ſi etiam hæc l.eſſet fauorabilis,& ita extendenda,de quo poſtea dicemus, non tamen de una perſona ad aliam,ſed tantum de uno caſu ad alium, ut expreſſe in ſpẽ huius l.noſtræ.videtur uoluiſſe. aliud tamen agens. Fran.Aret.in d.l.Titius.ff.de lib. & poſt.& Soz.d.conſi.93.col.4.lib.4. Ideò cum ea nũcupatim loquatur de patrono & liberto,nõ debet trahi ad alias perſonas.

31 ¶ † Tum poſtremò q̃m multo maior eſt ratio reuocãdæ donationis factę liberto,quàm extraneo,pręſertim pp liberos patroni.Libertus.n. à dño accepit ſummũ beneficiũ, ut ſcribit Tullius in 3.in Verrẽ actione,hoc eſt libertatem, rẽ certè inęſtimabilem.l.libertas.ff.de reg.iur. cum ſi.ad quã ab eo euectus eſt,manentq; adhuc quædã ueſtigia prioris ſeruitutis.l.unius.§.ſeruus.ff.de quęſt.& l.ſeruus.C.eo. Ob idq; debet patrono,& ipſius uxori, liberis & hæredibus & extraneis honorẽ, obſequia,reuerentiam, operas, alimenta, & alia id genus plurima.l.j. & 2.C. de in ius uoc.& l.officio. C. de neg.geſt. & l.etiam libertis & l. libertos.C.de obſeq.patro. præſtã. & ff.eo.ferme per totum.&.ff.& C. de oper.liber.etiã per totũ.& l.j.in prin.ff.de offi.præ.urb.& l.ſi quis à liberis.§.ſolent, & aliis ſeq. uſq; ad fi.l.ff.de liber. agnoſ.cum ſi. etiam ſi liberi ſint emancipati, hæreditateq; paterna abſtineant.l.filij.ff.de iure patro.& l.ſi operarũ.ff.de ope. liber.Vide tñ.l.cũ patronus.§.cum libertus,eo.tit.Sed qđ amplius eſt, eadem prope priuignis patroni debent.l. neque.C. de obſeq. patro. præſt.Nec tñ uiuis patronis, ſed & mortuis quoq; reuerentiam & honorem exhibere tenentur. l.apud Celſum.§.aduerſus,in duobus locis ff.de dol.mal.excep.Et hæc quidem omnia etiam ſi pactione data manumiſſus ſit.l. etiam qui.C.eo. [licèt in contrarium faciat tex. in l. ſi quis à liberis.§.ſi quis à liberti liberto.ff.de liber.agnoſc.] Nec poteſt

teſt patronum ac ipſius hæredes accuſare.l.vlt. C.qui accuſ.non poſ. eũ ſi.[Nec aduerſus eos teſtificari.l.lege Iulia.ff.de legi. Ac ne quidẽ cõtra hæredes extraneos,glo.in l.libertorũ.C.de teſti.& Saly.in d.l.lege Iulia.ff.eo.tit.] Nec põt patronũ in adulterio vxoris deprehẽſum occidere, quem aliàs potuiſſet.l.ſi adulteriũ cũ inceſtu.§.liberto.ff.de adult.Ex quo not.Dy.Alber. & Ange.ꝙ nõ ẽt põt patronũ bannitũ ex ſtatuto interimere,quod & idem dicit ipſe Alber.in.4.par.ſtat.q.6.itẽ quod ſi ex ſtatuto, & iterũ.q.27.itẽ ſuppoſito. & Gandi.in tract.malefi. in rub.de bannit.& malefi.verſ.continetur in ſtatuto.†Poteſtq́; in ſeruitutẽ ob ingratitudinẽ reuocari.l. alimẽta.§.j.ff.de lib.agno.cũ ſi.[Etiam minor.l.non ſolũ, iuncta gloſ. vlt.& ibi Bal.in omnibus lect.ff.de in integ.reſtit. Imò etiam pupillus proximus tñ pubertati, gloſ.in l.ſi arrogati,in ver. redigatur.ff.de tutel.Etiàmq;]de iure canonico.c.de famulis,extr.de ſer.nõ ord. Idq́; ẽt propter leuẽ.l.2.C.de lib.& eorum liber.& not.gloſ.in.§.illud verò, in verbo,reſtituimus,in auth.vt liber. de cæte. quæ declarat quõ id intelligatur,& gloſ.in c.octauo.12.q.2.& Inno.in c.de famulis, extr. de ſer. non ord.[& Io.Fab.in l.j.C. de ingra.liber.†Quod] primũ apud Romanos Claudius Cæſar ſanxit, vt Suetonius tradit, aut Nero,vt tacitus ſcribit li.13.Nã apud Athenienſes multis antè ſeculis idẽ obſeruabãt. De qua re Valerius Maximus libro rerũ memorabiliũ.2.c.j. hæc elegantiſſimè,vt cætera oĩa,deſcripſit.Age,quid illud inſtitutũ Athẽniarum, quàm memorabile,ꝙ cõuictus à patrono libertus ingratus iure libertatis exuitur? Supſedeo te, inquit, habere ciuem tanti muneris impiũ æſtimatorem, nec adduci poſſum,vt credam vrbi vtilem,quẽ domi ſceleſtũ cernã. Abi igitur, & eſto ſeruus,quoniã liber eſſe neſciſti. De quo aliquid,ſed per tranſennam audiuerat Bal. qui in l.j.C. de ingrat.liber.ſcribit, ꝙ quidam Græcus Philoſophus,qui primitus itroduxit reuocationẽ in ſeruitutẽ ſic ait. Eſto ſeruus, quia liber eſſe neſciſti.quẽ ad verbũ nullo addito refert Iaſ.in l.ex hoc iure,in.2.effectu obligationis antidotalis.ff.de iuſti. & iure,vt ex hoc poſſis intelligere Iaſ.non tam humanitatis ſcientem fuiſſe,quàm multi opinantur. Nec ſolùm liberti reuocantur in ſeruitutem propter ingratitudinem,ſed & libertorum filij.l.vlt. C. de liber.& eorum libe.Idq́; tã patre viuo quã mortuo,ex ſententia gloſ.& Ang. ibi.& Inno.in d.ca.de famulis,in fi. extra de ſeru.non ordin.Sed & non tantum à patronis reuocantur liberti in ſeruitutem, ſed ab eorum liberis, & hæredibus l. liberti, eo. titu.& l.qui manumittuntur. C.de oper.libert. Etiam ſi patronus damnatus fuerit.l. etiam liberis. C.de obſe.pat.præſtand.Imò verò etiam ſi patronus pro eo beneficio pecuniam acceperit.l.Titius puerum.ff. de obſe.à liber.præſtãd. quem tex. ad hoc expendit Paul. Caſtr.in l.digna vox,poſt medium.C.de legi.& Roma. qui eum dicit aureum. in ſingul.459. an dux Mediolani. & Sozi.conſi.4.ſuper quæſtione, colum.5.verſi. poſtremo multum clare, libr.3.& Catel.qui præterea illum dicit ſingularem in memor. incip.ingratitudo, & rurſum immemor.incip.exemptus. Quamquam in diuerſum vrget text. in l. j. C. de libert. & eorum liber. & apertiùs in l.ſi tuis.C.de oper.libert. de quibus nihil dicũt Ro.Paul.Sozi.&

Catel.Sed & denique id procedit, et ſi patronus omne ius liberto remiſerit poterit enim nihilominus libertus ob ingratitudinem reuocari in ſeruitutem l.2.& 3.eademq;. ulti.C. de bo.libert.& in d.§.illud verò, & ibi glo.in verbo, reſtituimus, in authen.ut lib.de cætero. Nec tantum libertus ipſe, ſed & eius filius ad eo ingenuus (vſque adeo ſunt liberti & eorum liberi patronis obnoxij) in ſeruitutem ex ingratitudine reducitur l.vlt.C.de lib.& eorum lib.& §. ſi uerò decretum, iuncta glo.in verbo, filios, in authen.de nupt.vbi & id no.Ang.Leuisq; correctio datur patrono in libertum l.prætor edixit. §.præterea.ff.de iniur. Nec poteſt libertus aduerſus patronum teſtificari l.libertorum C.de teſt. [Hæcque etiam procedunt, ſiue quis manumiſerit ſponte, ſiue neceſſitate l.inteſtato.§.j.ff.de ſuis & legi.hæred.]

32 ¶†Proinde uidemus etiam aliàs facilius reuocari quæ patronus in libertum contulit, vt patet ex.l.j.C. hoc eo.tit.de reuo.dona. vbi non ſolùm donatio facta liberto reuocatur etiam ex leui cauſa, videlicet ex ſola negligentia præſtandi obſequij: ſed id & quoq;, quòd ex pecunia donata nomine liberti emptum eſt. In qua re duo ſunt ſpecialia, quæ vocamus: vnum, quòd ex ſola negligentia reuocatur donatio, cum aliàs non negligentia ipſa, non alia leuis cauſa donationem reuocet, ſed grauis tantùm, nec ea tamen omnis, ſed quinq; tantum, quæ adſcribuntur in l.vlt. infrà eo.tit. Alterum, quòd patronus vendicat rem quam libertus ſuo nomine emit ex pecunia à patrono donata, cum aliàs res empta ex pecunia donata non reuocetur l.qui vas, in fi.ff.de furt. quod mirabile dicit Azo in ſumma, hoc eo.tit.poſt prin. & Hoſtien.in ſum.ti.de dona.§. qualiter reuocetur, ver.ſi patronus & Gof.etiam in ſumma, eo.titu. paulò ante fi. Idq; dicunt ſpeciale in patrono & liberto.glo.Bal.& alij in d.l.j. Sed & alibi quoq; non tantùm habet roboris & virium, quod in libertos noſtros contulimus, quàm quod in extraneos l.Titio centum §.Titio centum, le ij.ff.de cond. & dem. & l.fratres C.de inof.teſta. & l.datum C.de legat.

33 [¶†Ex quo etiam fit quòd donatio inofficioſa facta à patre, reuocatur à filio vſq; ad legitimam tãtùm l.j.& ibi not.C.de reuo.dona.ſed facta à liberto, reuocatur à patrono integrè l.ſi libertus, in fi.ff.ſi quis in frau.patro.quia vt dicit Fran.Aret. in d.l.j.durius agitur cum liberto, propter reliquias præcedentis ſeruitutis. Et facit etiam quòd libertus faciliùs præſumitur donare patrono, aut per conſenſum remittere ſcilicet conſentiendo alienationem rei ſuæ patrono, quàm extraneus, vt dicit Bar.in l.ſi fundum per fideicommiſſum, col.j.ff.de leg.2.iuncta d.l. ſi fundum, facit item quod aliàs faciliùs debent liberti cedere filijs patronorum, in ijs quæ ab ipſis obtinuerunt, quàm extraneis, vt ſatis declarat text.in l.Pamphilo, in prin.ff. de leg.3.ibi, ſententiam defuncti à liberto decipi ſatis inhumanum eſt, iunctis præcedentibus, & ſequentibus. Et magis debetur hæreditas liberti patrono quàm legitimis, hæredibus l.legitimos §.j.& ibi Bal. expreſsè ff.de legi.tutor.& l.non uſque adeo ff.ſi quis à parent. manumiſ. fuer. Imò etiam quàm filijs. Bald.in l.quaudiu, quæ eſt 3.in fi.ff. de acq.hæred.per d.l.non vſque adeo, & l. ulti. ff. ſi quid in fraud. patr.]

34 ¶†Adde ad hanc poſtremam rationem, tãtum iuris habere patronum

in

in libertum, ut multò maius id ſit, quàm quod habet pater in filium, vt uoluerunt Pet. à Bel. & Io. Fab. in §.ſeruitus, Inſti. de iure perſo. quod & hinc videre licet, quòd patronus libertum, qui ſe vendidit eo ignorante, poteſt reuocare l.4.ff.de lib.cau.non autem pater filium, ut voluit glo.in d.§.ſeruitus.Item poteſt patronus à liberto alienata in fraudem ipſius reuocare, non ſic pater alienata à filio, vt de vtroq; eſt text.in l.2.ff.ſi à parent. quis manu. fue. cuius hoc initium eſt, non vſq; adeo exæquandus eſt patrono parens, vt &c.ex quibus verbis planũ eſt, quod ex Pet.& Fab.diximus, nõ tantam eſſe patris in filium poteſtatem, quantam patroni in libertum. Ex quo & illud confeſtim aſſumitur, donationem liberto factam à patrono, non tam firmis ſubniti radicibus, quàm quæ fit extraneo, eamq; faciliùs reuocari, cum & donatio facta à patre filio poſſit liberè reuocari, nec niſi morte confirmetur l. donationes quas parentes C.de donat. inter vir.& vxor.Ideo & ea quæ liberto fit à patrono, facilè etiam reuocari debet.

35 ¶†Hæ igitur rationes non leuiter ſtabiliunt quod in prin.huius gl. diximus, hanc l.procedere tantum in donatione, quam facit patronus liberto, vt interim prætermittam aliam rationem notiſſimam quidem illam, ſed non ineffi cacem: quia cum l.noſtra loquatur expreſſim de huiuſmodi donatione, quæ facta eſt liberto, cenſetur diuerſum intelligere & ſtatuere in alia donatione, argumento illo à contrario ſenſu in iure fortiſſimo l.j.§.huius rei.ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. Præſertim cùm ita argumentando redimus ad ius commune, quod ſtatuit donationes ſuapte natura fore perpetuas & irreuocabiles, vt ſuprà diximus.† Ideoq; facilè amplexanda eſt hæc argumentatio atq; interpretatio, quæ nos ad illud ius commune reducit, & adeo ad regulam propriamq; donationum naturam, ar.l.ſi vnus §.pactus ne peteret ff.de pact.& c.ab exordio.25.di.& quod voluit glo.in c. ſtatutum, in verb. numerandum, de præb.lib.6.& Bar.in l.omnes populi, in 3.q.quartæ part. principa. ver. iuxta prædicta.ff.de iuſtit.& iur. cũ multis ſimilibus aggregatis per Fely.in c.omnes, col.4.ver.ſed fortè in caſu iſto, & multis ſeq.ext.de conſt. & in c.cum acceſſiſſent, col.4.verſi. hanc declarationem, eo.tit. & quæ nos, etiam congeſſimus in noſtro tractatu primogenituræ, in 24. q. principa.[nume.5.& id præſertim, & 3.ſeq.]

36 ¶†Et hæc quidem maximè obtinent, quando dici non poſſit in hac l.facti contingentiam, vt noſtri loquuntur, aut exemplum aliquod proponi, nec enim ea decidit tanquã caſum aut ſpeciem aliquam relatã, ſed veluti regulam in donatione patroni conſtituit vt apertiſſimè demonſtrant verba ipſius l.quæ ſunt huiuſinodi. Si vnquam libertis patronus filios non habens bona omnia vel partem aliquam facultatum donatione fuerit largitus, &c. Vides ne his verbis regulam legemq; ſtatui in ea donatione quam fecit antea, aut poſtea facturus eſt patronus liberto? nec illic exemplum aliquod proponi nou magis quidem, quàm cùm ita in l.ſtatuitur. Si qua vnquã loca ad ſacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit, ſecundum veteris ſenſus fidem in ſua iura retrahantur, hæc enim ſunt verba.l.vlt.C.ne rei domi. Vel cum ita etiam dicitur. Si quando vſus exegerit vel porticus vel quaſlibet

libet ædes ætatis ſenio ſeu fortuitis cõcuſſas caſibus reparare liceat &c. nã & ita quoq; ſcribit in l.ſi quando. C.de oper. publ. ſuntq; ſexcentæ aliæ eius formæ leges,& in C.& in.ff. & propè frequentiores, quàm aliæ nullæ, quibus apertè cognoſcitur nullum exẽplum ad eas ſanciendas fuiſſe relatum. Nec enim ex contingentia facti obtigiſſe videri debet, quod conditionaliter profertur, vt de alio caſu loquens aſſerit Philip. Dec.in addit.l.poſthumo,col.eiuſdẽ addi.2.C.de bonor. poſſ.contr. tab. ex not.Bal.in authen.matri & auiæ, col.j.C.quan.mul.tutel.offic.

37 ¶†Hæc autem diximus, quoniam exemplum aut facti cõtingentia nõ ius facit, nec regulam reſtringit, nec ex ea licèt argumentum ſumere, vt multis placuiſſe video, & inter cæteros gloſ.in c.auditis, in ver. ex poſt facto,ext.de elec.& in c.abbate ſanè §.ſed & ad hæc,in verbo, in iudicio, in fi.& ibi Domi.etiã in fi.de re iudi. lib.6.& ſubobſcurè gloſ.in l.j.in 3. lect.C.qñ nõ pet.par.& ibi latè Iaſ. & Phi.Dec.qui adducunt multas cõcor.ille col.j.verſi. & propterea tu iuuenis,hic col.4.ver.in eadem glo. ibi,idem tamen.& eſt optimus text. in l.damni,la ij.§.vlti.ff.de dam.infec.& in l.j.§.quod vulgò.ff.de ui & ui ar. & in l.fine.§.qui non iuſtè ff.de excuſ.tut.& in c.j.& ibi glo.j. ext.ne cleric.vel monac.& in c.ſi papa,in fi.de priuil lib.6.

38 ¶†Imò verò,ut ad noſtram redeamus, & ſi exemplum tale fuiſſet ad imperatorem relatum,quis tamẽ dubitat imperatorem ipſum,ſi id generaliter intellexiſſet in omni donatione,nedum in ea quæ fit libertis à patrono,id ipſum nuncupatim ſtatuiſſe, præſertim cùm non mediocrem ſcrupulum nobis inieciſſet veriùs quàm reliquiſſet. vtrum id generaliter eſſet intelligendum, ideoq; ipſa manca fuiſſet & mutila: quod minimè dicendum eſt l.j.C.de his quib. ut indig. aut certè nimium ambigua,contra.l.communium, in prin. C.de natu.lib.& l.ult.C.de indiuidui.& c.vlt.& ibi Bal.col.vl.ext.de conſti.& c.abbate,extra de verb.ſign.& c.erit autem lex.iiij.diſt.nihil enim magis proprium eſt legis, quã claritas.§.j.ver.nos omnia igitur,in auth.de teſt.imper.

39 ¶†Porrò & qñ legiſlator omnino innititur exẽplo aut ſpecie propoſita,ut hic manifeſtè facit ſi quòd exẽplũ fuit propoſitum, tunc ẽt ius & regula ex eo conſtituitur, per cle.j. de proba.& ita voluit Imo.in c.cum apoſtolica,in verbo datur intelligi, extrà de his quę fi.à præl.ſine con. cap. & Ale.in l.j.in prin.col.12.uer. tertiò fallit,in fi.ff.de offic.eius cui mãd.eſt iuriſd.Iaſ.& Phili.Dec.in d. l.j.C.qñ.nõ pet.par.& idẽ, & Iaſ.i l. qui Romæ. §. Callimachus, col.4. ver.itẽ aduerte.ff.de uer.obli.& Philip.Dec.in c.2.col.2.ver. fatetur tñ Ab.ext.de offi.deleg. Vt interim omittam, ꝙ ſemper exempla et ſi nõ reſtringant regulam,tñ declarant in quibus caſibus loquatur, ex gl.not. quæ ad hoc ſolet allegari, in c.quod Dei timorem,ext.de ſtat.mo. & vt dicit Bal.conſi.357.nulla mulier ſe nubat,col.pen.verſi.ſed quid eſt ſi iſta,lib.j.exempla ſicut digitus rem oſtendunt, & tactui quodammodo ſubijciũt,per l.j.ff.de præſcrip.verb. & §.ſed cũ magis,Inſti.de grad.

40 ¶†Et hãc ſanè ſentẽtiam,videlicet noſtram hanc l.habere locũ in ea donatione quã facit patronus liberto tantũ,maxima authoritate affirmãt gl.in c.vl.17.q.4.& gl.in c.ul.& ibi quoq; Inno.& Hoſt.de dona. & idẽ Hoſt.in ſum.eo.ti.§. qualiter reuocetur,ver.item reuocatur. Gof.ẽt in ſumma

ſumma ad fi.eo.quoq; tit. Azo item in ſumma,hoc eo.tit. Guil.Cu.prout illum referunt Bar.& alij in l.j. C.de inof.dona.Cy.qui illum ibi ſequitur in j.q.ad fi.& ibi quoq; Ioan. Fab. & Saly. qui tamen dicit quod conſulendo non ſequeretur, cum opinio communis ſit in contrarium, & ibi item Raph.Fulg.Idem Cy.hic dum ſe illuc remittit.& hic item ante illum Pe.à bella Pert.loquens tamen ſub dubio fortè.& Io.Fab. etiã hic,atq; Bal.in duobus locis, primũ quidem in ſummario, & iterum in caſus poſitione.[& Raph.Fulg. etiã hic.& ipſe Bal.]& in l.ſi totas, ad fi. & ibi quoq; ante eum Pe.à bella Pert.C.de inof.dona.& idẽ Bal.in l. cùm acutiſſimi,col.j.C.de fideicõ.& clãculũ in l.j.col.j.in 3.C.ſi ĩ fraud. patr. & apertiùs in auth.ex cauſa, col.3.ver.item non ob.& ibi quoq; Imo.C.de lib.pręt.idem Imo. in l.filio præterito,col.11.verſi.item non obſtat quod habetur.ff.de iniuſt.teſta.Petr.Iac.in ſua praᵃ.ti.de cõdit. ex lege pro re dona.cõp.col. vlt.vbi tñ dicit credere ſe,ꝙ alia op.ſeruaretur in iudicijs.Archiep. Embrun. in ſua ſumma, tit.de donat.§.qualiter reuocetur, ver.item reuocatur tota donatio.Raph.Fulg.in l.fratres,per illum text.C.de inof.teſt.& con.65. hoc capite,Titius coniugem non habens,col.2.ver.ad argumenta. Monald.in ſua ſumma,tit.quib.cau. dona.reuo.ver.j.& 2.& Card. Alex.in c.naturales, col.2.ver.quæro pater non habet niſi filium,tit.ſi de feud. fuer. cõt.int.domi.& ag.& ante eos quiſquis eſt,qui interpretationes legibus Codicis Theodoſiani ſubiunxit.Ita enim hanc l.ad verbum interpretatur.Si quis filios non habens, bona ſua vel partem bonorum libertis donauerit,ſi is qui donauit,filios poſtea habuerit,donationes libertis factæ ad integrum vacuantur. Et ẽt Anianus,aut quiſquis is fuit, qui Alarici regis iuſſu ipſius Theodoſiani Codicis leges in epitomen coëgit, cuius in hanc l.hæc verba ſunt:SI patronus filios non habens, aliquid libertis dederit,& poſtea ſuſceperit liberos:quicquid largitus fuerit, reuertatur in eiuſdem donatoris arbitrium.Et hanc oppi.de iure eſſe veriorem aſſerunt Corne.con.4.dubia ſanè mihi,col.3.li.item 3.& Soz.cõ. 53.viſo inſtrumento, col.2.verſi.his tamen non obſtantibus,lib.4. Quanuis tamen dicant,quòd eam iudicando aut conſulendo non ſequerētur, cùm op.communis ſit in contrariũ.

41 CONTRARIUM †enim,uidelicet hanc l.procedere & in donatione facta alteri quàm liberto, voluerũt expreſsè Accur.Bar.qui ita dicit ſe obtinuiſſe,Bal.ſibi cõtrarius in ij.lect. in ij.locis,Saly.etiam ſibi cõtrarius, & Ang.hic.Dy.quem retulit Cy. in d.l.j.& ibi quoq; Bar.col.ij.& Ang. & Pau.Caſt.C.de inoffi.donat.idem Dy.Bar.Bal.& Imo.ſibi etiam contrarius in l. Titia Seio. §.imperator. ff.de leg.2.Archi.in c.vl.17.q.4. Io. And.in d.c. vlti. col.2.& ibi etiam Collec.non ſemel.[Io.Calder.in repeti.col.j.& 2.]Imol.item non ſemel[ſcilicet col.2.verſi. in ea.gloſ. ibi in totum,& alibi ſæpe,]& Panor. & Barb.extr.de donat.Bart.in d.l.ſi totas C.de inof.dona.Iac.Bel.& Ange.in authen.de immenſ.dona.Pau. Caſt.conſ.434.incip.reſpondeo per ordinem,in vl.dubio.lib.j.Ioa.Plat. in §.j.in fin.Inſti.de donat. Corne. in d.authen.ex cauſa,col.9.verſi.nec obſtat.d.l.& conſi.15.ex quo dictus Franciſcus, col.v.verſi. tamen ſunt extendenda, libr.j.& conſil.195.in hac conſultatione,col.6.ver.nec ob. ſtat.d.l.eo.lib.2.& conſi.158.pro deciſione, col.8. verſi. item donatio,

lib.

lib.2.& conſi.11.in præſenti conſultatione,col.vlt.lib.3.vbi & hanc dicit eſſe communem op.& con. 225. antequam aggrediar,col.5.ver.non obſtat.d.l.ſi vnquam,eo.lib.3.Fran. Are.in l.Titius, in prin. col. 3.ff.de lib.& poſt.& conſi.24. quatuor dubia,in primo dubio, Soz.conſi.47.viſa facti contingentia in 3.dubio lib. j.& conſi.93.teſtamentum præmiſſum,col.4.ver.& ad primam rationem, libr.4.Guid.Pap.conſi.156.in quadam cauſa,col.j.vbi & ita dicit tenuiſſe Pet.Helie in repet. huius l. ex qua & illum alibi ſæpe aduocat, ſed ea non reperiē.[Carol. Ruin.cō. 140.circa caſum, col. 3.nu.5.lib.4.], & Steph Ber.conſi.259.adhærendo, lib.j.& idem deniq; tenent vel expreſsè vel tacitè omnes quotquot de hac l.locuti ſunt,niſi ij quos pro priori ſententia citauimus, & alij fortè pauci,ſi qui ſunt, neque enim omnes legimus,nec ſi legiſſemus,recordaremur.

42 ¶†Mouenrur qui hanc poſteriorē op.ſequuntur,hac potiſſimum ratione, quòd huius l.ratio eſt illa præſumpta ac veriſimilis voluntas donantis,qui ſcilicet veriſimiliter non donauiſſet, ſi liberos habuiſſet, aut habiturum ſe cogitaſſet. Ideoq; ſub hac conditione donauiſſe uidetur,ſi liberos non ſuſciperet, per l.cum auius ff.de cond.& demon. cum ſi.allegatis ſuprà in princip.l. Quæ ratio obtinet non ſolum in donationibus quas patroni faciunt libertis, ſed & in alijs quoq;.Et huc,inquiunt,ſpectant duo tex.videlicet in l.ſi totas C.de inoffi.don.& in c.vlt.17.q.4. qui quidem loquentes de hac reuocatione donationis ex liberis poſtea ſuſceptis, nullum de patronis aut libertis verbum faciunt, imò ille nuncupatim de donatione facta filio ipſius donatoris loquitur,hic autem eccleſiæ.

43 ¶†Nec obſtat quod volūtas vnius tantum non expreſſa non attenditur,quia illud procedit, ſi non ſit alia legis prouiſio,vt in caſu,l.noſtrę & d.l.ſi totas.& d.l.vlt. quarum baſis eſt veriſimilis illa mens donantis,& quæ ob eam ſubintelligunt tacitam illam conditionem,vlteriusq; procedunt diſponendo.Nam & aliàs voluntas tacita ſiue in corde retenta,ſi à iure ſit præſumpta,æquè operatur ac expreſſa,vt dicit Bal. in l.j. §.ſi is qui.ff.de exer.act.ita intelligens tex.ibi cum glo.& l.2.ff.ad municip.Vel poteſt etiam dici,quòd illud procedit in contractibus & alijs actibus,qui æquè ex voluntate duorum proficiſcuntur.At donatio maxima ex parte dependet ex voluntate donantis, vt quæ abſenti & ignoranti fieri poteſt l. nec ambigi.C.de dona.& c.ſi tibi abſenti, de præben.lib.6.Ideo non debet mirū uideri, ſi voluntas illius tantum tacita ſatis ſit,ex doctrina Bar.& aliorum,in l.cum quid.ff.ſi cert. pet. & in l.quicquid aſtringēdæ,ff.de uerb. obli. Nam quod de teſtamento dictum eſt,quod dependet ex voluntate vnius teſtatoris,cuius tamen uoluntas non ſufficit ſine diſpoſitione, poteſt negari idverum eſſe,per tex. in l.ſi quis ita §.non ſolum, ibi, & quidem nuda voluntate ff.de adi.lega.& expreſsè uoluit Bar.in d.locis nuper allegatis,& Paul.Caſt. conſi. 364. videtur dicendum pro matre, lib.2.Aut ſi verum eſt, id certè alia ratione obtinet, quòd videlicet & ipſum teſtamentum fieri non poteſt ex ſola voluntate etiam expreſſa, niſi ad actum ipſum diſpoſitionis, & eius quidem ſolennis proceſſum ſit, per tex.in §.ex eo autem, Inſti.qui. mod.teſta.infir.& quæ diximus ſuprà,nu.20.incip.quin & ſi. & dicemus

mus infrà in verbo, ſuſceperit liberos num.220.incip.contrarium tamen in caſu. Donatio autẽ ſolo donantis conſenſu & voluntate perficitur citra inſtrumẽtum aut aliam quãuis ſolennitatem. Vel deniq; dici poteſt, quòd hic ſit voluntas & præſumpta mẽs vtriuſq; & donãtis & donatarii, quam lex fingit interueniſſe, vt nuncupatim dicit Imo. in c.cum contingat,char.ult. verſi. attende tamen quia dicit,extrà de iureiur.& Pau.Ca. conſ.435. ſuper hoc puncto,in prin.& iterum col.2. lib.2. Nam & debuit etiam donatarius cogitare, quòd donans non ita donaſſet ſi de liberis cogitaſſet. Ideoq; hæc utriuſq; mens præſumpta habetur pro expreſſa.l.j.§.vlt. ff.de cond.indeb.& l.triticum.ff.de verbo.oblig.Nam & vbi lex exprimit aliquid tacitè agi inter contrahentes, id pro expreſſo habetur,etiam ſi in mente fuerit retentum. d.l.cùm quid.ff.ſi cert.pet. & gloſ. in c.quemadmodum, in verbo,conditio,extr.de iureiur.

44 ¶ † Nec uerũ eſt,quod dictum eſt, legem exorbitantem non debere trahi ad alium caſum ex eadem ratione,quia contrarium ſimpliciter tenuit Bar. in l.ſi conſtante, in 9.q. primæ partis.ff.ſol.mat.cũ concordant. ibi adductis per Alex. col.4. verſ. item inquantum, Bar. & per Barb.in c.iurauit, extra de prob. & Cor.conſil.243.in hac conſultatione,ante fi.lib.4.& Fely.in c.quoniã frequenter, in prin. ext.vt lit. non conteſt.& Philip. Dec.in c.cum dilecta,in 5.no.ext. de confir.uti.uel inutil.& latè etiam And. Alcia. lib. 2.de uerb.ſign.char.9. quo loco diſſerit de limitatoria diſpoſitione.

45 ¶ † Quorum ſententia ex eo pulchrè confirma[illegible], quod voluerunt Pet.& Cyn. in [illegible]ra non in ſingulas.ff.de legi.quod quando in pluribus caſibus eadem eſt ratio, tũc ea ipſa decidit omnes illos caſus, non quidem per extẽſionem.Imo ſicut genus comprehendit ſpecies.l.ſemper generalibus.ff.de regu.iur. ſic generalis ratio diuerſas ſpecies caſuum emergentium.Sed quando rationes ſunt ſpecie differentes,ſimiles tamen,tunc eſt extenſio, id eſt quædam progreſsio de termino ad terminum per adæquationem ſiue paritatem,quod & idẽ uoluerũt ipſi Pe.& Cy.in l.quod verò,eo.tit.& ibi quoq; Bal.qui id dicit frequẽter allegari in practica,quòd ubi eſt eadem ratio,non dicitur extenſio,ſed proprius intellectus.l. nominis & rei.§.verbũ ex legibus.ff.de uerb. ſig.† ubi uerbum ex legibus, ſic accipiendum eſt,tã ex legum ſententia,quàm ex uerbis.† & rurſum idẽ Bal.in auth. poſt fratres fratrumq; filios .C.de legi. hære. vbi dicit ꝙ ratio debet attẽdi tanquam uirtus intrinſeca legis, & tanquam genus prædicãs de ſuis ſingulis ſpeciebus † & in l.data opera.col.[5.uer.quædam eſt,] C.qui accuſ. nõ poſſ. ubi dicit, quòd illud tacitè uidetur ineſſe,in quo eadem ratio reperitur, etiam in materia pœnali, per l.his ſolis,ibi,ſatis,tacitè cautum.C.hoc tit.de reuo.donat. quæ uerè loquitur in materia pœnali,ſimul & exorbitanti,& per l.ult.C.de indic.uidu.† Subbitq; quòd ubi eſt eadem ratio,ibi non dicitur ſimilitudo,ſed eadem lex.l.illud.C.de ſacro,eccle. † & idẽ Bal.in auth. quas actiones, col.2.C.eo.tit. vbi dicit quòd tacitè cautum intelligitur, quando eadem ratio reperitur,per d.l.his ſolis. quod & idem dicit ipſe Bal.conſi.433.domina Ioanna, paulo ante fi.lib.3. & in c.quia.V.ad fi.ext. de iudici. ubi dicit ſing. tex.in ead.l.

his ſolis.†& idem Bal.[in rubr.C.de
naut.fœnore,ubi dicit quòd vbi eſt
ſimilis ratio,eſt idem ſtatutum, per
d.l.his ſolis, quam ad hoc dicit me-
liorem totius iuris†& idem Bal.in l.
per diuerſas,col.j.in fi.C.mand. vbi
per illum eundem text.dicit non ui-
deri omiſſum,quod eadē ratione cō
cludit.&]in repet.l.de quibus, col.
12.ver.item nota ꝙ nō dicitur.ff.de
legi. vbi dicit quòd cum multa ha-
bent eandem rationem,licèt de uno
fiat mentio,videtur fieri exemplari-
ter,non reſtrictiuè,†nec dicitur ex-
tendi conſtitutio, etiam odioſa; qn̄
extēditur ex mente ipſius: quod per
inde eſt ac ſi diceret,ex ratione.†Nā
ratio legis dicitur mens illius,ſecun
dum Dy.in c.vl.ad fi.de reg.iur.lib.
6.Cy.in l.non dubium, in j.q.C.de
legib.& ibi clariùs Bar.col.3. & Bal.
col.4.per text.in l.cum mulier, vbi
etiam Bar.in prin.Alex.in 5.not. &
alij.ff.ſol.mat.idem Bald.in l.j.col.
pen.in prin.eo.ti.vbi dicit de hoc eſ
ſe meliorem tex.totius iuris, in l.ſci
re oportet.§.aliud autē,ver.ſed & ſi
maximè,in illis verbis, mēs legiſla-
toris.ff.de excu.tut.vbi & hoc not.
ipſe Bal.cū alijs multis concor.à me
congeſtis in commentarijs noſtra-
rum conſuetudinum ti.9.§.27. ver.
neq; id mirum. Sed ut redeamus ad
principale propoſitū,iterū Bal. pro-
ferimus in l. omnes populi, col.7.
ver.tertiò quæro quæ ſunt illa.ff.de
iuſti.& iur.vbi dicit,†ꝙ non videtur
diſcrepare quæ in ratione cōueniūt:
†quia ratio eſt cōiunctio diuerſorū
caſuum ad eundē finem tendentium
& rurſum in eadē l.col.pe.ver.ſecun
dò not.dicit quòd vbi eſt eadem,nō
propriè dicimus ſtatutum extendi,
quia tacitè ineſt.allegat gl.quæ hoc
idem dicit in c.j.in verbo,Italię, de
tempo.ord.lib.6.& quam ad hoc di
cit ſing.Pan.in c.nihil, col.5. verſi.
nec ob.ſi dicunt,ext.de elect. & Pe.
An.& Ale.ī l.curatoris.C.de negot.
geſt.†Sed & huc ſpectat quod ſcri-
bit Bal.in l.tutela, in prin.per illum
tex.ff.de legi. tut. Ang. in l.2. ff.de
dona.ꝙ id quod venit ex ratione le-
gis,venit ex ipſa lege, non ex exten
ſione.quæ ſententia eſt.d.§.verbum
ex legibus, & Petr.An. conſ.112.ſu-
perſtite domina,col.j.Paul.Caſt.cō.
441.pro declaratione,col.pen.lib.j.
& iterum con.83.præſens caſus,col.
2.lib.2.†vbi & illud ſubdit, gloſ.in
authen.quas actiones.C.de ſacro.ec
cle.loqui in caſu diuerſarum ratio-
num,licet ſimilium.Nam fauor pu-
blicus,& fauor pius ſunt diuerſi ſpe-
cie, licèt ſimiles.Ideoq; quāuis l.vl.
eo.tit.quæ loquitur de vtroq;,corri
gatur per d.auth.in hoc quod de pio
& eccleſiaſtico ſtatuerat,nō propte-
rea in hoc corrigitur,quòd de publi
co dixerat,quia id eſſet extendere le
gem correctoriam ex ſimili ratione.
Malè igitur,inquit, allegatur ea gl.
quòd ex idētitate rationis non extē
ditur lex correctoria,ſed ita debet al
legari,ꝙ ex paritate vel ſimilitudi-
ne rationis id fieri nō debet.& Cor.
conſ.90.ſcrupuloſa, col.2.in prin.li.
3.& Ale.con.75.videretur in præſen
ti, col.j.lib.5. & latè conſi.89.circa
primū dubium.col.3.ver.iſtud etiā,
& ſeq.lib.6.& Io.Frā.de Pauinis in
extrau.vas electionis, in ver.proro-
gamus,per illum tex.de cenſib. ubi
& hoc dicit procedere in conſtitu-
tione pœnali.& Iaſ.in l.à Titio, col.
vl.ff.de verb.oblig.& con.141.Chri
ſtophorus,col.6.ver.in primis ergo,
lib.2.& Philip.Dec.con.301.in cau
ſa quæ Ferrariæ agitatur, col.2.&
conſi.372.viſis & diligenter declara
tis,col.3.& Hipp.Marſil.qui alios ci
tat,conſi.61.poſt r[illegible]ditū, col.2.li.j.
& Catel.Cotta in [illegible]mor. incip.ra-
tionis idētitas.& [illegible]hos glo.in c.j.

in

in verbo, Italiæ, de temp.ord.lib. 6.quæ dicit quòd vbi eſt eadem ratio,& penitus omnimoda ſimilitudo, non propriè dicimus extẽdere etiam in pœnalibus.

46 ¶ † Nec id quidem mirum eſt, qm̃ ratio legis eſt ipſa lex, ſecũdũ Bal. in c,dilectus filius ab.ext.de reſcri. & conſ.467. de iure cõi, in fi.li.2.& Pan.in c.2.col.pe.extr.de prob. & in c.j.col.5.ext.de re iudic. cũ aliis multis ſi.à me congeſtis. in d.§.27. verſi.alibi autem dicit. † Aut certè ſi non ſit lex integra eſt tamen potior illius pars, ſ.anima & ſpiritus legis,vt dicit Bal.conſil.275. quod pro regula,col.3.verſi. ſi autem ratio,lib.2.& in l.ſi quis ſeruo, colũ. vlt.verſi. ex his apparet.C.de furt. vbi dicit, ꝙ ſicut homo eſt ex anima & corpore, ſic & lex ex mente ſiue ratione,& ex verbis † verba autem tãquam corpus & ſuperficiem eſſe,rationem verò vt animam & ſpiritũ. & idẽ Bal.[in l.ult.in.15.q. C.de hære.inſti.vbi dicit, quòd uiua ratio eſt aĩa ipſius ſcripturæ & rurſus.] in c.j.col.4.verſi. item ſtatuta,ext.de conſti.vbi dicit † quòd uirtus legis in ſubſtantia rationis conſiſtit, quia mens legis idem eſt quòd aĩa & ſpũs ipſius ſcripturæ.† nã ſcriptura ſine mente nihil eſt. & idem propè poſt eũ dicit Pan. in d. c.nihil.ubi ſuprà citauimus, ext.de elect. & conſi.j.facti contingentia. col.3. uerſ.ultimo adduco, lib.j.& conſi.75.primo eſt videndũ, col.4. eo.lib.j.& idẽ uoluit Pe.An.in rep. c.j.in 5.q.principali, extrà de cõſt. Maria.Soz. conſi.30. quãuis,col.3. ad fi.& conſi.35.circa ꝑdictam conſultationem col.2.& Barth. eius filius.conſi.241.circa primã difficultatem,col.12.uerſi. præterea & tertio.& Fran.Cur.ſeni.cõſ.9. Ticinen ſ. ſtatuto,col.8.uerſ. quia uerba ſtatutorum. & iterũ conſ.45. ſtatuto, ſeu conſuetudine, col.6.verſi. quia mens & ratio, & conſil.52.ſuper teſtamentis,col.8.verſi. & ideo ne excludantur.

47 ¶ † Ex quibus & illud confeſtim ſequitur, potiùs eſſe inſpiciendam mentẽ ſiue rationẽ legis,quã uerba ipſius, vt planè ac perſpicuè oſtendit text.in d.l.ſcire.§.aliud.ff.de excuſat.tut. cuius hæc verba ſunt, ſed & ſi maximè verba legis hũc habẽt intellectum,tamẽ mens legiſlatoris aliud vult. & ĩ l.3.§. cõdi.ff.de adi. leg. ubi ſcribitur,ſed melius eſt ſenſum magis quàm uerba amplecti,& ibi concor. in gloſ.& in l.pen.ff. ad exhib.ubi eleganter ſcribitur, non oportere ius ciuile calũniari, neq; uerba eius captari. ſed qua mente quid dicatur animaduertere cõuenire,& in l.credendũ.ff.qui petãt tut. ibi, incidit in conſtitutionis uerba, ſed ex ſentẽtia excuſatur, & in l.2. §.ſi mater.ver. quid ſi curatores.ff. ad ſenatuſconſul.Tertullia,ibi, verba reſcripti deficiunt, ſed dicendũ eſt eandem eſſe rationem. Et rurſum in verſi. quid ergo ſi non fuerint.l.eiuſdem,ibi,puto licèt uerba deficiunt, ſententiã conſtitutionis locũ habere,& in l.ſed ſciendũ.ff.ad legem Põpe.de parri.ubi ita ſcribitur.Sed & nouercæ & ſpõſæ omiſſæ ſunt,ſententia tamẽ legis continentur. Et in l.ſi quis adulterium.§.j. ff.de adulter.cum dicitur,ex ſententia legis tenetur, quãuis uerbis nõ continetur[& in l.nihil,ibi, verbis quidẽ legis nõ liberatur, eo.ti.] Et in l.diuus.§. itẽ ſenatus.ff.ad legẽ Cor.de fal.vbi ita ſcribitur, diuus Pius ita reſcripſit, ſententiam magis ſequendã eſſe huius ſenatuſconſulti, quàm ſcripturam. Et in l.impuberem §.qui liberti. ff.eod. titu. ubi hæc uerba adſcribuntur.

Qui liberti aſsignationem ſua manu adſcripſerit, non uerbis, ſed ſententia ſenatuſconſulti tenetur, & in l. j. §. incidit, ibi, non ex uerbis, ſed ex ſententia. ff. ad S. C. Turpil. & in l. in bello. §. ſi quis ſeruam. ff. de capti. & poſtli. reuer. & in l. miles. §. ſi paterfa. ff. de caſtren. pecu. & in l. quamuis. ff. de in ius uocan. ibi, licèt edicti uerba nō patiantur. & in l. cum hic ſtatus. §. ſi ſponſus. ff. de dona. inter uir. & uxor. cùm dicitur quāuis uerba orationis minus ſuffi ciunt, tamen dicendum eſt donatio nem ad ſententiam orationis perti nere, & in l. filium quē, quæ eſt pe. §. uideamus. ff. de bon. poſ. cōt. tab. ibi, quāuis edicti uerbis collatio in ducatur, ex mente Prætoris denegandam eſſe reſpondetur. & in l. ſi à domino. §. ſi prædo. ff. de peti. hære. ibi, quantum ad uerba. & quæ ſequūtur[& in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ibi non pertinent ad legem Velleiam, ſed ex ſententia legis, &c. & ī l. Labeo, ad fi. ff. de ſup. leg. ubi prior & potentior eſt mēs quàm uox.] Suntq; ſexcentæ & huiuſmodi leges. Ideoq; ſcribitur in l. non dubium. C. de legi. in legem eū committere, qui uerba legis amplexus, contra legis nititur uoluntatē. Quod depromptum eſt ex l. fraus. ff. eod. tit. vbi ita ſcribitur. quod diſtat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, id eſt, dictū à ſētētia, ſiue, ut eſt in antiqua veterū codicum traductione, uerbū ab intellectu) hoc diſtat fraus ab eo quod contra legem fit. Nam in l. contra fraudem, quæ illam præcedit, ita ſcriptum eſt. Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet, in fraudem uerò legis facit, qui ſaluis uerbis legis ſententiam eius circumuenit. facit & text. in l. quāuis, in fin. cum dicitur, licèt edicti uerba non patiantur. ff. de in ius uocand.

48 ¶ † Suntq; etiā & in hanc ſententiam multi tex. iuris pontificij, ut in c. ſedulo. 38. diſ. ubi dicitur, quòd ſententia præponitur uerbis, ſicut animus corpori. Ex quo probatur id quod diximus in præcedēti uerſ. mentem ac ſenſum animum eſſe, uerba corpus, & iterum in ca. Marchion. j. q. j. dicitur euangelium nō in uerbis eſſe, ſed ī ſenſu, & in c. humanæ. 22. q. 5. & in c. intelligentia, & c. propterea, & c. in his, extra de uerb. ſign. & in c. ſi poſtquam de elect. lib. 6. & ubique concord. in glo. ut uidebis. Quibus adde & tex. in cle. j. uerſ. cæterum, cū ſcribitur, non uirtutem & mentem, ſed nudū uerborum inſectans corticem, ſenſumq; confundens &c. Nam, ut tradit Bal. in c. mandatum, poſt prin. extrà de reſcrip. ſemper recurrendum eſt ad intentionem diſponentis, quia lingua cedit cordi, & ſub iugo mentis uerba conſtituit, tanquam ſub ſuo proprio, originali & digniori. De quo etiam multa per Archid. in c. is autē 22. q. 2. & Ang. conſ. 389. totum dictū ſtatutū, col. 2. Pan. conſi. 75. primò eſt uidendū, col. 3. lib. j. Maria. conſil. 35. circa prædictā, col. 3. Soz. eius filium. conſi. 58. uiſis priuilegiis, col. 2. uerſi. his tamen non ob. lib. j. & cōſi. 102. in præſenti, col. 3. eo. lib. j. Barb. conſi. 10. ſapienter ſcribitur, col. 5. lib. 2. & conſi. 58. illud afferam, col. 5. li. 3. Georg. Nata. in rep. c. quāuis, col. pe. uerſi. quarto eodem modo de pact. lib. 6. Hippo. Marſil. in d. l. ſed ſciendum. col. j. & ſeq. ff. de par ri. & in l. ſi quis uiduā, col. 4. uerſi. quinimo mens ſtatuentis. ff. de quæſtio & conſi. 85. poſt redditum, col. j. uer. & primò dico, li. 2. quos tu uidebis, ne quæ ſemel iā collecta ſunt iterum colligā. Et ante hos p gloſ.

in d.c.ſi poſtquam,in verbo, mente de elect.li.6.quæ ex eo tex. colligit conſtitutionẽ etiã pœnalem exten di ad caſum ex mente ipſius, licèt nõn ex verbis in ea comprehenſum nec tunc dici extenſionem fieri, de quo ibi multa p Pet.Anc.Imo.Do.
aut ille, eo.tit. cùm in verbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti voluntatis quæſtio.] Et vt ſcribit Bal.in l.j.§.ſi is qui, in lectu. antiq. in fin.ff.de exerc.actio.Niſi tibi clarum ſit de mente,nunquam recedas à verbis legis vel ſtatuti.De quo ēt eſt bonus text.in l.prædia.§.liberto ff.de fund.in:l ruct.cum ſcribitur, reſpondi verbis quæ proponerentur, contineri,niſi manifeſtò cōtrariam uoluntatem cohæredes approbent. & in l.j.in fin.C. de conditio.inſer. ubi ita ſcribitur,conditionem aſcriptam fideicommiſſo defeciſſe manifeſtum eſt, niſi alia defuncti voluntas euidenter probetur. [Et facit etiam gloſ.in c.prætereà,in gloſ.vl. & in c.vlti.in verbo, moderationis, extra de verborum,ſignificatio.]

72 ¶†Et negari poteſt, quòd ratio principalis & præcipua huius noſtræ.l.ſit illa prçſumpta donantis voluntas,ad hoc vt ex ea ſola reuocetur donatio in caſu illius:cùm videamus aliàs facilius reuocari donationē factā liberto,quā extraneo,ut ſuprà diximus & probauimus. Ex quo etiam tollitur quod diximus de amicitia patronorum & libertorum, ac de horum ſucceſſione: ideo probabilius eſt,& veriſimilius, vtranque rationem ſimul & copulatiuè in hoc caſu conſiderari, videlicet mentem donantis, & quòd donatio eſt facta liberto, quæ facile reuocatur: proptereaque niſi vtraque concurrat, non eſt locus huic l.nec ea ceſſat, niſi ceſſante vtraq;, per text.no. in c. quoniam frequenter.§.porrò, iuncto.§.ſi autem,ext.vt lit.nō cōte.& ibi Pan.in loco poſteriori,in fin.qui illum tex.ad hoc reputat ſing. & in §.ſed & ſi quis,& §.ſi uerò nullius, & §.vl.ver.ex vtroq;,in auth.de inſtr.fid.& caut.& uoluit Bal.in l.gñaliter,in ij.oppo.quando loquitur de pluribus cauſis, quarum quælibet per ſe influit.C.de epiſ.& cleri.cum ſi.quæ videre poteris in illis noſtris commentarijs. tit.9.verſi. 27.in 20. limitatione. [Neque à ratione alienum exiſtimare debes (id enim in tranſcurſu dicere uolumus) quòd ſupra diſtinxi libertos ab extraneis, quando & id lex faciat, ſcilicet in l. exigendi.ibi,ſiue libertus,ſiue extraneus.C.de procuratorib.]

73 ¶†Quid plura? certè ſi omnes rationes obtinerent in extraneis,vt in libertis, eſſentq; omnia in omnibus eadem,aut paria:tamen non videretur propterea hæc noſtra l. loquens de libertis trahi aut extendi debere ad extraneos. Nam quando conſtitutio valde innititur æquitate, contra regulas iuris communis, cuiuſmodi hæc l.noſtra eſt, ut latè ſupra diximus, non debet trahi ad alium caſum,etiam ex eadem ratione,ſecundum Io. Andr.in c.2.ut li.pen.lib.6. quem ſequitur Panor.in c.propoſui ſti,col.pen.de prob.& Iaſ.in l.à Titio,in fin.prin.ff.de verb.obl.vbi ex hoc limitat quæ ſuprà diximus, ꝙ cum eſt eadem ratio, idem eſt ius, non per extenſionem,ſed per interpretationem, & quia id tacitè cautum videtur, ut ſcilicet iſtud non procedat in iſto caſu.[& rurſus conſil.42.prima conſideratione,colum. vlti.lib.3.]

74 ¶†Ex quibus vides lector optime, rem hanc eſſe admodum ambiguam tamen omnibus non oſcitanter perſpectis,

Nunc adeò quæ ſit dubiæ ſententia, menti,
Expediam.

Neque enim dubito, quin ſi ad merum ius reſpicias,verior ſit & probabilior ea ſententia, quæ hanc l.aſſerit in ea tantùm donatione procedere, quæ à patrono facta eſt liberto,

to,de qua nuncupatim loquitur, & ita quidem nuncupatim, vt ſi filium phraſimóque.l. conſideres, facilè intelligas de ea tantum donatione loqui velle. At alia op. humanior eſt & receptior, vt iam diximus, & aſſerünt etiam multi ex ijs qui priorem ſequuntur, & eam practica & uſus ita mordicus retentat, vt ab eius fau cibus eruere nemo queat. Ideoque ſequendam & conſulendo & indicando arbitramur, ſicuti etiam id faciēdum autumant plerique ex iis qui ſunt prioris illius ſententię, vt ſuprà diximus. Et aliàs videmus legem nuncupatim loquentem de libertis trahi & ad alios, videlicet.l. vlti.C.de crimi.epil.hære. vt ibi uidere licet ex gloſ.& Bald. Sed quod ad intellectum d.l.ſi totas,& d.c.vlt. 17. q. 4. pertinet, ſi quid amplius ſcire deſideras, vide quæ mox continenter ſubiiciam, in duab. ſeq. quæſt.

75 QVAERO igitur,†ſi pater quiſpiam donauerit filio, quem vnicum habebat,& poſtea ei naſcuntur alij, an ſit locus huic l. Certè hic eſt prorius caſus d.l.ſi totas, vbi expreſſè dicitur, quòd huiuſmodi donatio reuocatur vſque ad legitimum bonorum ſubſidium filiorum poſtea natorum. In quo certè à caſu.l. noſtræ differt, quòd hic totum reuocatur, vt lex noſtra exprimit, & dicemus poſtea latiùs,& ita eam l.ſi totas, intelligunt Bart.Ang. & alij ibi poſt Dyn.in l.j.C.eo.tit. de inoffi.dona. & idem Bar.in l.Titia Seio.§.imperator,& ibi etiam Bald.Alber. Imo. & Pau.Caſt.ff.de leg.2.& Iac.Bel.& Ang.in authen.de immen. dona.Io. And.Ant.Imo.non ſemel,& Panor. in c.vlt.de donat.Arch.in d.c.vl.17. q.4.Bal.in l.defuncto,col.j.ver.quæro an filius C.ſi infra patro.Bald.in 2.lect.Saly.& Ang.hic Pet. ferra. in tit.forma libel.quo agi. pro dona.in ver.irreuocabiliter,colum.2.Nicol. Mil. in ſuo reper. in ver. donatio, ver.pen.Corne.conſi.15.ex quo dictus Franciſcus, col.j.libr. item j.& conſil.11.in præſenti conſultatione, colum.ulti.lib.3.ubi ita dicit communiter teneri. Alex.conſi.103.circa primam dubitationem, colum.4. lib.3.Guid.Pap. conſi.24.uiſo facto, col.8.uerſi.ſi autem diceretur.Sozi. in repe.l.cùm auus,col.19.ff.de con di.& dem.& d.conſil.53.col.2.uerſi. habemus ſecundò, lib.4.& d.conſi. 93.col.5.uerſi.quinto modo reſpondetur,lib.4.& Iaſ.conſi.171.uiſo inſtrumēto dotis,col.2.uer. non obſt. etiam, & colum. ſeq. uerſi.ſed præmiſſis,lib.4.[Steph.Bertr. conſi.29. uiſis inſtrumentis,in ij.dubio,lib.4. & Carol. Rui. conſil. 124. uidetur, colum.4.num.13.lib.j.& conſil.62. ex duobus,colum.ulti. uerſi. ſecundò dicitur, libr.2.& conſil.131.in themate, colum. 8. uerſi. præterea quamuis,lib.3.] & pleriq; omnes, qui tenent l.noſtram procedere in donatione facta extraneo. Hoc enim dicunt intereſſe inter hanc l.& d.l. ſi totas,quòd hæc intelligatur de donatione facta extraneo,& propterea tota donatio reuocatur. At d.l.ſi totas, de donatione facta filio, & ideo ad legitimam tantum reuocatur.& hæc eſt communis opinio. Qui uerò tenent hanc l. intelligi tantùm in donatione facta liberto, prout ipſa loquitur, ita eam à d.l.ſi totas, diſcriminant, atque diſſeparant, ut hæc intelligatur de donatione facta liberto, & ideo in totum reuocatur, illa autem de donatione alij cuius facta, ſiue filio, ſiue extraneo, & ita totum non reuocatur, quia plus iuris eſt patrono in libertum quàm in alium.

76 ¶†Et ſicut hæc l.non procedit cū dona-

donatio facta eſt filio, ita nec,l.cum auus ff.de condi.& demon.& l.cùm acutiſſimi.C.de fideicom.& ſimiles huic l.noſtre(quod iam ſæpius diximus)cognatæ, habent locum cum ſubſtitutus eſt filius teſtatoris, ſed cùm extraneus,ſecundum Bald.in l. cùm quidam poſt prin.C.de impub.& ali.ſubſt.& eundem ſubobſcurè in l.generaliter.§.cùm autem, colum. 2,uerſi.ultimò quæro.C.de inſti.& ſub.dum dicit,reſponde,ut in l.Scæuola.ff.ad Trebel.quæ quidem l.id quod nunc dicimus,uidetur innuere,niſi ex ea.l.cùm auus,& ſimilibus ſuppleatur. Sed & idem nũcupatim uoluit Guid.Pap.conſi.27.attendentes,col.2.uerſi.nec poteſt dici, ubi ad hoc ſolum Barb. citat. & iterum conſil.165.nobilis & potens, in fin. & conſil.215.uertitur quæſtio, col. ulti.uerſi.nec obſt.quod pars & latius conſil.ſequen.latiùs extendendo.& iterum conſil.218. indubitanter.in quinto dubio.quibus duobus poſtremis locis pleroſque alios citat,quos inibi uidere poteris. & ſub obſcurè Philip.Deci.in d.l.generaliter,col.2.C.de inſti.& ſubſti. Sed tu uide Alexan. in l. hæredes mei. §. cùm ita,colum.8.uerſi.& ex prædictis.ff.ad ſenatuſcon.Trebel.& quæ dicam infra in uerbo, donatione largitus, uerſic. 294.incipien. quod ſi dicatur,ubi teneo contrarium, poſt alios multos.

77 ¶†Attende lector optime,quia nõdum quempiam legi,qui aliter teneret,quàm quod ſuprà diximus, ſcilicet donationẽ factam filio reuocari per natiuitatẽ aliorũ liberorũ, uſq; ad legitimã tantũ, præter.Fran.Rip. hic in 47.qu.qui tenet integrè reuocari pro uirilibus poſtea natorũ portionibus,quia ſi pater de alijs filijs naſcituris cogitaſſet, uerisimiliter eorũ portiones huic filio nõ donauiſſet,cùm præſumatur uelle æqualitatem ſeruare inter liberos l.illud,C. de colla.& l.ul.C.com.utri.& l.quæ ſitum.§.ſed & ipſe.ff.de fund.inſtru. præſertim ut tollat iurgia & contentiones inter eos.l.cũ oportet.§.ſin autem.C.de bon.quæ.li.Cui adde & alia multa quæ latè de hac re cõgeſſi ĩ trac.primogenituræ.in 4.q.†Subditque Ripa.quòd tenendo hanc opinionem,quæ humanior eſt, poteſt reſpõderi ad d.l.ſi totas, quòd loquitur qñ pater cogitauit de alijs filijs naſcituris quod hinc patet, quoniã collocata eſt ſub tit.de inof. donat. Ideo debet intelligi ſecundum naturam illius tit.l. imperatores ff.de in diẽ adiect. Et hoc ne prorſus abſurdum,nec omnino à ratione alienum eſſe arbitror.Nam ſi pater non cogitauit de liberis, pleniùs conſultum eſt per hanc l.noſtram, quæ totum reuocat.At ſi cogitauit,nõ eſt locus huic l.ſed remedio illius titu.ſi fuerit inofficioſa, prout erat in d.l.ſi totas, ĩ qua totas facultates ſuas donauerat.Ideo cogita:neq; enim auſim tam facilè diſcedere ab ea opinione: quę iam ueluti tranſiuit in rem iudicatam. Et uide interim quæ dicam infra in uerbo,filios non habens, in primo dubio.

78 ¶†Sed unum non omiſerim, quòd ſi ſequaris eam communem ſententiã,quam omnino ſequi,uelis, nolis neceſſe eſt.faciliu enim clauã è manu Herculis extorſeris, quàm hanc tam perſuaſam ac receptam tot ſeculis opinionem deijcere poſſis. Eam quoq; intelligas procedere, et ſi donatio facta ſit filiæ,quæ fortè ex ſtatuto non eſt ſucceſſura patri. nam nec ea reuocabitur, niſi uſque ad legitimam filiorum, poſtea natorum, licèt ea quodammodo cenſeatur extranea, ex ſententia Bartol. in l.j.§. ſciendum, per illum text. ff.de

ff.de ſuis & legiti. & in l.j. §.ſi pa-
ter.ff.de coniung. cum eman. libe.
cum ſimil. Nam in eo quod illi à pa-
tre donatum eſt,dicitur retinere iu-
ra ſuitatis , vt nuncupatim declarat
Alexan. conſil. 131. tranſmiſſum ad
me eſt conſilium,libr.j.& Iaſ.in l.ſi
emancipati C. de collat. & conſil.
171.uiſo inſtrumento dotis, colum.
7.uerſi.non obſtat etiam,libr.4.ubi
& ipſe expreſſim in caſu noſtræ.l.
id reſpondit,quod ſuprà diximus,ſci
licet donationem à patre factam fi-
liæ,quæ ex ſtatuto ab ipſius ſucceſ-
ſione repellitur,non integrè reuoca
ri ex l.noſtra , ſed tantùm ad legiti-
mam,ex d.l.ſi totas.ad quod & alia
quædã allegat,& inter cætera quod
tradit Imo.in c.vlti.colum. 3.ext.de
donat. quòd quando donatio facta
eſt à patre filio emancipato,qui non
eſt ſuus.§.ſui.Inſti.de hære.quali.&
diffe.non tamen dicitur facta extra-
neo,nec in ea habet locum l.noſtra.
79 SED QVID † ſi quis donauit
eccleſiæ aut alteri piæ cauſæ, & po-
ſtea ſuſcipit liberos,utrùm etiam ſit
locus huic.l.glo.in c.iraſcitur.13.q.
2. uidetur velle quòd ſic , dum di-
cit honeſtum eſſe , vt eccleſia natis
liberis reddat quod ſibi antè dona-
tum eſt, per d.c. ulti.17.q.4.† Nam
ſi id , honeſtum eſt , idem quoque
neceſſe eſt eccleſiæ obſeruare , per
id quod voluit gloſ. in c. hoc ius.
12.q.2. iuncta alia gloſ.in l.ſemper
in cõtractibus ff.de reg.iur.& quod
etiam , ſcribunt Hoſtien. & Ioan.
And.in c.continebatur , extr.de his
quæ fi.à præl.[Petr.Anchara.conſil.
122.ex narratis , circa medium.]
†maximè cùm eccleſia ſit cultrix
atque auctrix Iuſtitiæ,ut dicit text.
in c.j.§.j.titu.de ali. feud. quem ad
hoc elegantem dicit Bal.in c.ſi duo
bus , colum.2.ext. de appel.& om-
nis fraudis expers.c.per tuas,ext.de
donat.& quod ibi dicit Panor.in ul.
no.Et hanc opi.in noſtro caſu ſequi
uidetur Pet.à bel.perti.in d.l ſi to-
tas.C.de inoffi.dona.& Cyn.in l.j.in
ul.q.C.eo.tit.Henr.Bohe. in c.ulti.
col.j.in fin.& ibi etiã Collect.col.3.
uer.quid ſi duo.&Barb.col.pen.uer.
adde ſecundò,ext.de donat.Pet.Iac.
in ſua pract.tit.de cond.ex lege,quę
pro re dona. compe. col.ulti.& Ol-
dra.conſ.276.licèt quantum ad clau
ſtrales,col.2.uer.ad tertiam quæſtio
nem,nam ibi loquitur de donatione
facta eccleſiæ.Bar.in repe.l.j.in 2.q.
5.q.princ.C.de ſacroſan.eccle.Bald.
in authen.ſi qua mulier, col.2.in 3.
no.C.eo.ti.& conſi.215.punctus qui
dam donauit,lib.5.& apertè Maria.
Sozi.in tract. oblationum , in 15.li-
bello,uer.ult.circa ſecundũ & Barb.
conſi.55.præclarè ſcribitur , col.8.
uerſi.præterea facit faciliùs , & uer.
ſeq.lib.2.Iaſ.conſi.212.alta & ualde
profunda,col.ulti.lib.2.& con.230.
factum ſic ſe habet , col.2.uerſi.ſed
præmiſſis,eo.lib.2.& conſi.141. ui-
ſa longa,col.pen.uerſi. concluditur
ergo,lib.4.& Fort.Gratia. in lib.de
ultimo fine iuris , char.16.uerſi.his
itaque præſuppoſitis,cũ multis ſeq.
& Fab.Gioch.in repe. authen.nouiſ
ſima,in 14.q.prin.in fi.C.de inof.te
ſta.ubi etiam dicit ita ſe tenuiſſe in
repe.huius legis,in ſecundo prin.ar
ti.in ij.q.Quam tamen repet.inueni
re non potui,& credo nondum fuiſ-
ſe impreſſam cum Io.Neuiza.nuper
omnes repe. & tractat⁹ hactenus im
preſſos priuato in eam rem libello
commemorauit,in quo nullam hu-
ius mentionẽ facit.[Nec Io.Bap.Zi
lettus ĩ ſuo indice nouiſſimè edito.]
80 ¶ † Et in hãc partem facit quod in
ſimili dicant pleriq; locum eſſe l.cũ
auus.ff.de condi. & demon.quæ , ut
ſuprà diximus,ex eodem fonte ori-
tus,quo & l.noſtra etiã ſi fuerit ſub

ſtituta eccleſia. In quibus ſunt Ricar.Mal.Bal.Pau. Caſt.Io.à monte Sperello.& Corne.in l.cùm acutiſſimi.C.de fideicom.Bal.[cui Ang.ſub ſcripſit,con.326.conſidero duo,] in fin.lib.4.Raph.Co.in d.l.cùm auus, & ibi quoque. Sozi.in repe.col.18. uerſi.ſecundum correlarium, ubi & ita dicit conſuluiſſe patrem ſuum Maria.in conſi.incip.Iaco.de Camerino. & illi ſubſcripſiſſe omnes ferè ſolennes doc.Italiæ. Et ita certè reperio ipſum Maria.conſuluiſſe,conſi.24.cuius factum incipit,caſus talis eſt,quidam Iacobus.conſi. autem initium eſt,circa prædictam conſultationem, col.7.uerſi.decimooctauò, ibi,non obſtat ꝙ ſit ſubſtitutum hoſpitale. Idem quoq; tenuit Pe. An. conſi.74.contra Phi.faciunt. & Pa. Caſt.conſi.14.ſi contingat dictã dominã Leſam,col.j.li.j.& conſi. 409. caſus iſte frequenter cõtingit,col.j. & 2.li.2.ubi & in hanc partem dicit conſuluiſſe doc.Bononienſes & Peruſinos, & collegium Auinionis, & Alex.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus, le.j.col.5. in 6.fal. ff. ad Trebel. & cõ.92.ſuper eo de quo quæritur,col. 2.uer.poſſet etiam reſponderi,lib.3. & conſi.38.perſpectis his quæ in themate,col.3.in prin.lib.6.Corn.[conſi.31.placet mihi.col.2. in fi.li.j.&] conſil.276.uiſo ſupradicto themate. col.2.uerſi.nec curandum,& iterum col.5.uerſic.& iuuantur præmiſſa, libr.3.& conſil.226. quanquam prima facie,colum.ult.uerſi.per quam rationem.[Bapt.Cacia.in l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſtit.& ſubſtit.] Barb.in d.c.ult.col.pen. ubi ſuprà, ext.de dona.& in repe.c. Raynaldus,col.23.&multis ſeq.de teſta. & conſi.13.clementiſſimi Dei, col. 7.uer.& adduco illud quod uoluit, lib.j.& conſi.35.clementiſſimi Dei, col.j.eo.li.j.& d.conſi.55, præclarè ſcribitur,col.7.verſi.& adduco,lib. 2.& conſi.38.difficile eſt, col.3.lib. quoq; tertio,& cõſi.46.cuius eſt ſimile initium, col.3.eo.lib.3. & conſi.81.illud referã, col.j.eo.lib.3. & Aluiſius Tentor inter cõſi. Lauren. Calca.conſi.47.incip. Chriſti nomine repetito,col.3.Sozin.in l.2. col.pe.ver.poſtremo.ff.de vulga.& pu. & cõ.191.licèt difficultates,col.pe. ver.tertiò ex eo q̃a iſta donatio, li. 2.& con.227. ꝑſens cõſultatio, col. ul.eo.li.2.& cõ.26. cũ ſup col.ul.li. 4.Fely.ĩ c.ꝑſentia col.j.ext.de ꝓb. Lud.Bo.in addi.cõ.Io.Ana. con.68 caſus de quo agit̃,col.2.verſi.nec dicatur etiã. D.Bened.ĩ rep.c.Raynutius,in ver.ſi abſq; liberis moreretur,nu.23.& ſeq. de teſt. [Car.Rui. conſi.106.viſo, col.3.nu.4.lib.2.& cõſi.182.in facto,col.4.uerſ.ſecundò reſpondetur, eo.lib.2.& conſil. 131.in thema.col.8.nu.8.ver.prętereа quãuis, lib.3.] Iaſ.d.conſi.212. alta & ualde profunda.col.2.verſi. & in iſtis terminis, lib.2.& conſil. 39.Io.Vayrolus col.6.uerſi. prædicta ueriora. li.3.Philip. Deci.ĩ l.fœminæ chart.14.in primis,ver. & ex iſta.ff.de reg.iur.& in l.ꝑcibus,col. 6.verſi.ſed tamẽ in contrariũ.C.de impub.& ali.ſubſt. & conſi.391.in caſu propoſito,col.vlt.& cõſi.416. in teſtamẽto,col.j.& hoc quoq; ſentit nõ obſcurè Bar.in l.filio ꝑterito col.4.uer. ꝑterea hoc ꝑſuadet æquitas.ff.de iniu. teſta.dũ loquẽs de lega. factis eccle.allegat.d.l.cũ auus.

81 ¶ † Facit ſimiliter,quòd cum poſthumus ignorãter præteritus eſt in teſtamento patris, legata non conſeruantur ex auth.ex cauſa.C.de li. præter.ſecũdum op.Bar. & multorum ibi, quos poſtea nuncupatim citabimus,quoniã ſi pater, inquiũt, cogitaſſet de poſthumo, uerſimiliter non legaſſet. Certè id etiam obtinet

tinet in legato facto eccleſiæ, aut al teri piæ cauſæ, ut uoluit Bar. in d. l. filio præterito, quo loco proximè citauimus, & ibi quoq; Bal. & apertius idem Bar. in repe. d. l. j. in 2. q. 5. q. prin. & ibi quoq; Bal. etiã in repe. col. antepe. verſi. ſuper quarto quæſito. & ibi item Alexã. in addi. Bar. col. pen. C. de ſacroſ. eccleſ. & idem Bar. in d. authen. ex cauſa, & ibi quoque Bal. & Ang. & ipſe Bar. conſil. 24. Cecus cõdidit teſtamentum, uerſi. tertio, uſq; ad fi. conſi. & Bal. in l. j. col. pen. ver. vlteriùs quę ritur. C. de inof. dona. & conſ. 184. quidam dominus Rambaldus, li. 3. Pet. Anch. in c. ſi pater, col. 3. in 7. not. de teſta. lib. 6. & Card. Floren. conſi. 20. cum in teſtamentis, in primo dubio. & Corn. conſi. 158. pro deciſione, col. 10. uerſi. item tertio fallit, lib. 2. Barb. d. conſi. 55. præclarè ſcribitur, col. 8. uerſi. & adduco quod uoluit, lib. 2. Soz. in repe. d. l. moribus, col. pe. verſi. confirmatur hoc idem. ff. de uulg. & pupil.

82 Verum ſunt † & multi uerendæ auctoritatis, qui contra negant hãc l. habere locum in donatione facta eccleſiæ, ita ſcilicet, ut integra donatio reuocetur natiuitate liberorum, ſecundum hanc. l. ſed tantum vſq; ad legitimam portionem. & ita uoluit glo. in d. c. vlt. & ibi & Arch. 17. q. 4. ita intelligentes tex. ibi. Sequitur Bar. ſibi præter morem contrarius, ĩ l. Titia. Seio. §. imperator, col. 2. uerſi. quero dixi quòd donatio & iterum col. ult. uer. quæro. l. ſi unquam loquitur, & ibi etiã Raph. Co. ff. de leg. 2. Bal. ſibi item, ſed ex more contrarius. Ang. qui ita dicit fuiſſe determinatum Bononiæ, Saly. Paul. Caſt. & Alex. in addi. Bar. in d. l. j. C. de inof. don. Imo nõ ſemel & Pano. in c. ult. de donat. Ro. in repe. auth. ſimiliter, in 8. priuilegio

piæ cauſæ inter cõtractus. C. ad leg. falc. vbi facit illã gl. ſing. Cor. con. 11. in pſenti cõſultatione, col. ul. li. 3. & cõſi. 30. ĩ hac cõſultatione, col. 2. li. 4. Barb. ĩ repe. d. l. cũ acutiſſimi, col. 37. uerſ. reſtat nunc examinare. C. de fideic. Calca. conſi. 13. pro parte negatiua, col. 3. uer. quinto ſi donantur. Iaſ. in d. auth. ſi qua mulier, col. j. C. de ſacro. eccleſ. & in l. generaliter. §. cũ aũt, col. j. C. de inſt. & ſubſt. Fely. in d. c. in præſentia, col. 22. verſi. quartò quæro de probat. Corſe. in ſuis ſing. ĩ verbo, donatio, ſing. incip. licèt donatio, ubi & illã gloſ. dicit ſing. Matthæ. Afflict. in cõſt. Siciliæ ĩcip. auctoritatẽ, col. 3.

83 ¶ † Et hæc poſterior ſentẽtia hac rõne fulcitur. Nã ſi donatio facta filio non oĩno reuocatur p natiuitatem liberorũ, ſed tm̃ uſq; ad legitimã, vt diximus in præcedẽti. q. conſequẽs eſt, vt nec ſimiliter donatio facta eccleſiæ, q̃ habetur loco filij. c. in præſentia, de prob. nec videtur liberis poſtponenda, ar. l. ſancimus. C. de ſacr. eccle. cũ ſi. Imò verò anteponẽda, præterquã in legitima, ut patet ex d. authen. ſi qua mulier, & ibi Bal. Saly. & recen. eo. tit. & uoluit Bar. in l. j. col. 12. in prima. q. 5. q. prin. C. eo. & expſſius Ant. cõ. 25. ad primũ dubiũ, col. ul. Pe. Anc. conſi. 46. prima facie uidetur. Frã. Are. conſ. 12. in cauſa Nicolai. Alex. in l. pactũ quod dotali, col. 2. & ibi etiã Ant. ab Alex. & Soz. circa mediũ. C. de pact. & eũdẽ Alex. cõ. 38. uiſo themate de quo, col. 3. ver. ad cõfirmationẽ, lib. j. & conſi. 45. habito, col. ult. eo. li. j. & cõſ. 66. viſo teſtamẽto col. 3. uerſi. unde dicit, lib. 2. & Soz. cõſ. 150. Dñe labia, &c. & nos introducere, &c. col. pe. verſi. nec dirigimus. & Iaſ. in l. tale pactũ. §. ult. col. 3. uer. non ob. auctoritas. ff. de pact. & in l. licèt, col. j. C. eo. & in l.

hac cõſultiſſima.§.ſi quis autẽ, col.
2.in 4.limitatione . C . de teſta. [&
conſi.140. ſpectabilis,col.10.uerſi.
preterea poſito,lib.2.]Philip. Dec.
in d.c.in præſentia,col.32.uer.& cir
ca iſtã primã quæſtionẽ, & cõ.426.
in duobus dubiis,col.2.uerſi.uenio
ad ſecundum, [& conſil.480.in ca-
ſu qui contingit,in fin. & con.529.
Philippus,col.ult.uerſi.ſed reſpon-
deri,] & alibi latius dicemus.
84 ¶ † Quæ ratio tutior uidetur & pro
babilior,quàm quod diximus eccle
ſiam haberi loco filii,quia illud tan
tũ procedit,cũ quis ingreditur mo
naſterium,ſecũdum,[glo. & propè
oẽs in authẽ.rogati.C.ad Trebel.]
Dy.& Ang.ĩ l.ſi quis ita.§. ea lege.
ff.de uerb.obl. Cy.in.l.j.in ul.q.C.
de inof.don.& Bal.in d.auth . ſi qua
mulier.& in l.cũ acutiſsimi. C.de fi
deic.& conſi.85.quæritur utrum il
le,circa med.li.j.& d.cõ.215.li.5.&
Pet.Iac.d.tit.de cond.ex lege quæ
pro re dona.comp.ante fi.[Ang.cõ.
7.in dei nomine, ex dicto themate,
col.2.& Fran.Aret.conſ.53.diligen
ter diſcuſsis , col.3.uerſi . deſcendo
igitur ad tertiũ.]& Lau.Calca. qui
alios refert conſi.7. quia à me quæ-
ſitum eſt,col.13.uer. itẽ non eſt ue
rũ.Eſtq; eius rei ratio.nã qui ingre
ditur monaſteriũ,ſe,ſuaq; oĩa offert
deuouet,dedicat monaſterio, auth.
ingreſsi.C.de ſacroſ.eccleſ. Cepol.
cauſa.ciui. con.36.quidã habẽs feu
dum,col.2.in fi.Ideo uidetur tantũ
diligere monaſterium , imo magis
quã filiũ, nulla.n.eſt maior dilectio
nulla charitas, nulla donatio, nulla
liberalitas,quã cum donator uenit
in domũ, & cũ datũ idẽ eſt penitus
cũ dante.& cũ deniq; quis ſeipſum
donat.§.nec Moſes de cõſec.diſt.2.
& c.j.§.vna.in prin.ext.de ſum.tri.
& fid.cath.& cle.ſi dñm.§. o ſingu.
de reliq.& vene.ſan. Non mirũ igi-
tur,ſi hoc caſu monaſteriũ ſit loco
filii,non ẽt aliàs.Sed nec id quoque
ſemꝑ procedit, ut,ſ.monaſteriũ qđ
quis ingreditur,habeatur loco filii,
ut dicã latè infrà in uerbo ſuſcepe-
rit liberos.uerſi.46.inci. imò uerò
ꝙ habeatur. Imo ſunt qui nullo ca
ſu id obtinere aſſerũt.ut dicã in ea-
dem glo.uerſi.ſeq.
85 ¶ † Ideoq; & in eo quod diximus in
caſu.d.l.cum auus , etſi multi tenẽt
cõtrariũ, videlicet eam.l.& ſimiles
nõ habere locũ,qñ eccle.eſt ſubſti.
vt pulchrè cõſuluit Pe.Anc. ſibi cõ
trarius.d.cõſi.46.& latè Barb . ſibi
etiam cõtrarius in rep.d.l.cum acu
tiſsimi , col.25.uerſi . quartò iſtud
ſummariũ,cũ multis ſeq.ꝑ quatuor
char.& iterũ char.pẽ.uer. quid ſi te,
ſtator.& cõſi.71.illud in med.refe-
ram,col.6.uer. nũc eſt uidendũ, &
col.8.uerſi.nec obſtat cũ dicitur,li.
3.ubi uacillãter loquitur, ſed ita tñ
vt in hãc partẽ inclinare uideatur.
Fel.ſibi itẽ cõtrarius , in c.eccle.s.
Mariç,col.38.uer.quarto, quia ſal-
tẽ uno caſu, de cõſt. Iaſ.ſibi cõtra-
rius in d.auth.ſi qua mulier , col.2.
& in d.l.licèt inter priuatos,col.j.
ver.ſecũdo facit.C.de pact.ubi hoc
dicit ſing.& in l.tale pactum.§.ult.
col.3.uerſi.& propterea per hãc do
ctri.ff.eo.& in l.generaliter.§.cum
autẽ,col.j.uer. ſecũdo correllario.
C.de inſt.& ſubſt. & in l.ſi quis id
qđ,col.4.uer. ſecũdo & notabilius
ff.de iuriſd.om.iudi.ubi ita dicit ſe
cõſuluiſſe Piſis, [vt certè cõſuluit,
con.140.ſpectabilis dñs , col.10. ad
fi.& iterum col.ul.uerſ.præterea &
ualde ad propoſitũ, lib.2.& Philip.
Dec.ſibi cõtrarius. d.cõſ.529. col.
2.uer.ſed breuiter rñdetur. & Car.
Rui. ſibi quoque contrarius,conſi.
3.de pluribus, col.pen.nu.23.li.2.]
86 ¶ † Quanquam ipſe Pe.An.quẽ ue
luti authorem & anteſignatũ huius
op.

op.cęteri laudant & ſequuntur, nō
eā ſimpliciter aſſerere uideatur in
d.cōſ.46.ex quo illi eum citant qm̄
inibi & alia multa in eā op.ſuaden-
tia cōcurrebāt, præterquā ꝙ ſubſti
tuta fuerat eccleſia, ut etiā aīaduer
tit Soz.in d.l.cum auus,col.15.uer.
pōt & ſecūdo loco, & rurſum col.
2.uerſi.uel ſecundū.ff.de cōdi.& de
mon.& in d.cōſi.191.licèt difficul-
tates,col.pe.li.2.& Cor.conſ.197.
non alienā, col.7.uerſ.pōt etiam di
ci,lib.3.& alibi in hac re admodum
dubitauit ipſe Pet.uidelicet ī dicto
c.in præſentia,ext.de proba.& rur-
ſum alio in loco non obſcurè prio-
rē op.tenuit, ut ſuprà diximus.Ex
quo nihil illi officit ipſi⁹ Pe.aucto.

87 ¶ † Sed vt ulteriùs procedamus.
nō omnino ēt expeditū eſt,quod di
ximus ī caſu.d.auth. ex cauſa.C.de
lib.præt. qm̄ multi negāt illud pro-
cedere in legatis ad pias cauſas.qm̄
inquiunt,ueriſimile eſt teſtatorem
hmōdi legata reliquiſſe: etiā ſi co-
gitaſſet de poſthu. quia prima cha-
ritas incipit à ſeipſo.l.pręſes.C.de
ſerui.& aqua. & anima cūctis rebus
eſt anteponēda.d.l.ſancimus. C.de
ſacro. eccleſ. Et in hac op. fuerunt
Bal.Ang.& Imo.in l.filio pręterito
ff.de iniuſt.teſta. & iidē oēs in l.Ti-
tius,ī prin.ff.de libe.& poſt.Ang.in
l.militis codicillis.§.miles in ſupre
mis.ff.de teſta.mili.Ang.Pau.Caſt.
Alex.Cor.& Iaſ.in d.auth.in cauſa.
Io.Ana.con.28.uiſis & ponderatis,
col pe.uerſi. ex quibus omnibus,&
ibi Lud.Bol. in addi.col.4.uer.plus
dico.Pau.Ca.cōſ.15.īcipiēdo.col.3
in fi.lib.2.Barb.in repe.d.l.cū acu-
tiſsimi,char.pe.C.de fideicō.Fran.
Are.conſi.92. uiſo legato, col.j.&
Iaſ.in l.precibus, col.5.C.de impu.
& ali.ſub.Bernar.Land.in add. Bar.
d.conſi.204.Catel. Cot.in memor.
incipi.anima cunctis rebus.

88 ¶ † Sed tu tamen hic aduerte,quia
maxima iſtorum pars non loquun
tur generaliter in legato facto piæ
cauſæ, ſed nuncupatim & ſpeciali-
ter in legato relicto pro reſtitutio-
ne malè ablatorum,quod haud du-
biè dicitur ad pias cauſas, ut ex ſe
ſatis patet. & eſt ſententia Bald.&
Ang.ī l.hæreditas.§. ſi defuncto. ff.
de peti.hære.Flori.in l.cum quidā.
§.ſi dies.ff.de arbit. & not.in cle.j.
de priuil. cum ſi. † Tamen non eſt
gratuitum,ſed neceſſarium,& uelu
ti quædam reſtitutio rei debitæ, ut
dicit glo.in c.quāquam,in uer.poſ-
ſunt acquirere, ad fi.de uſur.li. 6.&
Bal.in c.ad noſtram, col.2.uer. itē
no.ualere,ext.de iureiur. & doc.ſæ
pe.In qua quidem aut neceſſaria re
ſtitutione, aut non gratuita dona-
tione nō habet locum hæc l.noſtra,
vt poſteà latè dicemus in uerbo,do
natione largitus.† Nam& uidemus
deportatum & cōdemnatū ad mor
tem,qui ſimpliciter legare prohi-
bentur. l.eius qui.§.inſulam.ff. de
teſta.etiam in fauorē piæ cauſæ.l.ſi
quis filio.§.irritum.ff.de iniuſt.te-
ſta.& uoluit Io.An. in addi.Specu.
tit.de inſtr.edi.§. compendiosè in
addi.quæ incipit,quid de damnato,
& iterū in.§.nūc aliqua,ver.15.eo.
ti.& Bal.conſi.448.q̄ritur in primis
col.j.lib.j. cum concor. adductis à
me in noſtro tracta. priuilegi. piæ
cauſę.in 76.ſpeciali, poſſe tamen id
facere pro malè ablatis, non quidē
ut ualeat tanquam teſtamentum,&
habeat uim relicti,ſed tāquam con-
feſſio facta inter uiuos, & iure debi
ti,ſecundum Ioan. And.in d.c.quā-
quam.in gloſ.quæ incipit dominus
meus,de uſur.lib.6.in nouella, & ſe
quitur Petr. Anch.ibi, col.5.in 14.
no.vbi hoc limitat procedere cum
conſtat de malè ablatis, & ibi quo-
que Domi.in uerſi. omnes. autem

col.6.

col.6.verſi.ſed pone quòd quis. Sequitur etiam Bal. in l. ulti. colū. 3. verſi.& ideo.C.ſi à nō compe.iudi. & conſ.382.dicit lex, poſt prin.lib. j.& conſ.244.proponitur quòd quidam nobilis, poſt med.lib.5.& conſi.447.ad euidentiā pręmittendum eſt quis dicatur, col.vlt.eo.lib.5.& conſi.476.teſtamenta & relicta,eo. lib.5.ubi id negat alibi in iure reperiri.& Collec. in c.Ioannes, col.5. verſi.ſed quid ſi quis,ext. de teſt.& Rom.conſ.164.hæc quinquaginta, & cō.199.pręſens ſtatuti particula. col.vlt. † & ad hoc allegat optimū text.in l.ſi ſeruo.ff. de hære. inſti. ubi non præſtat beneficium,qui impendit debitum. † Ex quo not.Bal. quòd ſi gabella ex ſtatuto ſolui debet ex legato,ea non debetur ex relicto facto pro malè ablatis, quia id non eſt propriè legatum. Sequitur item illud.Io.And. dictum Auguſt. in addit.Ang. Aret. in tract.maleſi. ſuper verb. caput à ſpatulis amputetur.& D.Benedic.ī repeti.c. Raynutius,in uerb.ſi abſque liberis moreretur,l.j.nu.30. & iterum in ver. mortuo itaque teſtatore,le.j.num. 187. †Sed & aliàs legitima quam non poteſt minuere fauor piæ cauſsæ,ut in authent. ſi qua mulier C. de ſacroſanct. eccleſ. tamē diminui poteſt pro exoneratione conſcientiæ. ut uoluit Sozi. qui alios citat, in repeti.d.l.moribus, col.pen.ver. uno tamē caſu.ff.de uulga. & pup. & in l.cum auus,col.20.verſi.tertiū correllarium.ff.de cond.& demon. & Catel.Cot.ubi ſuprà. Et hac ratione etiam in caſu.d.authē.ex cauſa,idem Bal.in d.l j.col.4.uerſi.modo uenit circa uoluntatem.C.de ſacroſan.eccle. expreſsim diſtinguit inter relicta pro reſtitutione malè ablatorum, & alia legata piis cauſis facta,vt ſcilicet in illis debeantur,etiam ſi poſthumus fuerit ignoranter præteritus,nō ēt in aliis. qđ & facit Pet.Anch.in d.c. ſi pater,in 6,no.de teſta. li.6.Soz.in d.l. [cum auus,] vbi ſuprà. Et ita videtur intelligere ij.quos ſuprà proximè citauimus. Ideo tu in hac re cogita.

89 ¶ Maxime,quia non videtur uerū quod ſupra dictum eſt,magis fauendum eſſe eccleſiæ, quā liberis, præterquàm in legitima,cū iura ſimpliciter ſtatuant hæreditatē filiis debeti iure naturæ.l.ex ſcripto, in fin. ff.vnde liber.cū alijs ſuprà in prin. allegatis,ſitq; notum illud diui Pauli ad Galat.c.4. Filius, ergo hæres. Illudque quod dicitur Auguſtini. Quicunque uult exhæredato filio eccleſiam facere hæredem, quærat alterum qui ſuſcipiat, non Auguſtinum,vt ſcribitur in c.vl.17.q.4.qđ dictum de conſilio intelligit gloſ.in l.Papinianus.§.j.ff. de inoffi. teſta. & in l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſco.& cleric.† in conſilio autem nō eſt neceſſitas.c.quod precipitur 14.q.j.† Idcirco non uidetur quòd illud conſilium reſtringatur reſpectu legitimæ, in qua eſt neceſſitas, vtpote quam pater non poteſt ſine cauſa auferre.§.aliud quoque capitulum,in authen.vt cum de appel.cog. Et in materia.d.l.cū auus. & d.l.cū acutiſſimi, hoc probatur, vbi tex. ꝓuidet liberis, nepotibus, & poſteritati, quibus non debetur legitima, † quia ſtantibus filiis nepotes & alii deſcendentes non debent neceſſariò inſtitui vel exhæredari.l.Gallus.§.in omnibus,in fi.ff. de libe. & poſt.l. poſthumorum, in prin.ff.de iniuſt. teſta. ex quibus Philip.Dec. ſibi contrarius in l.licèt, col.2.in.3.not.[C.de pact.] & iterū in l.gn̄aliter,col.3. ver. retēta tn̄.C.de inſtit. & ſub.rurſumq; con. 391.[in caſu propoſito.]in fi.illud aſſerit,

aſſerit, quòd dicimus nō verum eſſe ꝙ magis ſit fauēdum eccleſiæ, quā liberis, excepta legitima.

90 ¶ † Sed & quòd ſimpliciter fauorabilior ſit cauſa liberorum, quam eccleſiæ, tenet Bal. ī l. iubemus, col. j. C. de teſta. Pe. An. in c. 2. ext. de teſta. & in rub. eo. tit. lib. 6. col. 2. verſi. ex quo infero. & iterum in d. c. ſi pater. in 7. not. eo. tit. lib. 6. Ro. in repe. authen. ſimiliter, in ultimo ſpeciali contractuum, in fi. & iterū in 18. ſpeciali teſtamentorum. C. ad leg. falci. [Io. Ana. & Fely. in c. ſi quis epiſcopus, de hære.] & Maria. qui alios allegat, conſi. 23. circa prę dictam conſultationem, col. 7. verſi. decimooctauo. & in tract. oblatio. in. 15. libello, in primo mēbro, poſt prin. & Barb. conſi. 13. clementiſſimi Dei, col. 7. verſ. modo ſi vnus, lib. j. & cōſi. 29. illud afferam in medium, col. 2. eo. lib. j. & conſi. 34. clementiſſimi patris, col. j. eo. lib. j. & conſ. ſeq. clementiſſimi Dei, col. 3. nec obſtat cū poſtea dicitur, & iterum, col. 6. verſ. nec ob. cum dicitur & ſeq. eo. lib. j. & conſi. 55. præclarè ſcribitur, col. 7. & ſeq. lib. 2. & conſ. 38. difficile eſt, col. 3. lib. 3. & conſ. 43. illud in medium, col. 5. eo. lib. 3. & conſ. 46. difficile eſt, col. 3. eo. lib. 3. & conſ. 66. illud in medium referam, col. 6. eo. li. 3. & conſ. ſeq. illud in medium afferam, col. 4. verſi. etſi quiſpiam opponat, eo. lib. 3. cōſ. 71. illud in medium referā, col. 8. verſ. nec ob. cum dicit, eo. li. 3. & cōſ. 85 illud referā, col. j. eo. li. 3. & cōſ. 58. oīpotētē, char. & ver. & faciat quod voluit, li. 4. vt & alios multos citat. [Cor. conſi. 31. placet. col. 2. lib. j.] Pe. Bel. in ſpeculo principum. ti. de materia executi. ult. uolun. §. uideamus, char. pe. & Bene. Capr. cōſ. 19. punctus fuit quidā Petrucius, col. 2. verſi. ſed his non ob. & conſi. 22. punctus quidam Tadeus, ad fin. & cōſi. 66. pūctus quidā Bernar. col. 4. ver. unde ſi in dicta, & Cor. cōſ. 156. de duabus hæreditatibus, col. 3. lib. 2. & d. cōſ. 276. col. 2. quo loco ſuprà citauimus. li. 3. & cōſ. 226. quāquam prima facie, col. ul. uer. præterea ēt, li. 4. Iaſ. ſibi cōtrarius d. cōſ. 212. col. ult. lib. 2. Philip. Deci. in c. j. col. 10. ver. ſexto à ſimili ratione, ext. de probat. & in l. ult. col. pen. verſi. ſexto infertur. C. de edē. & in l. licet, col. 2. & ibi Alciat. in uerbo, fauore. C. de pact. Et in hanc ſententiam Auguſti. in epiſt. ad Ediciā, eā increpat, ꝙ cū haberet filiū magnā tū facultatū partē in eleemoſynas profudiſſet, citatq; illud Apoſtoli. j. ad Thimot. 5. Quiſquis ſuis nō prouidet, fidē denegat, & eſt infideli deterior. Vide tamē quæ dicā infrà in ver. donatione largitus in 17. q.

91 ¶ † Ex quibus etiam fit, ut licèt aliàs monaſterium quod quis ingreditur, excludat ſubſtitutum, ſub ea conditione, ſi inſtitutus decedat ſine liberis, per. §. ſed hoc in præſenti, in authen. de ſanctiſ. epi. & in authen. niſi rogati. C. ad trebel. hoc tamen non procedit, cum ſubſtitutus eſt filius teſtatoris, ut uoluit Bal. in d. authē. niſi rogati, col. 2. & cō. 196 teſtamētū Puciarelli, li. j. [ubi ita dicit fuiſſe iudicatū,] & Raph. Fulg. cōſ. 53. qm̄ ſuperius, in fi. Alex. cōſi. 121. uiſo themate, col. 4. uer. in hāc partem, lib. 2. & latè Iaſ. d. con. 212, col. 2. uer. ſed prædicta, lib. 2.]

92 Qvid autem † in donatione facta magno cuipiā amico? An vi huius. l. noſtræ reuocatur filiorum natiuitate? Bal. hic in caſus poſitione uidetur ſentire quòd ſic, dum ita caſum format. Patronus, inquit, habebat libertum, quem ualde diligebat &c. Et hoc confirmat quod uoluerunt Guil. Bal. & Ange. d. l. tale pactum

pactũ.§.vl. per illum tex.ff.de pact. qđ qui donat fratri, aut alteri coniunctæ perſonę, cum non habet liberos, ſuſceptis, poſtea liberis reuocatur donatio, de quo & illic eſt optimus tex. loquens de fratre. Porrò nulla amicitia poteſt eſſe tam felix, quæ imitetur fraternitatem, vt eſt Quintiliani ſentẽtia decla. 321. Quis enim, vt apud Salluſtium dicit Mycipſa, amicior, quàm frater fratri? Et multis ante ſeculis ſcripſerat Heſiodus.

Μηδὲ κασιγνήτῳ ἶσον ποιεῖ-
σθαι ἑταῖρον.

Ideſt,

Sed nec germano quiſquam eſt æquandus amori.

Cuius rei exemplum nobis reliquit Herodotus ĩ Thalia de muliere (eã Intaphernis uxor fuit) quæ optione ſibi facta à Dario, fratrẽ, aut maritum, aut filios morti adiudicatos eximendi, fratrem elegit, maritoq; ac liberis antepoſuit. [Sed & Antigone apud Sophoclẽ aſſerit ſe fratrem uiro ac filiis anteponere. his enim amiſsis alios facilè comparari fratrem verò, ſi parentes obierint, nuſquã tibi naſciturũ eſſe. Id quod etiã refert Ariſt. li. rhetor. 3. c. 46.] de qua re plura diximus in. 22. cauſa minuendę pœnæ. Igitur vt ad rẽ redeamus, ſi id obtinet in fratre, in quo tam arcta eſt cõiunctio, tanta amicitia, vt quod illi donatum eſt, reuocetur natiuitate liberorũ, multò magis in alio amico extraneo debet procedere & id quidem iure optimo, † quando nulla eſt amicitia, nulla cõiũctio, quæ paternã æquet, aut uincat. l. vl. in prin. C. de cura. furio. nec ſui quidem ipſius. l. iſti quidem. §. vl. ff. qđ met. cauſ. & ſuprà poſt princ. abũdantiſsimè diximus. Ideo cũ huius. l. fundamẽtũ ſit veri ſimilis illa mens & affectio parentũ in liberos, qua cenſetur uelle ipſos cæteris præferre, ut etiam ſæpius iã diximus, quæ tanta poteſt eſſe amicitia, vt donans uериſimiliter uelit alium præferre ſuæ poſteritati? niſi aut merita, aut id genus alia intercedant, quæ ceſſare faciant hanc l. vt dicemus poſtea.

93 ¶ † Et hanc ſententiam non mediocriter ſuſtentat, quòd aliàs id quod fit ob amicitiam, minus efficax eſt, faciliusq; reuocatur, quàm quod fit nullo amicitiæ reſpectu, tãquam, ſ. plus iuris habeamus, in amicos, quã in alios, per gloſ. in l. j. in ver. quod genus, i fi. ff. de preca. quæ dicit precarium ſimile eſſe contractui, quem ſæpe fieri videmus, ſcilicet dum donat quis alicui in amicitiam. poteſt enim reuocare quando velit. Et illam gloſ. expẽdit & ſequitur Raph. Co. ibi. & ex ea. Iaſ. in l. j. col. 2. ver. alibi reperio. ff. de in litem iuran. id not. quod ſuprà ex ea diximus, & declarat qualiter intelligatur. [& idem quoq; Iaſ. qui eam gloſ. dicit mirabilem, in l. dedi, quæ eſt. 3. §. ſi liber, in 10. not. ff. de cõd. ob cauſ.]

94 ¶ † Vt interim illud omittamus, quòd ſi donatio facta amico nõ reuocatur ex hac l. nunquam aut uix ei locus eſſet. Quotus enim quiſq; donat inimico? Niſi fortè vt illum eo delenimento, ac ueluti hamo vt piſcem capiat ac fallat, vt eſt in ueteri prouerbio apud Euripidem in Aiace Flagellifero.

Ἀλλ᾽ ἔστ᾽ ἀληθὴς ἡ βροτῶν πα-
ροιμία,
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ
ὀνήσιμα.

ideſt, propè ad verbum.

Sed eſt uera mortalium paræmia,
Inimicorũ dona nõ dona eẽ, et inutilia.

Ita antẽ in carmen uertit Eraſmus,
Quin uerum idest mortalium prouerbium.
Non eſſe dona, dona quæ ueniunt tibi
Ab hoſte, uerum inauſpicata ac noxia.
De quo Eraſmus ipſe multa Chiliadis.j. centu.3.c.35. Sed cui addere potes illud Maronis li.2. Aeneidos huc haud dubiè alludentis.
Timeo Danaos, & dona ferentes.
Et paulò ante.
Aut illa putatis
Dona carere dolis Danaum?
Item illud Eccleſiaſtici. 34. † Dona iniquorum non probat altiſſimus. Cui accedens lex 12.tabu. Impius, inquit, ne audeto placare donis irã deorum. Quam quidẽ legẽ interpretans Tullius lib.2.de legibus, Donis, ait, impij ne placare quidem audeãt deos. Platonem audiãt, qui uetat dubitare, qua ſit mente futurus Deus, †cum uir nemo bonus ab improbo ſe donari uelit. Aliàs autem †nullus aut pauci donant inimico & malè merito.l. nec adiecit.ff.pro ſoc.& l.j.C.de anno. ciuil.lib.11.& uoluit Bal. in l.illud, col.pe.in.4.q. C.de ſacro.eccleſ.[& Alex.cõſ.126 in hæſitatione, col.j.lib.4.] & dicemus infra in verbo, donatione largitus, in.j. declaratione donationis remuneratoriæ.

95 ¶ †Verũ Soz. conſ.39.in quęſtione quę vertitur, col.ul.lib.3. uidetur uoluiſſe contrariũ in ualde amico, cui uerìſimile eſt donantem donaturum fuiſſe, etiam ſi cogitaſſet dę liberis. Quod & confirmatur ex eo quod dicit Bald. in authen. ex cauſa, col.4.uerſ. item nõ ob. & ibi poſt eũ Cor.col.11.ver.quinto fortè fallit. C.de li.præter. quòd licet aliàs legata facta à teſtatore nõ cogitante de poſthu.non cõſeruentur ut illius authen.ex multorũ ſnĩa, ut ſæpe ſuprà diximus, & dicemus infrà latiùs, tamen hoc non obtineret in legatis factis coniunctis perſonis quibus uerìſimiliter teſtator legaiſſet, etiã ſi de poſthumo cogitaſſet. tunc enim conſeruantur legata ar.l.cum alienam.C.de lega. quod & ſequitur idem Corne. conſi.194. videtur in præſenti conſultatione, col.3.uer.ſed dato fine præiudicio, lib.3. Id quod etiã obtinet in legatis factis amicis, cũ d.l.cum alienã qua innituntur Bal. & Corne. trahatur etiam ad amicos, ex ſententia Guil.Cu.Fulgo.Paul. Caſt.Alex.& Iaſ.in ea ipſa l.& Barb. in repe. c. Raynaldus, col.118.de teſta. Quibꝰ optimè ſuffragantur uerba illius.l. cum dicitur, uel aliæ perſonæ.

96 ¶ † Nam amicitia neceſſitudini ſiue conſangui nitati anteponẽda eſt, aut cèrtè non poſthabenda, ex Platonis illius Philoſophorũ Dei ſententia, atq; etiam Ciceronis, cuius hęc verba ſunt li.j.Officio. Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines. magnum eſt enim eadem habere monumenta maiorum eiſdem uti ſacris, ſepulchra habere communia, ſed omniũ ſocietatum nulla præſtantior eſt, nulla firmior, quàm cum uiri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. Sed & idem in Lęlio hãc eandem ſententiã hac ratione comprobat. Ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt, ex amicitia non poteſt, ſublata enim beneuolentia, amicitiæ nomẽ tollitur, propinquitatis remanet. Ergo illud in quo neceſſario beneuolentia permanet, anteponendum eſt ei, à quo beneuolentia remoueri poteſt. Valerius autem Maximus grauiſsimus & ipſe author, caput ſeptimum, lib.4. ita exorditur. Contẽplemur nunc amicitię uinculum potẽs & pręualidũ, neque vlla ex parte ſanguinis uiribus

bus inferius, hoc etiã certius & exploratius, quia illud naſcẽdi fortuitum opus, hoc uniuſcuiuſq; ſolido iudicio inchoata uoluntas contrahit. Itaq; celerius ſine reprehenſione propinquũ, auerſere, quàm amicum, quia altera diremptio utique iniquitatis, altera leuitatis criminĩ ſubiecta eſt. Cùm enim deſerta ſit futura uita homini nullius amicitiæ cincta præſidio, tam neceſſariũ præſidium temere aſſumi nõ debet ſemel autẽ apprehẽſum, rectè ſperni non conuneit. Iſocrates orator eximius ad Demonicum effert miris magniſq; laudibus Hipponicum ipſius Demonici patrem, quòd magis approbat amicos, quàm propinquitate ulla deuictos, exiſtimabatq; ad ſocietatẽ eſſe potentiorem natura legem, mores genere, delectum neceſsitate.

97 ¶ † Ex Theologis diuus Ambroſius, qui inter primos ſtatuitur, plerunque, ait, amici ſe potius beneuolentię quiſq; committit, quàm fratris neceſsitudini. & diuus Thomas qui facile primas inter ſcholaſticos obtinet, diſſerens in 2.2.q.27. de ordine charitatis, cenſet coniunctos ſanguine in iis duntaxat quæ naturam ipſam cõcernunt, amicis anteponendos, in cæteris poſtponendos quem ſequitur Anto. Florent. in. 4. par. ſum. tit. 6. c. 5. §. 6. At alibi idẽ diuus Thomas, in eo ſcilicet opuſculo, quod ſcribit de dilectione Dei & proximi, ſimpliciter aſſerit amicitiam plerunq; conſanguinitati prępõderare. At quem non immerito theologis, & fortè etiam diuis annumerabo. Salomon Prouerb. 18. c. Vir, ait, amicabilis ad ſocietatẽ magis amicus erit quam frater.

98 ¶ † Sed ne noſtros iuriſconſultos, & legumlatores ſilenter pretereamus, Leges noſtrę pluris exiſtimãt amicitiam, quàm illam fraternitatẽ quæ cæteris neceſsitudinibus, ut ſuprà diximus, præponitur, ut q̃ ſanxerunt magis amicitiæ atq; conſortii rationem eſſe habendam, quam fraternitatis, ad metiẽdam iudicandamque qualitatẽ rerum à fratre; eodemq; commilitone donatarum in l. cum allegas. C. de. caſtren. pec. lib. 12. ubi ſi frater ex commilitio amcior factus fratri commilitoni quippiam donauerit, id in peculio caſtrenſi habendum eſt, conſiderata potius qualitate amicitiæ quę ex cõmilitio proceſsit, quàm fraternitatis, eſtq; in eandem rem tex. ſimilis, niſi quòd generaliter de agnatis loquitur, in l. pen. in prin. ff. eo. tit. † Quarum legum authoritate ſuffultus Alberic. in l. ſed & hæ perſonæ. ff. de in ius uocan. dicit amicitiã plus habere ponderis, quàm fraternitatem. † Cui planè concinens Homerus ille omnis uirtutis parẽs Iuſtiniano in p̃œmio. ff. dictus, cenſet fidum amicum non eſſe fratri poſtponendum.

Si quis forſan amicus ſit gratusq; bonusq;,
Quandoquidẽ is non inferior uel fratre putandus.

Sunt enim uerſus illius huiuſmodi in fi. lib. viij. Odyſſeæ

Ἤ τίς που καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαρισμένα εἰδὼς
Ἐσθλός, ἐπὶ οὐ μέν τοι κασιγνήτοιο χερείων
Γίνεται ὅς κεν ἑταῖρος ἐὼν πεπνυμένα εἰδῇ.

99 ¶ † Et hæc quoque ex eo fulciuntur, quòd licèt id quod intereſt, ob affectionem coniunctionis ſanguinis aut aliàs, non tanti ſit, ut quis pro altero ſtipulari poſsit, per id quod uoluit gloſ. in l. fideiuſſoris, in

in uer.neq; enim,& ibi Bar. [& alii ff.de pac.] & idem Bar.in l.quod dicitur.ff.eo.ti. & in l.j.col.7. uer.uidimus ſuprà triplex intereſſe.C.de ſent. quæ pro eo quod inter. [Nicol.Neapo.qui eã gloſ. dicit ſingularem,in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff. de uerb.obli.]& eſt bonus text.[in l.quod dictum, vbi Ange. & Raph. Ful.not.ff.de pact. &] in l.3.§. ſed & ſi forte.ff.iudic.ſol.Tamen habemus gloſ. quæ id negat procedere in eo quod intereſt ob amicitiam. id enim ſatis eſſe,vt pro altero ſtipulari poſſit,ea eſt in l.ſi vnius.§.j. in uerb. videamus.ff.de pact., & ibi Bal.Ang.[Paul.Caſt.& Alex. & Iaſ. conſil.41.in duobus, col.pen.uerſi. uel aliter & ſecundo, lib.3. Ex quo & ipſe.] Iaſ. id animaduertẽs in l.j. col.2.verſi.capio gloſ.ff.de iureiur. illud not. quod dicit mirabile, id quod intereſt ratione amicitiæ,eſſe fortius eo quod intereſt rõne coniunctionis ſanguinis. Sed tu tamen illum uide in d.l.ſi unus.§.j.

100 ¶† Porrò uidemus apud noſtros iuriſconſultos,qui ordinem ſcripturæ inſpiciendum iubent, in l.generaliter.ff.de fideicom. liber.cum ſi. fermè ſemper amicitiam cõſanguinitati in ordine ſcripturæ prælatã l.ſed ſi plures.§.in arrogato, in fi. ibi.amicus vel cognat⁹.ff.de vulg. & pupil. & l.ſi ſeruus pluriũ,§.ult. ibi,legatarij charitas & neceſſitudo.ff.de leg.j.& l.Theopompus,ibi amici mei & cognati.ff.de dot.pre leg. & l. affectionis,ibi, amicos vel neceſſarios.ff.de dona. Quod & fecit Eſdras ille Propheta & Scriba Hebræus. c. 4. Non meminerunt, inquit,cum biberunt, charitatem, nec fraternitatem. & Dauid Ode. 37.Amici mei & proximi mei aduerſus me appropinquauerunt, & cap.[& Tullius in oratione pro Sexto Roſcio Amerino. Quod is ſimul atque ſenſit de amicorum cognatorũmque ſententia,Romã confugit. & Saluſtius in bello Iugurthino de Micipſa loquens,cum ſibi finem vitæ adeſſe intelligeret, corã amicis & cognatis huiuſcemodi verba fertur habuiſſe.]

101 ¶†Quid,quod ex ſẽtẽtia noſtrorum doc.amicitia ſuperat parentũ affectionem?que cauſa eſt noſtrę.l. quod ex hoc clare liquet,quod ſcribit Bar.in l.alimẽta.§.j.ff. de ali.& cib.leg.per.text.ibi.quod licet appellatione filiorum non veniant filij filiorum,id eſt, nepotes .l. quod ſi nepotes.ff.de teſta.tut.& l.filij.& l.iuſta.ff.de ver.ſig.cum ſi. fallit tñ in nepotibus,quos teſtator præ ſingulari amore vt filios nominabat atq; tractabat,habita ſcilicet potius ratione amicitiæ, quam ſanguinis. & hoc ſequitur Alexã.ibi in addit. Bart.& Rom. in repet.l. ſi vero.§. de viro,in.35.fal.ff.ſoluto mat.

102 ¶†Vt iam non mirũ ſit, quod plerique ex noſtris cenſuerunt, quicquid in iure ſtatuitur inter coniunctos & neceſſarios ratione affectionis ſanguinis,id quoque obtinere inter amicos.ita enim dicit Pañ.in c.requiſiſti,per glo.ibi,extra de teſta.& Alex.in l.exigendi,col.2. verſi.& id quod dicitur,& ibi etiã Iaſ. col.2.& iterum col.5. C. de procu. Barb.in l.ſciendum.col.33.ver.ego tetigi iſtum paſſum.ff.de verb.obl. & in.c.cum.M.Ferra.de conſtit.& in c.ex parte decani,& in c.nõnulli de reſcri.& in c.coram,de offi. delega.& in repeti.c.Raynaldus. colũ. 118.verſic.vndecimo limita, extrà de teſt.& conſil.75.ſapienter ſcribitur. col.4. li.4.Fely.in c. quoniam ab.col.3.ver. capio illud.ext.de offic.dele.& Iaſ.in l.Titia,col.6.verſ. vltimo circa iſtam partẽ.ff. de ver.

oblig.& conſi.70.conſtat ex inſtrumēto,col.vl.lib.j.& in l.ſi res obligata,colū.2.uerſic.adde aliud.ff.de leg.j. Alciat. in l.late.§.amicos.ff. de uerb.ſign.Hip.Marſ.ī repe.rub. ff.de fideiuſ.nu.234.Io. Monteſer. in repe.l.frater à fratre,col.6.in 4. not.ff.de cōd.indeb.quod & probatur ex multis quæ abundāter collegimus in iam.d.cauſa.22. minuendæ pœnæ. ubi & inter cætera omnium abundantiſsimè tractauimus utrum amicus pro amico admittatur ſine mandato.

103 ¶ † Sed illud hic non omittemus, quod ad hūc locum maximè pertinet, ꝙ quemadmodum liberi nō ēt extranei capiunt legata ex teſtamento minus ſolēni.l.ult.C.fami. her.& l.hac cōſultiſsima.§.ex imperfecto.C.de teſta.† Nēpe quia in hmōdi teſtamēto cōdito īter liberos,ſemp intelligiē clauſula codicillaris,ut uoluit glo.not.in l.cohęredi.§.cū filiæ,in ver. nō ualuit,in fi.& ibi Imo.& alii recētiores.ff.de vulg.& pupil.ſubſt. Idē Imo. in c. Raynu.col.28.ext.de teſt. & Alex. huic rei hāc rōnem aſſignās in d.§. ex impfecto.† Ita ēt amici ueluti ius liberorū obtinētes, ex teſtamēto quoq; minùs ſolenni legata capiunt,ut uoluit glo.no.in l.in teſtamēto.ff.de fideic.liber. quā ſequuntur & ſing.dicunt Bal.in l.ſi iure. C.de teſta.manu.Matheſ.no.41.nota mirabilē doctrinā,& Barb.conſi. 3.illud referā in medium, col.3.li. 3.Iaſ.in d.l.cum alienā, col.2.in 3. limita.C.de leg. & in l.j.col.5.uer. & clarū eſt. C.de ſum.tri.in lec.Ticinēſi.& in l.nō dubiū,col.vlt.uer. ideo tu rīdeas.C.de teſta.& ſequitur ſimpliciter ipſe Barb.in repe.l. cum acutiſsimi,col.11.& conſi.22. clementiſsimum deum oro,col.3. uer.primo dicitur,li.4. ubi & dicit aliā eſſe ſimilē,licèt prior illa reputetur ſing.in d.l.ſi iure.C.de teſta. manu.& pro iis eſſe tex.in d.l.cum alienam, quē negat in d.l.cum acutiſſimi:ab ullo uſq; ad ſua tempora fuiſſe in id expenſum.Verum pace illius dixerim,illū ad hoc lōgo ante interuallo citauerat gloſ.in.d.l. in teſtamēto,quo ēt in loco multo melior eſt text. in eā rē,in illis uerbis,pios tū filios debuiſſe manumittere eā, quam pater dilexiſſet, quē & ad hoc dicit ſing.Rom.in repe.l.ſi uerò.§.de uiro.in 26. fal.in prin.ff.ſol.mat.& cōſ.179. ampliſſime doctor,col.pen.uerſi.ad quod dicendum moueor. & Matheſ. d. not.41.

104 ¶ † Ex illa aūt gloſ.in d.l.in teſtamēto,dicit Bal.in d.l.ſi iure.C. teſta.manu.quòd ardor liciti amoris habet uim clauſulæ codicillaris qđ etſi tū Bal. ipſe nō audeat conſtanter aſſerere, niſi ubi adeſſet fauor libertatis, id tamen haud cunctanter,ac ſine diſcrimine affirmāt & cōmendāt. Rom.ī duobus locis ſuprà citatis,& Alex.in d.l.cū alienam, col.2.& ibi Iaſ.in d.3.limitatione. & Barb.in d.l.cum acutiſsimi,col.11.& in repe.d.c. Raynaldus,col.118.uer.undecimo limita. & in rub.de reſcrip.in cle.col.8. & in tract.de ꝓſtand.car.in.3.q.j.par. col.j.ad fi.& iterū col.14.ad fi. & d.cōſ.3. col.5.li.3.& cōſ.49.ꝓclare ſcribitur,col.2.li.4. Soz.qui hoc dicit ſing.cōſi.58.Ioānes,col.3. uer. accedit cum prędicta, lib.j.Iaſ.qui hoc propè ubique dicit ſing.in d. l.j.C.de ſumma tri. & in l.exigendi,in.3.not.ver.ſecūdò facit. C.de proc.& in d.l.nō dubiū.C.de teſta. & in l.eam quam, col.6.uerſi.prima fallentia, & iterum col.9.uer. circa decimū caſum. C.de fideicō. & in l.uerbis ciuilibus,col.3. uerſi. tertius

tertius caſus.ff. de uulg. & pupil. [& in l.ſi mihi & tibi.§. in legatis, col.ult.ff. de lega.j.] Felyn.in c.j. ad fi.ext. de teſti. dum' ſimpliciter allegat Bal.ī d.l.ſi iure.Ant.Bauer. in repet.l.cum filio,char.4.col.vlt. ff.de leg.j.& Catel. Cotta. in memor,incip.amor licitus, Alciat. in d.l.latè.§.amicos.ff.de verb. ſigni. Panthal. Calde. in repe.l.2.col.71. verſi. ſecundo loco.C. de reſcind. vendit.& Hippo.Marſil. vbi & D. Bened.in rep.c. Raynutius,in ver. teſtamentum, lib.3.nu.46.extr.de teſta.& ante hos ipſe Bal. cuius nō meminerunt in ſua marga. in uerbo,codicillus, verſi.pen.ubi & ad hoc dicit illam gloſ.ſing.

105 ¶ † Porrò clauſula codicillaris tollit remedium huius.l.vt ſentit Bal.in l.vlt. col.vl. verſi. item non obſtat iūctis his q̄ prius dixerat.C. de codicil. & expreſsè tenet Cor. cōſ.194.cuius exordiū eſt, in pn̄ti cōſultatione, col.2.verſ.concurrit etiā,lib.3.Ex quo illud conſequens eſt,vt tādē ad principale propoſitū redeamus,vt hæc.l.non habeat locum in hoc caſu.Id quod etiā confirmatur ex eo, quod ſing. voluit Barb.in rep.d.l.cū acutiſsimi, col. 11.& iterum col.40. & ſequen. ꝙ ea lex loquēs in filio hærede inſtituto & rogato hæreditatē reſtitue re,habet locū in valde amico. qđ quidē dictū nūcupatiuū ſequitur & dicit mirabile D.Benedic.in rep.c. Raynutius,in ver. ſi abſque liberis moreretur,nu.4.ext. de teſta.ſequitur ēt Alcia.in d.§.amicos. Illudq; refert Iaſ.in d.l.exigēdi,col.5.ver. adde ēt illud,vbi tn̄ hoc nō firmat, & ipſe alibi ſubobſcurè reprobat, videlicet in d.l.Titia, in prin.col.6 ff.de ver.obli.& apertiùs Soz.in re pe.l.cum auus,col.3.verſi.ſecundò infertur.ff.de condi. & demon.vbi reſpondet omnibus rōnibus Barb.

106 ¶ † Et certè etiam in noſtro prin cipali caſu aduertēdum eſt, ꝙ Soz. d.cōſ.39.li.3.nō aſſerit ſolā amicitiam ſatis eſſe, vt cēſet huius.l.noſtræ præſumptio & diſpoſitio. Neque ſi aſſereret,uerum eſſe crederē tū per ea q̄ ſuprà in prin.huius.q. diximus, tū quia oīa q̄ diximus de æquāda aut p̄ponēda amicitia conſanguinitati,intelligūtur in iis tm̄, q̄ nihil ad naturā pertinēt,vt ēt diximus ex diuo Thoma. Aqui. At naturæ ſimul & parentum uotū filios ad bona ipſorū parentū admittit.l. ſcripto,in fi.ff.vnde liberi. Ideo & hic liberi amicis ſunt p̄ferendi. Qđ probè intelligēs Solon Athenienſium legiſlator p̄miſit pro uoluntate cuiuſq;,niſi ſupereſſent filii, hæredē conſtitui,& ſic uiſus eſt,vt ait Plutar. amicitiā propinquitati, & gratiā neceſsitudini,ēt in ſucceſsionibus bonorum p̄ferre, p̄terquā tū filiorū,quos is nūcupatim excepit.

107 ¶ † Quòd ſi cum magna amicitia alia quoq; cōcurrerent,ex quibus veriſimile eſſet arbitrio boni uiri donaturum fuiſſe qui donauit,etiā ſi de futuris liberis cogitaſſet,ut in caſu de quo loquitur Soz. ipſe.d. cō.39.tunc nō dubitarē quin ceſſaret huius.l.diſpoſitio, p̄ ea q̄ ſuprà diximus ī prin.nu.84.inci.nec ſolū ceſſat. Ideo & Bal.hic ī 2. lec.in ad di.& Ang.ēt hic dicunt, ꝙ ſi donatio eſt parua,& donās & donatari' ſint magna affectione cōiuncti, ita vt uerſimiliter donās hāc donationem feciſſet,ēt ſi cogitaſſet de liberis,certè nō reuocabit̄ p̄ natiuitatē liberorū. Vides igit̄ Bal. & Ang.cū magna affectione cōiūgere modicitatē doni,ut nō hēat locū hæc l. An aūt ſola modicitas,& qualis ſufficeret,dicemus plenè infrà,in uerbo, oīa, uel partē aliquā ī ubi uidebis.

Ad id autem quod diximus de clauſula codicillari, reſponde ex ijs quæ diximus ſupra in prin. ver. [81. incip. nam ſoli omniũ, & ſeq. & in noſtro tracta. priuilegior. piæ cauſæ. priuilegio. 85.] vbi apertè oſtendi ſimplicem amicitiam non habere vim clauſulę codicillaris.

108 AT LONGE † maius dubiũ eſt in donatione quã facit uir uxori, aut è diuerſo uxor uiro. Nam hæc coniunctio atq; amicitia cęteras facilè ſuperat, cũ ſint uir & uxor unũ corpus, vna caro, una penè aĩa, vt plenè diſſeruimus in noſtris legibus cõnubialibus, ſitq; ſcriptũ, Relinquet hõ patrẽ ſuũ & matrẽ, & adhę rebit vxori ſuę. vt ſuprà diximus in prin. huius l. nu. 12. incip. ſed ut redeamus. † Quibus & illud addiderim, quod Ang. cõſi. 109. inci. in dicto teſtamẽ. col. 2. ſing. aſſerit, id quod dici ſolet de uxore relicta domina & maſſaria, per gloſ. & doct. in auth. quod locũ. C. de ſecun. nu. cũ ſi. habere locũ & in matre ſimiliter relicta domi. & maſſa. cũ q̃s, inquit, magis afficiatur erga uxorem quã matrẽ. Si igitur in uxore obtinet, multo magis in matre. Et ante illum in eadem ſentẽtia fuit. [Bar. ſubdubius tamen, & Bal. conſtanter] in l. Titia cum teſtamento §. ult. ad fi. ff. de leg. 2.

109 ¶ † Ex hoc autem ingenti uirorum amore in uxores, proni ipſi ſunt ad donandum uxoribus. quod aĩaduertẽtes iuriſconſ. hmõi donationes inter uirum & uxorem prohibuerunt, addicientes hanc inter alias rõnẽ, ne mutuo amore ſe ſpolient. l. j. & ſeq. ff. de dona. inter uirum & uxorẽ. Igitur ſi uiri non retrahantur ad his donationibus propter ſuã ipſorum ſpoliationẽ, nec propter filiorũ quoq; uerſimile eſt eos retrahi, cum præſentior, proximior, proprior ſit ipſorum cauſa, q̃ filiorum, ar. l. 2. C. de pat. qui fili. diſtra. præſertim nõdũ natorũ, de quibus hęc l. loquitur, & ut eſt in uetere prouerbio γὸνυ κνήμης ἔγγυον id eſt, genu ſura propius. & ſimplicius apertiusq; apud Terentium in Andria. *Heus proximus ſum egomet mihi.* Ex quo fit, ꝙ cũ uerisimiliter non deſinat pater ob filios donare uxo. nõ hẽat locũ hęc. l. ex iis q̃ dixim⁹ ĩ p̃ced. q. & alibi ſępe.

110 ¶ † Præterea ĩ hmõi donatiõibus nõ tantũ uertitur filiorum præiud. quã ſi aliis extraneis eſſet donatũ, cũ filii æquè ſiut uerisimiliter ſuæ matri, cui à patre donatum eſt, ſucceſſuri, ac patri ipſi, nã ſperandum eſt ꝙ bona matris ad filios ſint peruentura, ar. l. nam & ſi parentibus. in prin. ff. de inof. teſt. & l. ſcripto, in fi. ff. unde li. cum ſi. Ex quo ẽt uerisimile eſt, patrẽ uxori donauiſſe uel ſi de liberis cogitaſſet. Et licèt poſsit cõtingere, ꝙ pater donans prior decedat relicta uxore donataria, & liberis cõibus, ita ꝙ tunc intereſſet liberorum donationẽ factã nõ fuiſſe, quia cõfeſtim poſt mortẽ patris, nõ expectata morte matris, res donatas accepiſſent tanquam ex hæreditate patris, tñ id obſtare non põt, quoniã attendit̃ uerſimilis mens donãtis, quę fuit tp̃e donationis, & ex ea uel reuocatur, uel non reuocatur donatio tp̃e natiuitatis liberorum, quicquid poſtea cõtingat, ut not. p̃ Bar. & alios in l. Titia. Seio. §. imperator. ff. de leg. 2 & dicemus latè infrà [in uerb. oĩa uel partẽ aliquã, nu. 34. incip. uerũ attẽde lector, &] in uer. ſuſceperit liberos. nu. 161. incip. ſed hoc rurſum in dubiũ uocat̃, cũ multis ſeq. Ex quo etiã nõ obſtaret, ſi diceret̃ ꝙ uxor poſt mortem patris poſſet alium uirũ ducere, ex quo & alios

pariet

pariet liberos.qui ſibi ſicuti & liberi ex priore matrimonio in re donata ſuccedent fortè ex ſtatuto uel cōſuetudine,quia de iure communi ſoli filii patris qui donauit,ſuccederent, per l.fœminæ.C.de ſec.un. nupt. quia etiã id quod ſuperuenit non attenditur, ſed ſola mens quæ fuit tpe donationis,ut diximus.

111 ¶† Et per hæc Philip. Corn.cōſ. 194.uidetur in præſenti, col.2.uer. & maximè hoc dicendum uidetur, & col.ſeq.uerſ.item ſecundo ualet, lib.iij.negat reuocari hmōi donationes factas vxoribus natiuitate liberorum. In qua etiam ſentētia eſt Alex.conſi.162.uiſis his quæ copioſè,col.2.uerſi.nec obſtat, lib. 6.vbi dicit de hoc eſſe caſum in §. dotes, in authen.de nupt.& in l.j.C.ſi dos con.mat.vbi ſi mulier in contractu matrimonij fecit pactum cum marito,quòd ipſa præcedente, maritus lucretur dotē, ſi ipſa præmoriatur ſuperſtitibus ex eo matrimonio liberis,nihilominus tenet pactum,& lucratur maritus doté. Nã ut dicit ipſe Alex. ex hoc ueriſimiliter nō infertur magnū damnū liberis ſucceſsionem paternã tandē habituris & ita hac re donata potituris ex præſumptione.l.ut caueatur in d.l. ſcripto,in fi.ff.unde libe. Sed circa hūc caſum uide q̃ dixi ſuprà in p̃fa. noſtræ.l.n.69.incip. ſed hæc intelligenda uidelicet. & q̃ dicã latiũs infrà in uerbo,donatione largitus,in 10.q. Sed & hanc eandē opin.ut uidelicet hęc l.non procedat in donatione vi.& uxo.tenet Fran.Ripa.q̃ ſolū Corn.citat,libe.3. reſpon.c.2. col.ult. ea quã diximus ratione,q̃ filii ſunt ſucceſſuri donatario.

112 ¶†His aūt Cor.& Alex.rōnib⁹ & alia addiici pōt, minimè, ni fallor, contēnenda.nã iſtæ donationes inter uirū & uxorē, nullius ſunt momenti,p totū tit.ff.& C.de don.inter vi.& vxo.& ita quidē nullius momēti,ut ipſo iure nō ualeāt, per tex. expreſſum in l.3.§.ſciendum. ff.eo.tit. ſed id tantū habēt, q̃ morte donātis cōfirmãtur,iurib⁹ uulg. †At hęc.l.noſtra nō pōt habere locū, niſi in donatione ualida ex qua ſtatim trãsfertur dominiū in dona. nullo donãti relicto arbitrio,ut patet ex illis uerbis noſtrę.l.reuertatur in eiuſdē donatoris arbitrio, q̃ nō pñt adaptari niſi ad ea bona q̃ deſierunt eſſe donantis, ab eoq; uelut abierūt & in dominiū donatarii trãſierunt,rurſumq; ac retro ad donantē redeunt † nã id ſignificat uerbum,reuertendi, ut ſcribit Bar. in l.ut quiſq;.C. de om.ag.deſer.li. 11.per tex.ibi. [& Lucas Pen.in l. reſtaurationi.C.de diuer.præd.eo. lib.11.]& Soz.& Phili.Deci.in l.j. ille ad fi.hic col.3.uerſi. quantum uerò.C.de pact. [& ante hos gloſ. in l.interdum. §.ult.ff.de acquir. poſſeſ.&]Rabbi Moyſes Aegypti⁹ li.Perplexorū.j.c.23. in id trahens illud Oſeæ.5.Ibo, & reuertar in locum meū.Cui ſimile & illud Ezec. j.Aĩalia ibant, & reuertebant.nec minus id probat illud [Exodi.4.uadam & reuertar.& iterū uade.& reuertere &] Deu.20.Vadat & reuertatur.& Prouer.3. Vade & reuertere,& illud quoq; Mat.12.Reuertar in domum meã unde exiui. quod repetitur in c. reuertar. de pœni. diſt.4. & illud Tullij Philip.9.ſtatim poſt prin.Ser.Sulpi.cū aliqua p̄ueniēdi ad M.Ant.ſpe ꝓfectus eſt, nulla reuertēdi. † Et hoc probatur in uer.redeūdi. quod eſt eiuſdem ſignificationis,in c.contra Chriſtianos, & ibi gloſ.j.de hæret.lib.6.& in l.ex facto,ad fi.ibi, iturás & rediturás.ff.de here.inſti.[& in d.l.qui mittūtur.§.ult. ibi,dū eat in caſtra,

& redeat.ff.ex quib.cauſ.maio.] & apud Ciceronē Philip.2. Celeriter iſti & rediſti. & Phil.12. Iſſe & rediſſe me putato te. Et in oratione pro P.Seſtio.Hūc ego reditū repudiarē,qui ita florēs fuit,ut uerear, ne quis me ſtudio gloriæ putet idcirco exiſſe, ut ita redirē. Et Exo. 32.Ite & redite de porta ad portā. †Et in verbo,reddēdi, quod ut manifeſtum eſt,eiuſdē eſt naturæ,in l. j.§.eleganter.ff.depoſiti.& in l.cum quidā vxo.ff.de lega.2.[& in l.7.§. ſi quis ſeruum, & iterum] in l. ſtichū.§.ſi hęres.ff.de ſtatu lib. & in l.verbū reddēdi.ff.de ver.ſig.& qđ ſcribit Alex. in l.ſi uel metus, col. j.C.de his q̃ ui met. cauſ.fiunt, [& cōſ.92.perſpectis,col.2.uer. hoc ēt facit,li.j.]& Soz.cōſ.253. in cauſa dñi,col.5.ver.ſed p̄miſsis nō ob.li. 2.Ex quo ē illud Tulli in.2. in Verrem actione.Idē iſte prætor monumēta antiquiſſima partim regum locupletiſsimorum, quæ illi ornamēto urbibus eſſe uoluerunt, partim ēt noſtrorum imperatorum, q̃ uictores ciuitatibus Siculis aut dederunt,aut reddiderunt, ſpoliauit, [& in 3.in eundē acti.Cogita, quo loco ſis, quod dare populo Rom. quid reddere maioribus tuis debeas.] & lib.j. Officiorum.Duo inquit,ſunt genera liberalitatis, unū dandi beneficium, alterum reddendi.[& in oratiōe ad equites. Rom. antequam iret in exiliū. Neque.n. peto,vt mihi detis uitā, ſed datam repeto.vt reddatis. Et Plinius Iunior lib.epiſt.8.ad Rufinum,epiſtola cuius exordium eſt. Falſum eſt. Neque reliquiſſe opes filiæ,ſed reddidiſſe quibus auctus per filiā fuerat.Et in Panegyrico.Ille illi imperiū dedit,tu illi reddidiſti]† Et idē de uerbo redhibēdi.l.redhibere, in prin.ff.de ædi.edic.†Atq; ēt de uerbo repetēdi,in rub.ff.ſi cert. pet.& in rub.ff.ſol.mat.& ibi doc. [Et apud Liuium lib.3.ſecundi belli Punici. Appius magno conatu nulla re geſta Meſſanam repetit, nā hinc paulò antè digreſſus fuerat]† Atq; etiā de uerbo reſtituēdi, glo.no.in l.mācipia, in uer.aduocādū.[C.de ſer.fugi.q̃ dicit eā.l.nō habere locum niſi mancipium cum effectu aduocatum fuerit, ſcilicet ſi re uera iuerit, pp uerbum reſtituendi, quo ea lex utitur.Cuius glo.authoritate docti.Iac.But.Fran.Rampo. Ange.Saly.Raph. Fulg. & Alex.in addi.Bal.ibi dicunt, ꝙ ſtatutum ut turbās aliquē in poſſeſsione puniat certa pœna,& reſtituat poſſeſsionē nō hēt locū niſi in eo caſu quo pōt fieri reſtitutio,vt quia ablata ē poſſeſsio.Et id ſequit̃ Rom. qui eā gl. ſing.dicit in ſing. 495. ſtatutū puniens. & Philip. Dec.in l.j.col. 4. nu.15.C.de eden. & conſi.259. viſis his,col.pe.in fi.& cōſi. 440.quæritur,col.j. & conſi. 591.tex.in l.j. col.j.uerſi.& prædicta,& Hier.Gratus conſi.63.ex themate,col.2.uer. quinto cōfirmatur,lib.j.Quāuis aliud dicāt Bal.& Pau. Caſt.in d.l. mācipia. Sed tñ illam glo.dicit ualde no.Soz.in l.de diuiſione, col.2. verſi.ex quibus infertur.ff.ſol.ma. & ex ea dicit quòd ſtatutū quo maritus debet lucrari partem dotis,& partem reſtituere,nō habet locum in dote promiſſa tñ, & nō tradita. De quo tamē uide Saly.in l.ſi conſtante,col.2.uer. nota ad quæſtionē.C.de don.añ nu.Ang.cō.158.ui. ſo puncto p̄dicto. & cōſ.180.ad cui dētiā,col.j.in fi.& Alc.in l.reſtituere.ff.de uerb.ſig. & q̃ nos diximus in trac. Retractuū in fi.nu.36.imò verò,& ſeq. & iterum nu.57.ideo ſunt.] Quibus ſuccinit illud Terentii in Andria. *Reſtitue in quem me* accepiſti

accepiſti locum. † Et de uerbo relabẽdi. Domi.cõſi.122.quia reueren de pater ante fin. † Et de uerbo reuẽdẽdi, Bal. cõſi.495. punctus ſup quo ſunt infraſcripta ſtatuta,col.3 verſi.tertius caſus.lib.j.& Domi.d.cõſ.122. & Cor.cõſ.338. uidetur primo aſpectu,col.ult.ante fin.lib.j.[†Et de uerbo, recipiendi. habes tex.i.l.cũ vir uxori.§.mulier.ff.de dot.ꝑle.cũ dicitur dotẽ.n.recipiſſe eã magis q̃ accepiſſe.& in l. qui ſic ſoluit.ff.de ſol.vbi ita ſcribitur, nõ alienantur nũmi,qui ſic dãtur ut re cipiantur. Et apud Tullium in Catone maiore, cum Salinator, qui amiſſo Tarenti oppido gloriaretur & diceret,mea opera. Q.Fabi. Tarentum recepiſti,certè, inquit ridens,niſi tu amiſiſſes, nunquam re cepiſſem.]Ideo illa uerba huc con gruere nõ poſſunt,cum res donata ſemper manſerit in arbitrio, domi nio ac uoluntate ipſius donãtis, ut eſt text. expreſſus in l.ſed interim in prin.ibi,dominium apud eũ remanet qui donauit.ff.de don.inter vi.& vxo.& in l.quæ iã nuptæ, eo. tit.ubi ita ſcribitur,quæ iam nuptę maritus donauit,uiri manent,& in l.ſi id,in prin.eo.tit. ubi & ſimilis eſt tex.[& in l.à marito.C.eo.tit.] & in l.ſi liqueat, ibi, de cuius ſubſtantia prohibẽte matrimonio non potuit exire.C.de inoff.donat. Et id quidem hinc clare apparet,quia eam rem, poteſt maritus non obſtante tali donatione quibuslibet obligare,uendere,& alias alienare. l.ſi maritus tuus.C.eo.& l.cum hic ſtatus.§.ſi maritus.ff.eo. & not. in c.ult.ext.eo.quoque tit. Et hoc argumẽti genere utitur Soz i.in alio tamẽ caſu loquẽs.in d.l.j.in fi.C.de pact.vt ſcilicet neceſſe ſit ut res donata facta fuerit ipſius donatarii, ut hæc l.habeat locum,ꝑpter uerbum reuertatur,quo ea utitur, qđ & ſimiliter facit Ant.Rub.con.99. uiſo caſu,col.j.uerſi.ſecundò uidetur. & Iaſ. cõ. 154.in cã mota,col. antep.uer.nonò principaliter,li.2. Et gñale eſt,ut quibus uerba legis nõ cõueniũt, lex ipſa locũ nõ hẽat. l.4.§.toties.ff. de dam.infec.cũ ſi.a me ſuprà adductis in prin.huius gl. [Quanquã contra hanc rationem uidetur eſſe tex. in l.ſi inter. ff. de reb.dubi. quæ utitur uerbo, redeũdi,in donatione uiri & uxoris,cum ibi dicitur, ſi inter uirum & uxorẽ donatio facta fuerit, priore defuncto,cui donatum eſt, ad eum res redit, qui donauerat. Et tex. qui loquitur in noſtro uerbo, reuertendi, in l.ſi poſtulauerit.§. pe, & ibi gloſ.in uerbo,reuerſuri.ff.de adul. ubi reuerſuros pro remanſuros ponitur, niſi dicas in illis locis utruq; impropriè poni,ut aliquãdo de uerbo reddendi ſcribitur in l.uerbum reddendi. ff. de uer.ſigni. ubi gloſ. & cæteri, & præcipuè Alciat.]

113 ¶†Illam tamen rationem ita confirma:nam quod nullum eſt iam ab initio, cuiuſmodi eſt hæc donatio, amplius annullari,retractari, reuocari,rumpi, infringi, reſcindi non põt l.iiã & ſi ſub cõditiõe. ff.de iniuſt.rup.& irri.teſt.Igĩt hęc.l.quæ reuocat,retractat, infringit donationes,nõ põt procedere in iſtis donationibus ex ſe nullis. † Ideo & in ſimili Paul.Caſ.cõ.82. in iſta don.in 2.dub.li.2.hac eadẽ rõne cõſuluit, ꝙ ſtatutũ reqrẽs cõſenſum ꝓpinquorũ in cõtractib.minorũ aut mulierũ,nõ hẽt locũ ĩ don.uiri & vxo. vtpote quæ ſit nulla & inutilis. de quo nos latius diximus in noſtris cõmẽ.cõſuetudinũ,ĩ eo §.in quo leges cõnubiales,cõſcripſim⁹ ĩ gl.3.ĩ j.q.ad fi.†Et hoc quoq; cõfirmatꝛ ꝙ ſcrip aliàs ubi fit mẽtio de re qua

piam, uidelicet cõtractu, ĩſtrumento, ſentẽtia, teſtamẽto & id genus aliis intelligitur de ualidis & utilibus. l. 4. §. condẽnatũ, & ibi doct. ff. de re iudi. & l. 2. §. j. ff. quemad. teſt. ap. cum multis ſi. & cõcor. à me adductis ĩ noſtris illis cõmẽtariis con ſuetu. ti. 2. §. j. in glo. 2. in. 2. q. & itẽ rũ tit. 29. in, §. j. in glo. 2. in. 2, decla.

114 ¶ †Superioribus quoq; rõnibus addi & hæc põt. Nã donatio inter vir. & vxo. liberè põt reuocari & tacitè & expſsè. d. c. vl. de don. & l. à marito. C. de do. inter vir. & vxo. cũ ſi. cum igitur donãs munitus ſit cõi auxilio, & mero iure atq; ordinario, cũ libitũ fuerit, nõ debet ei tribus auxiliũ huius. l. extraordinariũ, aut (ſi mauis loqui cũ Tullio, li. 5. epiſtolarum ad Atticũ) exaordinarium, †quanquam & extraordinarium etiã ſit uerbum ipſius Tullij in actione in Verrẽ. 3. non ſemel & iterũ in. 4. & 7. in & oratione ad Pontifices pro domo ſua, & in epiſtola ad Brutum, & in Philip. 3. iterumq; in 11. ſæpiſſimè; & in oratione pro P. Seſtio, & pro Roſcio Comœdo. Sequitur, inquã, nõ competere hoc remediũ extraordinariũ quidem & exhorbitans à iure com muni, vt ſupra plenè probauimus. l. in cauſæ, la 2. in prin. ff. de minor. cũ ſi. nã & uidemus remediũ inofficioſæ donationis aut teſtamenti, qđ huic eſt admodũ cõfine & cognatũ, non tñ adeò extraordinariũ nec exorbitans, nõ competere, vbi alio remedio conſulitur. l. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inof. teſta. & §. tam aũt, Inſti. eo. tit. idq; etiam ſi aliud quoq; extraordinariũ remedium competit, uidelicet reſtitutio in integrũ propter improbabilẽ donationis enormitatẽ, aut donãtis ętatẽ nõ legitimã. l. ſi filius & ibi Bal. & l. cũ donationibus. C. de inoff. dona. Adeo hæc remedia ſunt extraordinaria, vt alijs ẽt extra ordinarijs cedãt. †Nã & Bal. ex d. l. ſi filius, no. remediũ magis extraordinariũ ceſſare ob minùs extraordinariũ. Ad quod ẽt illũ tex. expendit Soz. conſ. 177. ſupraſcripto, col. 3. ver. confirmatur iſta op. li. 2. & Iaſ. qui eum text. dicit ad hoc no. in l. in prouinciali §. ſed ſi in loco, col. pe. ver. vltra Bar. ff. de no. op. nũti. quãquam id nõ admittit Zaſius in ſuis ſingularibus intellectibus iuris, quo loco ordinariorũ & extraordinariorũ naturã explicat. Sed ego priorib9 accedo. Idq; pſertim obtinet, cũ nõ pleni9 ſiue vberiùs, nõ breuius ſiue expeditiùs, nõ alias vtiliùs aut cõmodius huius l. remedio ſuccurratur, quam illo ordinario, ſi pater ipſe uoluerit, in cuius volũtate & arbitrio eſt vtrunq; remediũ. Quam ob rẽ non obtinet quod ſcribitur in l. 3. §. ex hoc edicto. ff. nau. caup. ſtab. & in c. 2. & ibi gl. [ĩ ver. confeſſione] de in integ. reſt. lib. 6. & in gl. l. vl. C. ſi aduer. rem iud. & apud Paul. Caſt. in d. l. ſi filius, loquentem in caſu illius l. [Pan. in c. ex parte, col. vl. de reſcript.]

115 ¶ †Deniq; ſi pater ſuſceptis liberis nõ expreſsè reuocet, quod liberè facere poteſt ẽt nõ ſuſceptis, cui dẽter oſtẽdit, eo ſemper animo vel à principio donationis fuiſſe, vt ſi de liberis cogitaſſet, nihilominus donauiſſet, ar. l. 3. C. de inoff. teſta. Sup quo vide quæ dicã latiùs infrà in verb. donatione largitus, quo loco diſſeremus de donatione cauſa mortis, quæ ſimiliter eſt reuocabilis. Sed hæ poſtremæ rationes tunc tantùm locum haberent, ſi liberi naſcerentur patri uiuenti, non etiã ſi mortuo, aut ignoranti vxorem ſe prægnantem relinquere.

116 ¶ †Hæc omnia eò ſpectãt, vt nõ

habeat

habeat hæc.l.locum in donationibus uiri & uxoris, quæ fuit Corn. Alex.& Fran. Ripę vbi ſuprà, ſententia,vt iam diximus.Tamē Fran. & Soz. uiri maximæ inter recētiores ſcriptores authoritatis, dum aliud agunt, poſſent pleriſq; uideri fuiſſe diuerſæ ſententię, ut ſcilicet hęc l.obtineat etiam in donatione facta uxori. Nam in l.motibus, quę eſt.2.uterq; col.pe.citāt in ar. hāc noſtrā l.ad excluſionē matris ob liberos, in caſu de quo loquuntur.Verū ne quis in hoc erret, non in id aduocāt hāc.l.ut filii pferantur vxo. ob illū parentum in filios amorē & affectū,quo l.noſtra innititur, ſed ad aliūm finem, ut ibi uidere licet, ne hic fruſtra immoremur. Sed qđ minime ambiguū eſt ipſe Frā.Rip. ſibi cōtrarius in hac ipſa l.in 48.q.apte tenet.hāc l.obtinere ī hmōdi donationi.ea rōne motus,ꝙ uxor donataria vt ē ſexus uitio ac naturā mobilis, poterit conuolare ad ſecundas nuptias,& ita filii defrandabūtur.Cui tamen rōni ſuprà rñdimus ex Corn. ſententia Sed & in hac ſentētia uidetur fuiſſe Anto. Rub.conſil.111. uiſo inſtrumento. ubi nuncupatim loquitur de donatione facta uxori, & præſupponit eam reuocari, niſi aliud obſtet,quāquam hanc rē ſpeciatim non diſputat.

117 ¶†Et pro hac op.facit ultra rōnē Ripę.qđ ſcribit Ang. legum interpres celeberrimus,conſ.144.ad primū dico,col.j.nō eſſe veriſimile ꝙ quis diligat uxorē magis quā liberos,per l.cū acutiſſimi.C.de fideic. & l.generaliter.C.de inſti.& ſubſt. ita ſentiēs eas leges ex quibus glo. hic,& oēs vbiq; aſſumunt depromūtque, rōnem & aīam huius noſtræ l.habere locū ēt in uxore ſubſtituta filio,ut uidelicet nō ſit locꝰ ſubſtitutioni uxoris, ſi filio inſtituto naſcantur liberi. In quā ſententia ante Ang.fuit gl. in l.Lucius, & ibi Bar. col.j.ff. de uulg. & pupill. ubi dicunt non pręſumendum patrem pręferre vxorem filio,ſed potius filiū uxori.& allegat etiā Bart. d.l.cum acutiſsimi,& l. cū auus. ff. de cōd. & demon.& idem quoq; uoluit etiam glo.in l.precibus, in glo. ult.in fi.& ibi item.[& Alberi. col. 3.nu.67.in fi.& Bal.etiam in fi.] C. de impu.& ali.ſubſt.& Bar.in l.2.in prin.col.ult.uerſ.quartò dixi,& ibi etiam recentiores.ff.de uulg.& pupil.Calca. conſi.28. uiſo dicto caſu, col.2.uerſ.quartò idem dicit. Alex. conſi.68. uiſo teſtamēto,col.3. uer. & pro hoc etiam,lib.2. Fran. Aret. cōſi.40.pręſupponitur in facto,col. 2.uer.in contrarium.& iterū conſi. 167.eodēq; ultimo,elegāter & ſubtiliter,col.prima, quibus locis etiā alleg.d.l.cū acutiſsimi. & ipſe Cor. cōſi.239.inci. uidetur prima facie, col.2.lib.2.ubi & citat d.l.cū acutiſſimi.& Iaſ.in l.ſi pater,ante fi.ff. de uul.& pup.ſub.& Steph. Bert. cōſi. 379.ponitur in facto,col.ult.lib.primo,& cōſi.40. cuius eſt ſimile initiū,nu.3.lib.2.Ex quo fit ꝙ nō abſimili rōne hæc l.quę ex illis legibus deducta eſt,locum etiā,ut illæ, obtineat in huiuſmodi donationibus.

118 ¶† Verū illæ leges, quæ illorum ſunt vnū aut præcipuū fundamentum,nihil oīno loquuntur de marito & uxore, & cōtra ea quæ dicūt, ἐχδιαμ'τρον pugnat id quod dicit Bar.ſibi in hoc contrarius, in l. pater Seuerinā.§.Socrꝰ.ff.de cōd. & demō.cōiuges ſe inuicę plus diligere,quā ꝓprios filios. Cui ſubſcribit tex.ī l.lex q̄ tutores, ver.lex enim non ſolū.C.de admi.tut.& qđ per illū tex. dicit Bal.ī d.l.ꝑcibus, colū.5.ver.quid ergo ſi petiit non idoneos.

Idoneos.C.de impub.&ali.ſub. Et quod apud Quintilianum iuniorem ſi is eſt, decla.6.pater quiſpiam dicit. Filium & virum habere non poteras,reddidit tibi quem magis ama bas,ſcilicet virum.Nam ſubdit:Siſte iam lachrymas, maritum reducẽ & incolumẽ accipe.Et quæ ſuprà diximus in prin.huius.q.Ideoq; & Frã. Ripa.qui vtranq; op.diuerſis in locis ſecutus eſt,vt ſuprà diximus: alicubi tamen de hoc dubitauit, videlicet in hac ipſa l.in 14.q.in fi. Adeò ſibi malè conſtat in hac re.

119 ¶†Nec omiſerim quoſdã vt audio eſſe maximi i Gallia nominis,qui de hac re cõſulti reſpõdere id eſſe ſupuacuum quærere, quoniã huiuſmodi donationes quæ morte confirmãtur,habent vim relicti ſiue donationis cauſa mortis[aut vltimæ volun tatis,]per not.per glo.& doc.in authent. ex teſtamento.C.de coll.& in l.filiæ cuius.C.fami.ercif. & in l. ulti.C.de vſuca.pro dona. & in l.2. §.filium, in ver.pro hærede, & ibi Ang.ff.de vſuca.pro hære.[& Bald. conſil.29.caſus vir donauit, col.2. ver.ſolutio iſtam queſtionem.li.j.] In quibus negant locum eſſe huic. l.†Quos ſatis refellit ea ratio,ſi nul la alia eſſet, quòd donationes factæ in vltima voluntate aut cauſa mortis inter virum & vxorẽ,iã ab initio valent, vt quæuis alia donatio facta cauſa mortis inter extraneos: vt de vltima volũtate eſt tex.in l.vl.ff. ſi quis ali.teſta.prohi.& in l.2.& ibi gl.Bar.& alij.ff.de dot.prælẽ.& in l. j.§.pen.ff.de here.inſti.& in l.vxori uſumfructũ,& l.vxori meę.ff.de vſu fruc.leg.& in l.vxori, in prin. & in §.j.ff.de leg.3.& in l.ſi ita ſcriptum in prin.ff.de liber.& poſt,& in l.vlt. C.de inſtit.& ſubſtit.[& authen.prętereà,in fi.C.vnde vir & vxor,& l.j. §.ſciendum,C.de rei vxor.actio.]& in c.ſi pater,& ibi Pet.Anc.in 4.no. de teſta.libr.6.& voluit Bald.in l.j. col.10. verſi.viſo de eſſentia. C.de ſumma trini. & Rom. conſil.39.in propoſita [quæſtione, col.j. verſi. quintò qu ia video. Sozi.conſil,75. difficultatem,col.j.libr.3.& Philip. Dec.conſi.540.quæritur in effectu,ĩ prin.& doc.vbique.]

120 ¶†De donatione autẽ cauſa mortis,eſt tex.in l.ſed interim.§.j.& in l.uxori ſuæ,& in l.[ſi eũ ſeruũ.§.vl. & l.]ſi eum qui.§.ex quibus,& in l. quod autem.§.vlt.& duę ll.ſeq.ff.de dona.inter vir.& vxo.& in l.vbi ita donatur.ff.de dona.cau.mor.[& in l.ſi mulier,in prin.ff.de leg.3.]& voluit Paul.Ca.conſi.61. notãdum eſt primò quòd licèt,poſt prin.lib.2.& iterum conſi.75.notãdum eſt quòd prefatum,in fi.eo.lib.2.& Alex.qui hoc aſſerit indubitanter procedere, conſ.152.in cauſa & lite, col.3.ver. etiã ſi rectè,li.6.& Corne.conſ.124. licèt in hac conſultatione, col.j.lib. 4.Fran. Are. conſi.74. diligenter & maturè,col.2.verſi. ſecundò quia ſi iſta,& colum.ſeq.verſi.non ob.præmiſſis,& Philip.Deci. conſil.196.in caſu propoſito,colum.j.verſi. ſed tamen his non obſtantibus. Quanquam in hoc vltimo fuerunt qui diuerſum cenſuerunt,vt plenè tetigimus in noſtris commentarijs in con ſuetudines Pictonum. tit.14.§.10. in gloſ.j.in 8.fal. Sed ij quidem errant toto cęlo, quando pro priori ſententia inter alios text. vnus ſit omni luce clarior in d.l.quod autem.§.ulti.cuius hæc verba ſunt,inter virum & vxorem mortis cauſa donationes receptę ſunt. Et ſi hoc eſſet dubium,quod minimè eſt, tamen ſatis conſtat donationem inter uirum & vxorem non ſemper habere,vim quam habet donatio cauſa mortis:nam illa per ſolam rei do-

natę

nate obligationem reuocatur.l.cum hic ſtatus.§.ſi maritus.ff.de dona.inter vir.& vxo.& l.ſi maritus tuus. C.eo.& l.Meuius.§.fundo.ff. de legat. 2. Hæc autem minimè ſecundum Io.Fab.in §.reſcripſerunt, Inſtit.de legat.

121 ¶†Non negauerim tamen hanc donationem inter virum & vxorem in quibuſdam habere vim legati aut fideicommiſſi, quod iam ſupra diximus, vt quoniam morte confirmantur, in ea ſit locus falcidiæ, ſicuti in legato.l.cum hic ſtatus, in prin.ff.de donat.inter vir.& vxor.& l.in donationibus.C.ad l. falci. Sed hoc ſanè non trahendum eſt ad omnes caſus, ut etiam ex iam dictis conſtat. † Et quia etiam videmus quòd licèt tex. in d.l.in donationibus, nuncupatim dicat, quòd hæ donationes funguntur vice fideicommiſſi, tamen non ueniunt in fideicommiſſum vniuerſale, niſi ſint in teſtamento nominatę, vel id nominatim ſit dictum.l. ſequens quæſtio, & ibi Bart. qui eum text.dicit ſing.& alij.ff.de legat.2.& voluit Bald.in l.j.in 2.lect. col.3.eo. titu.& in d.l.in donationibus, & ibi quoque Barb.in addi.illius, qui etiā dicit ſing. ad hoc d.l. ſequens quæſtio, & ibi item Corn.qui ex hoc dicit id quod ſuprà diximus, videlicet eum text.in d.l.in donationibus, nō procedere, quantum ad omnia, & idem Bald.poſt Dy.in l.filium, col. 8.verſic. ſecundò op.C.fami. herciſ. & Angel.qui etiam illum text.dicit ſing.in l.vlt.ff.de vſuca. pro hære.& ante hos Io.And.in addi.Spe. tit. de dona.§.j.col.2.

122 ¶†Nam & in alijs multis caſibus differunt huiuſmodi donationes à relicto ſiue legato aut fideicommiſſo. Nam primò, hæ donationes (quod iam diximus) reuocantur per ſolam rei donatæ obligationem, non etiam legata. l.3.C.de legat.§.ſi rem. inſti.eo.†Secūdò, in his donationibus requiritur traditio aut uera aut ficta.l. Papinianus ff. de dona. inter uir.& uxor. De qua tamen latè diximus in noſtro tract.conſtitu.in j.parte, nume.48.hinc etiam ſit, & nu.52. nec interim, non item in legato aut relicto aut alia ultima voluntate [l.à Titio.ff.de furt.& l.ſi tibi homo.§. cùm ſeruus.ff.de legat.j.& l.j.in fin. cum l.ſequenti, iuncta glo.ff.de public.in rem actio.& l.ſi mortis cauſa donatio, in verbo, vendicare, & ibi gloſ.ff.de donat.cauſa mort. cum alijs concordant.adductis ab Alexan. in l.2.ff.de legat.j.& voluit etiam] Specul.titu.de donat.§.j.colum. vlti. verſicul. donatarius. Bald. in l.ſi mortis.C.ad legem.falcid. & in l.vt hæredibus ff. de legat.3.[& in l.ſi emancipatis. C.ſi quis alteri vel ſibi.] & Angel.in l.j.colum. 3. in authenti.de hęredi.& falcid. & Franciſ.Aret.conſil.74.diligenter & maturè. colum. penul. verſicul. venio ad quartum. & ſatis declaratur ex not. per Bartol. & alios in l.2.ff.de donat.cauſ.mor.cum ſimi.Tertiò hę donationes non requirunt aditionē hęreditatis, glo.in d.l.filiæ cuius, in glo.j.in fin.C.famil. erci.& ibi doct. ex quibus Aug.negat eſſe meliorem in iure, ſed & eam dicit not.& ſing. quanquam alia eſt in l.poſt legatum §.qui mortis, in verbo, legatario, in fin.ff.de his quib.vt indig.& voluerunt etiam doc. in d. authen. ex teſtamento.C.de collat.Bar.& Bal. in l.j.per illum text.C.de don. inter vir.& vxo.& Bald.[in l.2.§.ſi quid. ff.de condi.inde.&] in l.j.in 2.lect. colum.3.ff.de leg.2.& Pet.Iac o.tit. de in inte.reſti.ut poſ.agi.reſciſ.perſo.acti.char.pen.uer. ſecundò differunt. Et eſt bonus text. in d.l. ſequēs quęſtio, ubi hoc no.Bar.& Bal. ff.de

ff.de leg.2.Legata autem neceſſariò requirunt aditionem l.eam quam, & ibi no.C. de fideicom. & l. ſi tibi homo §.cùm ſeruus ff.de lega.j.cũ ſi.†Quartò, huiuſmodi donationes requirunt inſinuationem,ſi excedũt quingẽtos aureos l.donationes,quę eſt antepen.C.de dona. inter uir.& uxo.& tenet Pet.Iaco. ubi ſuprà & Bal.d.authen.ex teſtamento, col.2. uerſi.conclude ergo quòd ſimplex. C.de colla.& Saly.in l.illud, circa medium,eo.tit. Non etiam legata, ut per Bal.in d.authen.ex teſtamento,ubi ſuprà & Pet.Iaco.tit.de condi.ex leg.quæ pro re dona. compe. col.3.ver.item nec in vltima, ſicuti nec donatio cauſa mortis l.vlt.& ibi Bart. Bal. Saly.& Ang.C.de donat. cau.mor.Quintò, ex his donationibus nõ oriũtur tres illæ donationes quæ dantur pro legato ex l.j.C.cõmu.de lega.ſecundum Bal. in d.authen.ex teſtamento,vbi ſuprà.† Sextò,in confiſcatione bonorum donatoris non ueniunt res donatæ inter uir.& uxor.ſicut res legatæ.l. ſed ſi mors,in prin.ff.de dona.inter uir.& uxo.quem ad hoc dicit vnicum in iure Bal.in l.executorẽ, colum.10. verſi. quæro, quidam timens C.de exec.rei iud.& in ſua marga. in verbo,donatio, col.2.ver. donatio quæ morte confirmatur & Pau. Caſt. in l.poſt contractum, in vlti.verbis.ff. de dona.& Iaſ.in l.ſi ſtipulatur fuerim.§.j.col.pen.in prin.ff.de verbo. obli. Eſt tamen illis ſimilis in l.res vxoris,& ibi not.Ang.C.de don. inter vir.& vxo.& in l.3.§.ſed verùm, ver.nec eo mouemur, & ibi not.ff. de mino.& voluit etiam Bar.in d.l. poſt contractum,col.3.ver & prædicta vera,& ibi recentiores, & Bal.in d.authen.ex teſtamento, vbi ſuprà. †Septimò,quia quando hæ donationes confirmantur morte, retrotrahuntur ad tempus donationis d.l. antepe.C.de dona.inter vir. & vxo. & l.ſi mortis cauſa inter.ff.de dona. cau.mor.& l.ſi is ſeruus, & ibi Bart. ff.de don.inter vir.& vxo.† Non itẽ legata d.l.antepe.& iterum l.ex verbis,& ibi Bal.in prin.C.eo.ti. Quod tamen intelligas, vt illa donatio retrotrahatur quò ad dominium, ſed non quò ad fructus, vt not.in d.l.antepe.& in l.talis ſcriptura §.vlt. per glo.& doc.ff.de leg.j.& per[Bal.in l.ſi eum ſeruum §.inter virum ff.de don.inter vir.& vxor.]Paul.Caſt.in d.l.ſi mortis cauſa.Licèt ſit ſecus in donatione cauſa mortis l.ſi mulier. quæ eſt 3.§.ſed ſi habenti,& ibi Bal. ff.de leg.3. Ex quo etiã vides aliud diſcrimen inter huiuſmodi donationes.Sed tu tamen hic vide Bar. in l. j.§.j.ff.de vſuca. pro dona.Bal. in l. ulti.col.j.ver.modò quæritur.C.eo. tit.Ang.in l.ſub cõditione, circa medium ff.de ſolu.& Fran.Are.con.17. conſideratis,col.8.verſi.uenio nunc ad ſecũdum.Octauò, hæ donationes confirmantur morte ciuili donantis d.l.res vxoris,& ibi Ang.& d.l.ſed ſi mors,in prin.ff.eo.& Ioã.And. in c. vlt.& ibi quoq; alij preſertim.Iaco. Zoch.qui hoc plenè diſputat, extr. de don.inter uir.& vxo.& Bart. Cæpol.hæc ſunt magna ex parte, in l. vlt.col.23.in paruis, uerſi.& huiuſmodi donator,cum multis ſeq. C.de uſucap. pro don. & omnes propè, quos citauimus, in 6. differentia. Aliud in legatis l.eius qui ff.de teſta. †Nonò,in huiuſmodi donationibus nec traditio quidem valet,vt ſcilicet ex ea transferatur dominium l.3.§. ſciendum,& ibi Bal.ff.de dona.inter vir.& vxor.At in legato ſecus,per l. Lucius,le j.ff.de leg.2.[& latè diximus in d.tract.conſtit.in 2.par. ampli.23.] Et idem de donatione cauſa mortis tradit Bal.in l.ſi eum §.inter

uirum

uirum ff.de don. inter uir.& uxor. Decimò, quia in iſtis donationibus ſufficiunt duo teſtes, in legatis autẽ aut ſeptẽ aut quinq; iuribus vulgatis:& hanc differentiam ponit Pet. Iaco.vbi ſuprà, de in integ.reſti.&c. Ex quibus planè cõſtat quod ſuprà diximus, nòn rectè inferi ex legato ſiue relicto ad donationem inter uirum & uxorem. Nec tamen tam certum atq; indubitatum eſt, quàm illi exiſtimant, id videlicet, non eſſe locum huic l.in donatione cauſa mortis aut in legatis, vt patebit ex his quæ dicemus in verbo, donatione largitus in 13.quæſtio.& ſeq. in quibus hæc latè tractabimus.

123 Et Hic † huius gloſæ finis eſto, dum prius aliquid de huiuſmodi libertorum appellatione dixerimus, quod ad multorũ in iure noſtro locorum interpretationem pertinet. Caius, ſi is eſt, lib.j. Inſtitutionum, c.j.tria libertorum genera fuiſſe tradit. Nam aut ciues Romani ſunt, aut Latini: aut Dediticij. Ciues Romani ſunt, qui iis tribus modis, id eſt teſtamento, aut in eccleſia, (ita enim vulgò legitur, id quod de authoris nomine inter alia multa me dubium facit. Alciatus autẽ æde ſacra legit) aut ante conſulem fuerint manumiſſi. Latini ſunt, qui per epiſtolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittuntur. Dediticij verò ſunt, qui poſt admiſſa crimina ſupplicijs dediti, & publicè pro criminibus cæſi ſunt, aut in quorum facie vel corpore quæcunque indicia aut igne vel ferro impreſſa ſunt, & ita impreſſa, vt deleri non poſſint. Hi ſi manumiſſi fuerint, Dediticij appellantur. Sed inter hæc tria genera libertatum, ideo Ciues Romani meliorem ſtatum habent, quia & teſtamenta facere, & ex teſtamento quibuſcunque perſonis ſuccedere poſſunt. Nam & Latini & Dediticij nec teſtamenta condere, nec ſibi ex teſtamento aliorum aliquid dimiſſum poſſunt vllatenus vendicare. Tamẽ Latini certis rebus priuilegia Ciuiũ Roma. libertorum cõſequi poſſunt. Dediticij verò nulla ratione poſſunt ad ciuium Roma. libertorum beneficium peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id eſt ſi iterum ab ipſis aut teſtamento, aut in eccleſia, ſiue vt legit Alcia. æde ſacra, aut ante conſulem manumittũtur: ciuium Romanorum priuilegia conſequuntur. Hęc ille. Ex quibus eſt illud Auſonij.

Triplex libertas, capitiſque minutio triplex.

Et ex iis quidem datur lumen Cornelio Tacito ſcribenti li.13.eos qui uindicta manumiſſi non eſſent, aliquo velut ſeruitutis vinculo teneri. Ex quo potes intelligere ſolos vindicta manumiſſos, Ciues Romanos fuiſſe. De qua re etiam ſcribit Alex. ab Alexandro uir & legum & literarum humanarum doctiſſimus, in lib. genialium dierum 4.c.10. De his autem tribus libertorum, generibus habes ĩ iure noſtro, C.de dedi.liber. tol.& tit.ſeq.de latina liber.tol.& in §.libertinorum; Inſtit.de liberti.& in §.vlti. Inſtit.de ſucceſſ.libert. & in authen.vt liber.de cætero.§.j. In quibus locis eas differentias Iuſtinianus ſuſtulit. Tu autem interim uide Ang. Politia. qui Miſcellaneorũ centuria.j.cap.84. quædam adducit ex Græcis inſtitutionibus huc admodum pertinentia.

124 ¶ † Nec prætermiſerim Orcinos quoſdam libertos in noſtris legi. memorari, ut ĩ l.tutela.§.planè, in duobus locis ff.de legi.tut.& in l.duo ſocij.ff. de hære. inſti.& in l.4.§. hi qui ad libertatem & iterum in l.cũ quali.§.quærendum ff.de fideicom. liber.

liber.& in l.ſi is qui,in 2.locis,eo.ti. & in l.2.in prin.ff.de ſtatulib.& in l. dominus ſeruū,in prin.duobus locis ff.de pecu.leg.[& in l.2.§.per cōtra rium ff.de dot.præle.]& in l.qui ob necem ff.qui ſine manum.ad libert. per.& in l.cum teſtamentum.C.de iuris & fact.igno.& in l.directis C. de teſta.manu.& in l.j.§.ſed & ſi ſub conditione C.de lati.liber. tol.& in §.qui autem. Inſtit.de ſingu. reb. per fideic.relict. Nec tamen ſatis apertè intelligitur qui ij ſunt. Nam glo.in d.§.hi qui ad libertatem, exponit orcini,id eſt teſtatoris.Et ſimi liter glo.in l.inteſtato.§.quòd ſi ne cem.ff.de ſu.& legi.hær.& in l.2.C. municip.& origi.lib.10.Gloſ.autem in d.l.dominus ſeruum & in d.§.pla nè, & rurſum in d.l.qui ob necem, itémque in l. cùm verò.§.ſubuentum,in verbo,directo ff.de fideicom miſ.lib.dicit eos eſſe orcinos,qui di rectò manumiſſi ſunt id quod etiam uoluit glo.in §.j in ver.aditu, & in gloſ. ſequen. Inſti. de eo cui liber. cauſ.bon.addi.vbi & illud quoque dicit quod gloſ.ſuperior.Sed & glo. in d.l.cùm teſtamentum, dicit orcinum ſic dictum ab orco,id eſt manu miſſum ab eo qui tendit ad orcum, ſiue ad mortem vel ab orthos quod eſt rectum,quia directè eſt manumiſ ſus.Quod & idem dicit glo.in d.l.di rectis C.de teſta. manu. vbi ſubdit hinc orthodoxum dici. &, etiam gloſ.in d.§.qui autem, vbi præterea dicit quòd poteſt dici ab orce, id eſt capio,quia multa capiunt manumiſ ſi in teſtamento.Alex.ab Alexandro in opere nuper citato li.3.c.25.ſcribit quoſdam arbitrari orcinos libertos eſſe, quos teſtator poſt obitum liberos eſſe iuſſit, ita vt hæres patronatus ius haberet,non ipſe teſtator: nec aliud dicit quod eſt contra primam illam gloſ.& text. in d.§. qui autem, quem poſt eā ſubiiciemus.Alcia.lib.Prætermiſ. primo tra dit orcinum libertum dici, qui directam libertatem accipit,& quoſdam ita dici idcirco tradidiſſe, quòd ab his manumittatur,qui ad orcum tē dunt.Sibi autem placere vt orthinū legamus,qu oniam ὀρθὸς directum ſignificat hinc orthodoxi,qui rectæ ſunt opinionis in diuinis. Tametſi in Græcis ſcholijs iuris ciuilis etiā ὀρχίνος ἀπελεύθερος legatur, id eſt orcinus libertus, nō orthinus. Cælius Rhodiginus lib.antiquarū le ctionum 6.c.18.[prioris editionis & lib. 10.c.quoque 18.poſterioris.] Orcinos,inquit,libertos Iureconſul ti ipſius teſtatoris interpretantur, qui iam ſit in Orci familiam aſcriptus,& in peculio Proſerpinæ connumeratus,[quod iiſdem prope verbis ante eum ſcripſerat Beroal.in commentarijs Apuleianis lib.3.& nouiſſime quoq; voluit vir eruditiſſimus Gyraldus de Dijs Gentium, libr.6. vbi de Plutone diſſerit, qui Orcus quoque dictus eſt.] Noſtri legum in terpretes paſſim videntur intellige re orcinos dictos qui directam liber tatem nanciſcuntur: vt præter gloſ. vbi ſuprà,voluit Bene.de Plumbi.in l.ſi is cui ff.de fideicom.liber.&in d. l.2.ff.de ſtatu libe.dum trahit tex.il los loquentes in orcino ad libertatem directam.Et Alber.in ſuo lexico,in ver.orcinus, dum allegat illas gloſ.[Ioan.Fab.in d.l.directis.C.de teſta.manumiſ.] Pau.Caſ.in d.l.cū teſtamētū C.de iur.& fact. ignor. & ante hos Azo i ſūma ti.de teſt.manu miſ.poſt prin.Cui⁹hæc propemodū verba ſunt Directò quis videt relin quere libertatē,cū nō ab alio ſeruū manumitti rogat,ſed velut ex ſuo te ſtamēto ei libertatē vult cōpetere. Et dicit talis ſeruus Orcin⁹,quia ma numiſſus ē ab eo qui tēdit ad orcū, vel

vel ab orthos,qđ eſt rectū, quod eſt melius.Hæc ille,q̃ apertè videt probare tex.in d.§.hi qui ad libertatē, cū dicit vt qui directā libertatē acceperūt,orcini ſint liberti.Et ī d.§.qui aūt, vbi ita ſcribit,qui ex fideicōmiſſi cā manumittit,nō teſtatoris fit libertus,ēt ſi teſtatoris ſit ſeruus, ſed eius qui manumittit. At is qui directò teſtamēto liber eſſe iubet,ipſius teſtatoris libertus fit,qui ēt Orcin⁹ appellat.Et in d.§.quærēdū,ſic quoque ſcribit,Erit igit libertus Orcinus,nō ejus qui fideicōmiſſariā libertatē debebat. Quinetiā ſcribit in l. hi quibus C.de fideicom.liber. ꝙ hi quibus per fideicommiſſum libertas ſupremis iudicijs relinquitur,eorum liberti efficiuntur,à quibus manumittuntur. Cæterùm in d.l. cùm teſtamētum C.de iuris & fact. igno. fit diſcrimen inter libertum orcinum, & proprium ipſius hæredis, vbi & hoc annotat Pau.Caſt.Et hęc quoque ſatis declarat d.l.directis. Ex quibus conſtat Orcinum dici libertum teſtatoris,quoniam ei ex ipſius teſtatoris ſola diſpoſitione ipſo iure libertas competat, non expectato aliquo facto, aut etiam voluntate hæredis: licèt ſecus ſit in fideicommiſſaria, ut etiam probatur in d.§.ſubuentum, atque etiam in l.ſi ſeruus, & l.ſi ancillam C.de fideicom.libert.& in §. directo, Inſt. de ſing.reb.per fidei.relict.vbi ita ſcribitur. Directò libertas tūc dari videtur,cū nō ab alio ſeruū manumitti, ſed velut ex ſuo teſtamēto libertatē ei competere vult. [Cæterùm paucis ante diebus in lucē editus libellus,cuius titulus hic ē,Tituli ex corpore Vlpiani,in quo & tit. eiuſdem 2.hæc ſcripta ſunt. Is qui directò liber eſſe iuſſus eſt, Orcinus fit liberto: is aūt qui cui per fideicōmiſſum data eſt libertas, non teſtatoris ſed manumiſſoris fit libertus.] Ex quibus planū fit non eſſe verā illā ſententiam quam Alex.ab Alexand.retulit.Sed ex iis omnibus propè iuribus de Orcino loquentibus vides Orcinum fieri ex teſtamento, vt nō abs re dici poſſit vel Orcinus ab Orco,vel Orthinus à directo.Porrò Petrus Crinitus in quadam epiſtola ad Alex.Sartium,cuius initium eſt, nimis tu mihi, ſcribit inter capita ſecundæ Centuriæ Angeli Politiani, quam in lucem morte præuentus, non edidit,vnum fuiſſe de ſeruis Orcinis,nec aliud addit.

SVMMARIVM

1 *Lex noſtra loquens in uiro donante, utrum locum habeat in muliere.*
Maſculinum,an fœmininū cōcipiat. L.generaliter.§.cum autem.C.de inoffi.& ſub.loquens in patre an procedat in matre.
Patroni appellatione, patrona continetur, & qui alij ueniant uide nu.2.
2 *Patronus & aduocatus quid inter ſe differant.*
Clientes qui dicantur.

PATRONVS.

1 HAEC l.igitur†loquitur in maſculino genere,cum dicit,patronus.Ex quo videri poſſet non habere locum in fœmina donante, cùm ſit exorbitans,vt ſatis ſuprà poſt prin.glo.præcedentis diximus & probauimus. †Ideoq; in ea maſculinum non concipit fœmininum, iuxta doctrinam gloſ.in l.ſi ita ſcriptum ſit.ff.de leg. 2.Bart.& aliorum in l.j.ff.de verbo. ſig.cum multis concord.à me congeſtis in tract.primo genituræ in x. q.[& latius in tract.retractuum,ti.j. §.j.glo.9.in uerbo ,*on lignagier*, nu. 186.ad hæc iſtud, & alijs multis ibi deſignatis.]Tu dic tamen cōtrariū, quia licèt, hæc l. ſit exorbitans, eſt tamen

tamen fauorabilis,& non odioſa, vt etiam in præcedenti gloſ.diximus, ver.61.incip.igitur vt repetamus. Ideoq; in ea maſculinum comprehédit fœmininum,quando etiam in odioſis, modò non ſint contra rationem,id procedat,vt per Bar. vbi ſuprà,cum multis ac prope infinitis ſi. quæ in d. locis aggregauimus. † Et quia etiam videmus, quòd alia lex i. caſu non longè ab hoc diſtāti, & ex qua & ſimilibus hæc l.deriuatur, vt iam ſuprà ſæpius diximus, videlicet l.generaliter §.cùm autem C.de inſti.&ſub.quæ de patre tātùm loquitur, ad matrem quoq; trahitur, per glo.Odof. Cy. Ang. Fulgo. Corne. Guid Pap.Iaſ.Philip.Dec.& omnes præter Chriſto.Caſtel.in ea ipſa l.& Bar.Imo.& Raph.Co.in l.cùm auus ff.de cond.& demon.Saly. in l.cùm acutiſſimi,& ibi etiam Barb.in repe. col.40.verſi.ſextò iſtud ſummarium C.de fideicom.Pet.Iaco.in ſua practica ti.de materia decre.ſi pater, de teſtamen. lib.6.char.vlti.verſi.nunc extra materiam. Corne.conſil.197. non alienam,col.pen.verſi. & quòd ab identitate, li,3.[Fran.Are. in l.2. in fi.C.de inoffic.teſt.Guid. Pap.cõ. 51.factū tale eſt,col.2.ver.& licèt.] Sozin.in repe.d.l.cùm auus col.29. ver.ex quibus infero vnam nouam ff.de cond.& demon.& Philip.Dec. conſi.391.in caſu propoſito,col.2.& conſi. 416.in teſtamento illuſtris, col.j.ideo paſſim videmus doct.in ca ſu l.noſtræ conſuleutes ſæpiſſime ponere caſum in donatione facta à muliere,nec aliquid de ea re diſputant, tanquam id illis nullo modo ſit dubium.†Habemus autem tex.expreſſum, appellatione patroni & patronam contineri,in l.patroni.ff.de ver bo.ſignificatio.

2 ¶†Non prætermiſerim tamen patroni appellationem non tantum eū ſignificare,qui ſeruum manumiſerit qui poſtea libertus eius dicitur. In qua ſignificatione hic ponitur, quæ admodum in noſtro iure vulgaris, eſt & unde eſt titulus de iure patronat.& de quo Plautus in Aſinaria,

Magis de eorum eſt

Libertū potius quàm patronum onus in uia portare.

Text.autem in l.vlt.ver.ſi verò quidam C.de teſta.manu.apertè oſtendit hoc intereſſe inter appellationē domini & patroni, quod inter ſeruū & libertum,dum dicit, & quem patronum fallere noluerint,dominum ſuum & forſitan acerbum ſentiant. †Sed & in noſtris legibus patronus aduocatus dicitur l.velamento, & l. quiſquis, in princ.C.de poſtulan.& l.j.C.de aduoc.diuer.iudi.& l.ſancimus,eo.tit.vbi aduocatus fiſci dicitur patronus fiſci,& alibi ſæpe.Quãquam Aſconius Pædianus in diuinationem Tullij,hoc dicit intereſſe inter patronum & aduocatum, quòd qui alterum defendit in iudicio, aut patronus dicitur,ſi orator eſt:aut ad uocatus,ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commendat amico.Et quòd ſit quoddam diſcrimen inter patronum & aduocatum, apertè oſtendit c.in quibuſdam,extrà de pœnis[& c.ſingulis,col.ſi,extrà de ſtatu monach.& illud Tulij in 2.in Verrem actione. Nunc quòd eiuſmodi iudicia ſint,tantum vnumquemque conferre quantùm ſibi patronis, aduocatis,prætoribus, iudicibus futurum ſit,&c.]Erant apud veteres Romanos patroni,in quorum fidem tutelamq; ac clientelam ſeſe conferebant prouinciales ſocijq; populi Romani,& ciues quoque ipſi, qui ob id clientes dicebantur. De qua re longè lateq; diximus in noſtris cõmen. conſuetu.tit.4.§.j.in gl.j.vbi & nos ipſi apertè oſtendimus, hinc feudorum,

rum, quæ vocamus, iura orta eſſe. Ex quo & vaſſalli, quos appellant, alicubi clientes dicuntur in ipſis feudorũ conſtitutionibus: vt in c.j. in prin.& iterũ in §.inde poteſt,tit. de ali.feud.& in c.j.tit.de cõten.inter domi.& fid.de inueſt.feud.Vnde etiam in noſtris legibus clientes dicuntur reſpectu aduocatorum,in l. properandũ,ad fin.C.de iudic.quoniã ex Plutarchi authoritate in Romulo,patroni illi ſuis clientibus litigantibus in obtinendo iure ſuo & cauſæ authores & patronos ſeſe præbebant.Tu autem omnino vide quæ ſcripſimus vbi ſuprà ſignauimus,ne hic iterũ repetamus.Dicũtur & patroni à Canoni, qui beneficia (quæ qui puriùs loquũtur,ſacerdotia appellant)vel fundãt,vt noſtri loquũtur,vel augent,de quibus eſt titulus in decret.de iure patro.Sed & denique dicebantur patroni reſpectu colonorum,vt patet ex l.Valent.& Valẽtis imper.in Codice Theodoſiano, ſub titu.Ne colonus inſcio dño.&c. Cuius hæc verba ſunt.Non dubium eſt,colonis arua quæ ſubigũt,vſque adeo alienandi ius non eſſe,vt ſi qua propria habeãt incõſultis atq; ignorantibus patronis in alteros transferre non liceat.

SVMMARIVM.

1 *DISPOSITIO legis noſtræ, vtrũ locũ habeat,cũ donãs habet filios tempore donationis,ut ſcilicet nati poſt filij reuocent & nu.2.et 3.cum ſeq. uſq; ad nu.11.incluſiue.*

Argumentum à contrario ſenſu, eſt in iure fortiſſimum.

Caſus à lege omiſſus habetur ꝓ omiſſo,& reuocandus eſt ad ius cõe.

Filij nati arctiore charitate amantur à parẽtibus,quàm naſcituri, et n.3.

Experientia optima rerum magiſtra.

2 *Amor parentum cum filiorum ætate creſcit.*

Hebræorum lege infantes,cur octauo die circuncidebantur.

4 *Legata an conſeruentur per auth. ex cauſa.C.de lib.præte. rupto teſtamẽto natiuitate poſthumi ignoranter præteriti.*

5 *L.Cum auus.ff.de cond.& demon. et ſimiles, non habent locum in filijs natis tempore teſtamenti.*

12 *Nepotis natiuitas,utrum ut filij, legi noſtræ locum faciat.et nu.13.et.14.*

Liberorum appellatione ueniunt nepotes.Item & filiorum cum in illorũ fauore aliquid ſtatuitur.

Statutum prohibens donare habentẽ filios,habet locum etiam in habente nepotes.

15 *Lex noſtra an habeat locum, ſi quis cùm donat habet liberos, ſed eos habere ignorat,uel eos mortuos eſſe putat.& nu.16.*

Paria ſunt non habere filios, aut ignorare ſe habere.

16 *Filius natus tempore donationis, quẽ pater ignorabat,an reuocet donationẽ ex hac lege,& nu.17.18.et. 19.*

Auct.ex cauſa.C.de lib. præt. utrum habeat locũ in præteritis filijs iam natis,à patre tamen ignoratis.

18 *L.cum accutiſſimi.C.de fideicom. & & ſimiles,an procedãt in filijs iam natis. & nu.19.*

FILIOS NON HABENS.

1 IGITVR † ſi cũ donat,filios habet,non reuocatur donatio ex aliorũ natiuitate,arg.huius l.à cõtrario ſenſu, quod in iure fortiſſimum eſt, l.j.§.huius rei.ff.de off.eius cui mãda.eſt iuriſd.& quia etiã ſi filios habet q donat,ſumus extra terminos huius.l.exorbitantis quidem in ſuo caſu à iure cõmuni, vt ſuprà ſæpius dictum eſt:propterea & hic caſus ab

ea omiſſus habetur pro omiſſo,& reuocandus eſt ad ius cõmune.l.ſi verò.§.de uiro.ff.ſol.matri. cum ſimi. quod quidem ius cõmune aliàs ſtatuit donationes fore ꝑpetuas,& irreuocabiles,vt latè diximus in gloſ. in verbo,libertis,verſ.19.incip.tum ſecundo. Et ad idem facit text.in c. vlt.17.q.4.ubi ſunt ſimilia verba.Et eſt optima vtriuſque ratio differentiæ. Nam & cum quis habens filios nihilominus donat,quemadmodum voluit præferre extraneum filijs iã natis,quos nõ ignorabat,ita & veriſimile eſt quòd etiam prætuliſſet naſcituris,ſi de eis cogitaſſet, quia maior ſolet eſſe affectio erga filios, qui iam ſunt in rerũ natura, quàm in naſcituros,†vt nos docet experiẽtia optima rerum magiſtra. l.legatis.§.ornatricibus.ff.de leg.3.& l.2. C,ut in poſ.leg.& c.quã ſit.in prin. de elect.lib.6.& aſſerit Barba.in repeti.l.cùm acutiſſimi,col.2. & iterũ col.25.C.de fideicom.& conſil. 60. illud afferam in medium,col.3. lib. 2.& inter conſi.Alex.conſi. 52. circa hanc dubitationem.col.2. lib. 4. & Maria.conſil.23.circa prædictam conſultationem,colũ. 3. vterq; per not.per Bar.in l.Lucius. ff.de hęre. inſti.Et de hoc eſt bonus tex. quem neuter allegat,in l. qui filiabus, in princ.iuncta gl.& ratione ibi reddita per Dyn.& approbata per Bald. Imo.Raph.& Pau.caſt.& Ale .ff.de leg.j.& in l. qui quartam.§.j.ff.eo. titu.Et hoc quoq; affirmat Bar.in l. ſi cum dotem.in prin.col.vlt.ff. ſol. mat.& conſ.227.mater dedit dotem circa med.per d.l.qui filiabus,& in l.Publius.§.vlt.ff.de condi.& dem. & Bal.in l.ſi quis filiabus.ff.de teſt. tut.& in l.Titius,in fin. prin. & ibi quoq; Ang.ff.de lib.& poſt.& idem Bal.conſi.156.clauſula codicillaris col.j.lib.2.& Imo.conſi.113.in cauſa quę vertitur, col.j.in fin. Roma. [conſil.231.præmiſſorum,&]conſi. 408.in propoſita quæſt.col.j.verſi. quintò ad idem.Alex.conſi.29.pręclarè ſubtiliter,col.3.verſi.non obſtat etiam prædictis, libr.3.& conſi. 103. circa primam dubitationem, colum.3. verſicu. ſecundò reſpondeo, libr.3. & Corn. conſilio. 239. videtur prima facie.colum.3.lib. 2. Stepha.Bert.conſil. 328. quia tempore,nu.3.lib.3.& Fran.Curt.ſeni. conſi.45.ſtatuto ſeu conſuetudine, col.5.verſi.octauò.[& Iaſ.conſ.140. col.8.verſi.tertiò facit,lib.2.& cõſi. ſeq.in iſta difficillima, col.6.verſic. quartò facit, & conſil.154.teſtator habens,colum.4.verſic. tertiò quia teſtator.lib.4.] & Anto.Rube .conſilio.31.præſpponitur in facto,colum. prima.

2 ¶†Quod & hinc liquidò apparet,ꝙ non eſt tantus parentum amor,non tanta affectio in liberos recèns natos, quàm in paulò ætate maiores: nec in hos, quàm in prouectiores: creſcit enim cum ætate liberorum, & amor parẽtum,ut quò ſunt annis maiores,eò impenſiùs diligantur,vt ſcribit ille Rabi Moyſes Aegyptius, vir in rebus naturalibus & ſacris Bibliorum libris peritiſſimus,in libro qui dux dubitantiũ inſcribitur,tertio capitu.quinquageſimo,vbi hanc inter cæteras rõnem reddit,cur antiqua lege Hebræorum præceptum, eſt,infantes ſtatim, id eſt octauo die circuncidit,vt patet Geneſ.17.& Leuiti.12.quoniam ſcilicet amor parẽtum adhuc leuis eſt & debilis. Quòd ſi infans ad multũ tẽpus creſceret, parentes non tam facilè eos circuncidi ac mutilari promitterent, creſcente ſcilicet eorum amore cum ętate liberorum. Ex quo conſentaneum eſt,& in eos qui nondum nati ſunt,non adeò parentes affici,

3 ¶†Et

3 ¶ † Et ita videlicet.l.noſtram,ut tã dem ad eam redeamus, non habere locum cum quis donat iam habens liberos,tenet Iaco.Butr.vir non in fine apud noſtros authoritatis in l. j.C.de inoffic.dona.quem ſequi uidetur,dum illũ ſimpliciter allegat, Phili.Corne.cõſ.11. cuius hoc prin cipiũ eſt,in preſenti, conſultatione, col.3.verſi.ideo uidetur uelle,lib.3. Et idẽ quoq; uoluiſſe videtur Pau. Caſt.conſi.435.incipi.ſuper hoc pũ cto plura uidentur,col.2. ver.tertiò facit,lib.2. & ante illũ Io. Fab. quẽ vnum,ſi opus ſit, multis non uerebor opponere, in hac ipſa.l.vbi & hoc dicit expreſſum videri in d. c. ulti.17.q.4.& nouiſſimè Philip.Deci.in l.poſthumo,in addi.col.eiuſdẽ addi.2.C. de bono.poſſeſ. contr.tabu.ubi & hoc dicit ſe conſuluiſſe.& Steph.Bert.conſi.227.in re ſua,col. 3.verſi.etiam donationi,lib.2. dum dicit quod licet teſtamentum ſit nullum propter præteritionem filij iam nati,non tamen idem reperitur de donatione, imò potius contrarium, in authen. vnde ſi parens.C. de inoffi. teſta. & d.l.j. & l.2. & l.ſi totas,& l.ſi liqueat.C.de inofficioſ. donat.Quibus patet hoc caſu donationem,ſi immenſa ſit, reſcindi vſq; ad legitimam.

4 ¶ † Et ſimile quippiam uoluit Bal. in dicta. l. Titius, in fin.prin. & ibi quoque Ang.& Fran. Aret.col.3.ff. de libe.& poſth.ubi tractãtes,an per authen.ex cauſa.C.de liber.præter. conſeruantur legata rupto teſtamento natiuitate poſtumi ignoran ter præteriti:Aut teſtator,inquiunt. nullum habebat filium, nec habere ſperabat,& non conſeruantur, quia non eſt uerisimile quòd teſtator uo luerit præferre legatarios filijs.l. cum acutiſſimi.C.de fideicom.Aut teſtator habebat filios, & nihilominus legauit, tunc ſic et poſtea naſcantur alij filij, conſeruantur tamen legata: quia ex quo teſtator grauauit iam natos, idem uidetur ſenſiſſe de naſcituris,ad quos minor ſolet eſſe affectio:& ſi de his teſtator fuiſſet interrogatus, aut cogitaſſet, idem certè veriſimiliter depoſuiſſet.l.tale pactum.§. vlt.ff. de pactis. Et hoc quoque uoluit ipſe Bald. in l.filio præterito,colum. 2. ff. de iniuſt. teſtamen. & ſequitur Alexan. in d.authen.ex cauſa.& conſil. 142. circa primam dubitationem, col.4. uerſicu.pro quo adde, lib.2.& conſ. 50.circa primam dubitationem,colum.3. verſicu. ſecundo reſpondeo, lib.6.& Corne.conſi.158. pro deciſione,col.10.verſi. ſecundò limitatur,lib.2. & conſil.244. videtur pri ma facie dicendum, colum.6. verſi. præterea quando quis legat, eo.lib. 2.[& conſi.54.duo in puncto,col.2. uerſi.tamen paſſus,lib.3.] & conſi. 133.in hac conſultatione,colum.3. lib.3.& Stepha.Bert.conſi. 225. ponitur in facto,col.2.uerſi. & ſuppoſito,lib.2.

5 [¶ † Similiterque. l. cum auus.ff. de conditione, & demo. & ſimiles, ex quarum uiſceribus hæc lex deprompta eſt, ut ſæpe diximus, non habet locum in filijs natis tempore teſtamenti,ut uoluit Ro.conſi.370. in propoſita conſultatione,ad fi.per l.ſicut certi,& l.ſi cum in utero. C. de teſta.mili.& idem tenuit & latè probauit Barb.in d.l. cum acutiſſimi,col.2. & 15.ſeq. C. de fideicom. Idem quoq; tradit Sozin. latè in repet.d.l. cùm auus, col.35.uerſi.extra Bar.& multis ſeq.per.5. col. ubi ita dicit conſuluiſſe,uti fecit etiã latè cõſi.191.licèt difficultates, lib.2. & Caro. Ruin. conſil. 77. in facto, col.15. num. 14.lib.2. ubi ita dicit tenuiſſe modernos Peruſinos& Se-

 nenſes

nenſes in l.generaliter.§.cùm autē. C.de inſti.& ſubſt.Sed aduerte quātum ad hanc rationem, multi tenuere contrarium,& inter cæteros Rapha.Co.in d.l.cùm auus,& latè Io. Bap. Caccia.in l.generaliter.§.cùm autem.C.de inſti.& ſubſt. vbi dicit etiam in hanc partem conſuluiſſe ipſum Raph.Co.Maria.Sozin. & Thomam neſcio quem, & ita certè conſuluit ipſe Maria.conſ. 23.circa prædicta,& Corn.etiam latè conſi.197. non alienam,lib.3.]

6 ¶VERVM † contrarium in caſu l. noſtræ,apertè voluit Bal.hic in 2. lectu.cuius hæc verba ſunt. Quid ſi pater vnicam filiam viuentem haberet,& donauit extraneo ſubſtātiā aut partem eius, deinde poſtea filij ſibi naſcuntur: an talis donatio reuocatur? Iſta quæſtio fuit pridie de facto.Et videtur,quòd nō, quia hic litera loquitur quando donatio fit per patrem cùm filios nullos habebat: hic autem habebat filium vnū. Tu dic quòd ob identitatis rationē habet locum diſpoſitio huius legis eo caſu,quo eſt veriſimile patrē nō donaſſe,ſi ſciuiſſet filios ſibi naſcituros.Fortè enim non cogitauit de filia,quia ſatis ei remanſit pro ea dotanda:ſed filij maſculi ſuperuenientes egeſtate laborarent: tertius autem paterna ſubſtantia gauderet. Hæc ibi Bal. qui & ipſe in d.l.j. col. 4.ver.ſed quid ſi tempore donationis.C.de inoff.dona. tenet, quòd ſi donans qui iam tempore donationis habebat filios, poſtea & alios quoq; ſuſcipiat,hi qui nati ſunt poſt donationem,eam reuocant pro virili ſua quiſque portione, per id qđ in ſimili dicitur in l.pe.ff.de iur. codici.& idem voluit Ang. ipſius frater hic & Rapha.Cu.in l.Titia Seio. §.Imperator.ff.de leg. ij. & Cardi. Flor. conſi.20.cùm in teſtamentis, iuncto caſu illius conſi. & Barba. in c.vlt.col.vl.extra de don.& Sozi.in repe.rub.ff.de lib.& poſt.col. ult. & conſi.215.hoc exordio, uiſa prædicta facti contingentia,col.2.uerſ.ſolum ergo reſtat,lib. 2.quod & iterū repetitur in conſi.22.lib.4. [& Carol.Ruin.conſi.98.uiſa renuntiatione,col.9.nu.21.lib.6.& d. conſi. 62. col.6.nu.15.lib.2.] & ante hos, licèt non allegent,Old.conſ.173.quidam habens vnicum filium, tenuit ſimpliciter reuocari donationem factam ab habente filium,per natiuitatem aliorum.

7 ¶†Et facit quod in ſimili voluit ipſe Bal.conſ.127.cuius caput eſt, quidam Ser.Petrus,lib.5. ꝙ ſi pater nō cogitans de poſthumis, filium quē habebat inſtituit,& poſthumū præterijt,ualent legata pro parte inſtituti,ſed pro parte poſthumi nō ualent,nec conſeruantur ex d.aut. ex cauſa.C.de lib.præt.Quinimo idem Bal.in d.l.filio præterito,col.2.ff.de iniuſt.teſt.idem videtur generaliter dixiſſe in caſu d.auth.ex cā, dicit.n. quòd ſi pater habens filios legata relinquit,non cogitans de alijs futuris liberis,debentur legata pro portione iam natorum, ſed non debentur,nec conſeruantur ex d. auth. ꝓ portione eorū,qui poſtea nati ſunt per d.l.pen.ff.de iure codicil. & hoc quoq; ſequitur Rom.conſi.181.pro deciſione propoſiti,in 3.dub. & bene facit tex,quem ipſi non allegant, in l.q. graui,& duab.ſeq.ff.de iur.co.

8 ¶†Pau.autem Caſ.in d.l.j.col.3.C. de inoffi.don.uolens has contrarias opi.concordes efficere,ut ſæpe aliàs ita dicit, quòd ſi iam nati tempore donationis erant odio patri donanti,uec is putabat ſe poſthac alios habiturum,uera eſt poſtrema Bald.in d.l.j.op. cum ſit eadem per omnia ratio,quæ eſſet ſi nullum habuiſſet: ſit in

quoniam veriſimile eſt, quòd ſi cogitaſſet ſe habiturum alios gratos liberos,non donauiſſet.d.l.pactum.§. vlt.& ibi gl.Sed ſi nõ habebat odio iam natos, & tamen donauit, ſicut eos re donata priuare noluit, ita & naſcituros voluiſſe veriſimiliter credendum eſt: & ita,inquit, procedet op.Iac.Butr.Quæ Paul.Caſt.diſtinctio videtur placuiſſe Anto. Rube. conſi.99.viſo caſu, col.j.Eaq; ex eo cõfirmatur,quod ſcribit Card.Flor. conſi.20.hoc initio, Iacobus teſtator,paria eſſe ĩ caſu noſtro.l.de qua ibi loquitur,non habere filium, aut habere odioſum.

9 ¶†Denique Corne.conſi.15.ex quo dictus Franciſcus, col.4.verſic.nec obſtat quòd tempore primæ donationis,iũctis his ijs quæ prius dixerat,col.j.lib.j.aliter videtur diſtinguere. Nam aut donans nihil reſeruauit filijs iam natis,& tunc qui poſtea naſcentur,reuocabunt ex hac l. nam cùm filijs natis reſeruauerit,veriſimile eſt quòd etiam reſeruaſſet naſcituris, ſi de illis cogitaſſet. Incertum autem eſt quid illis reſeruaſſet: ideo propter incertitudinem totum reuocatur,arg.(licèt nihil alleget.)l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel.& l.2.ff.de libe.& poſt.& l.in tẽpus.§.quoties.ff.de hære.inſtit.cum ſimi.Poſtea verò idem Corne.in eadem col.4.verſ.& licet.d.l.ſi vnquã, videtur in diſtinctè arbitrari nihil prodeſſe filios natos tempore donationis,quin nati poſtea reuocẽt,cùm ſit eadem ratio: idque potiſſimum, ſi ex natiuitate poſteriorum deterior eſſet natorum tempore donationis conditio,niſi reuocaretur donatio,vt in caſu,in quo illud conſi. edidit. Nam donator omnium bonorũ reſeruauerat legitimã filio nato, quæ quidẽ erat tertia omnium bonorum:nato aũt altero filio poſt donationem minuitur legitima prioris. nam ea erit tantùm tertia dimidiæ. Et hinc quoque melior efficietur conditio donatoris deteriore facta conditione prioris: quod eſt abſurdum,& contra mentem, & affectionem donantis,qui putabat illi reſeruaſſe tertiam partem.

10 ¶†Vides lector ex ſupradictis rem hãc eſſe admodum ancipitem atque dubiam.Facilè tamen eſt harum ſententiarum diſcordiam huiuſmodi diſtinctione componere. Nam aut iam nati tẽpore donationis erant odioſi patri,aut non odioſi. Si odioſi,certè ij qui naſcũtur poſtea,de quibus pater donando non cogitauit,reuocabunt. Si autem erant non odioſi, & tunc aut pater aliquid eis reſeruauit,aut nihil. Si primùm, poſtea nati,quibus nihil fuit reſeruatum, reuocabunt,aut pro virili eorum portione tantùm,ſi ex natiuitate poſteriorum non ſit effecta deterior cõditio priorum in re illis reſeruata:aut in totum,ſi deterior factam eſt. At ſi naſcituris fuit & aliquid reſeruatũ, nihil reuocabunt: cum de illis hinc appareat fuiſſe cogitatum. Aut denique nihil fuit reſeruatum liberis natis tempore donationis: & tunc poſtea nati non reuocabunt.nã qua ratione priuauit iam natos ſibi gratos, eadem veriſimile eſt voluiſſe priuare naſcituros, etiam ſi de illis cogitaſſet.

11 ¶†Sed & vltimum membrum intelligas velim ſecundum præcedentia.quod vt faciliùs apprehẽdas,pone quòd quiſpiam habens in bonis trecenta,ex illis centum donaũt iã habens vnicum filium,nec cogitans de alijs futuris liberis, & ita putans reliqua ducenta ſatis eſſe vnico illi filio,vt honeſtè poſſit viuere:poſtea aũt illi nihil tale ſperanti nati ſunt multi alij filij,verbi gratia treſcer-

tè detractis illis centum donatis, ſuperſint vnicuiq; liberorum tam nato ante donationem,quàm tribus illis poſtea natis,quinquaginta tantũ ex quibus non poterunt honeſtè uitam tranſigere,conſiderata eorũ cõditione: profectò ſi id pater cogitaſſet,aut præuidiſſet,non ea centũ ueriſimiliter donaſſet. Ideo putarem eã donationem reuocari ex rõne nõſtrę.l.Proinde hoc totum reijcio in arbitriũ boni uiri,æſtimaturi, quid, quantúmve pater habens filios vnũ aut plures, donaturus aut non donaturus fuiſſet,ſi de tot filijs naſcituris cogitaſſet, iuxta ea quæ plenius dicã infra,in uerbo, omnia, uel partem aliquam,nu.28.in huius aũt rei.Nec tñ omiſerim Anto. Rub.ſuper hoc dubio rñdiſſe.d.conſi.99. ui ſo caſu,[atq; ẽt D.Boer. hanc rẽ tractaſſe,deci.159.donatio iuris, ĩ quo me ex hac.l.ſæpius citat,]ſed ita obſcurè vtrumq;, ut non intelligam, quid intelligant.

12 HIS AUTEM † non intẽpeſtiuè illud ſubijciemus. Quid.n.ſi tpe donationis habeo filium,ex quo poſtea nepos naſcitur? nunquid & huius natiuitate reuocabitur donatio ſicuti & natiuitate alterius filij? Nã appellatione liberorum, de quibus. l.noſtra loquitur, ueniunt & nepotes.l.liberorum,in prin.ff.de verb.ſignifi. Imò & filiorũ quoq; appellatione,cùm in fauorem illorum aliquid ſtatuitur,ut ibi not.Bart. licèt aliàs ſit dubium: de quo multa diximus in noſtro tractatu primogenituræ[in 40.q.in 15.ratione pro nepote contra patruum.†Ideoq; Pau. Caſ.con.448.tria ſunt quæ uidentur col.j.lib.2.conſuluit ꝙ ſtatutum ꝓhibens donare cùm quis habet filios, habet locum & in habente nepotes.quæ res huic noſtro caſui mul tũ congruit.quia & hic fauore liberorum reuocatur donatio,quemadmodum illic prohibetur.

13 ¶†Ego tñ in ea ſum ſñia, ut in hoc caſu nepotes non reuocent:quia ſi filius donantis illorum pater non reuocat, multò minus & nepos ex eo natus,arg.l.j.§.ſi dñs, & ibi not.ff.ſi quis aliq.teſt.prohib.& l.ſi uina. C. de bo.mater. cũ aliis multis & text. & doct. concordan. à me latè collectis in d.tract.primoge. q. 12.& ſeq. Et cum nepotes habeant patrem in medio, ij non ſunt hæredes, & propterea non poſſunt ex huiuſmodi.l. reuocare rem donatam,quam; habituri non ſunt, per ea quæ latè dicemus infrà in ver.ſuſceperit,liberos, nume.105.incip.item ſi huiuſmodi.

14 ¶†Fateor tamen quòd ſi poſt mortem filij quis donat, ignorans vxorem illius,nurum.ſ.ſuam, eſſe prægnantem,poſtea verò ipſa vxor filij pariat filiũ,hic certè reuocabit,ac ſi filius poſt donationẽ eſſet natus, vt qui ſucceſſurus ſit in locum & gradum patris & præteritus ęquè reuocet teſtamẽtum,ſicut & filius pater ipſius feciſſet, per l.poſthumorũ.ff. de iniuſt.teſt.& l.ſi auus.C.de liber. præt.Sed & ſi auus donat,q̃a deſperat filium ſuũ liberos habiturũ, qm̃ fortè exiſtimabatur filius eſſe male ficiatus,aut vxor illius ſterilis:tamẽ auo nihil minùs ſperanti gignit poſteà nepotes: putat Fran.Ripa.hic in 36.q.locum eſſe huic l.Et ego illi aſſentior ex ratione.l.noſtræ.Cęterum Guid.Pap.ſing.571.incip.iuxta l.ſi vnquam,hanc qõnem de nepote nato poſt donationem nuncupatim mouet,nihil tamen diffinit.

15 SED ET ILLUD † in qõnem uocatur.Si quis cùm donat, habet filios,ſed ignorat eos ſe habere,quia fortè putat eos eẽ mortuos,uel neſcit vxorem peperiſſe:utrum ſit locus huic l.? Et nemo, ut opinor, negabit

gabit re compe rta irritam fore hãc donationem,ex mente & ſnĩa huius l.noſtræ,quæ uerbis eſt anteponenda,ſicut animus corpori ca.ſedulo. 38.diſt.& diximus ſuprà in uerbo, libertis,uerſi.46.incip.nec id quidẽ mirum eſt,& ſeq. Nam ſi donatio reuocetur per ſuſceptos poſtea liberos ex præſumpta mente donantis, qui videlicet ſi cogitaſſet de liberis futuris,uerifimiliter non donaſſet, eadem certè ratione aut ẽt maiore videtur irrita fore donatio quam quis facit ignorans ſe habere filios uerifimiliter ẽt non facturus, ſi eos non ignoraret.l.qui iure militari ff. de mil.teſt.†Per quam dicit Angel. con.108.iſta q.in 3.dub.quòd nihil refert,nõ habeas liberos,an habeas, ſed habere ignores: id quod ẽt probatur in l.ſicut certi, & in l. ſi cum uel in utero.C.e.de teſt.mil.& in l. pen.C.de iur.cod.& optimè in l.Titius.[in prin.& iterum in]§.Lucius & ibi bona gl.ff.de lib.& poſt. & in l.3.ff.de cond.inde.[& in l.vlt.ff.de hær.inſt.]Et ita voluit idem Ang.in §.fine igitur,col.4.uer.finaliter dici poteſt,in auth.vt cùm de appell. cogno.Franc.Aret.in l.ex facto, in prin.col.6.uerſi.confirmatur iſta cõcluſio.ff.de uul.& pup.ſub.& conſi. 157.quod eſt poſtremum omnium, col.2.Hincq; gl. in l. ſolemus.ff.de condi.& demon. intelligit text. ibi qui eam conditionem, ſi liberos habuerit, interpretatur de liberis naſcituris,non de natis,ut procedat ſi liberos natos eſſe ſciebat,qui conditionem appoſuit, quòd ſi neſciebat ẽt nati ipſi ſub ea condõne cõprehẽduntur,per l.iam facta.e.ti.quod & uoluerũt Saly.Raph.& Cor. in l. cũ uxori.C.quan.dies leg.ced.

16 ¶†Et ita in caſu noſtro expreſſim voluiſſe uidetur Bar.dum hanc l.allegat in legatis factis prærerito filio quẽ teſtator ignorabat ſe habere,in repe.l.j.2.q.prin.C.de ſac.ſanc.ecc. Nam tunc,inquit,deficit volũtas relinquentis,per tex.in hac l.Si ergo reuocatur donatio,multò magis legata.Ex quibus planè uides ꝙ Bar. intelligit hoc caſu donationem vitiari.Et id quoq; dicit ipſe Bar.in l. filio prçterito.ff.de iniuſt. teſt. & in auth.ex cã.C.de lib.præt.cum concord.illic adductis per recent. Nã & in hac opin.eſſe videntur & qui tenent cum Bar.in caſu.d. auth. & qui contrà tenent.Illi quidem, dũ poſt ipſum Bar.hac.l.innituntur: iſti aũt, dum fatentur hoc ſine dubio procedere in caſu noſtræ. l.loquentis de donatione,non ẽt in legatis,de quibus loquitur ea auth.& conãtur omnibus viribus reddere rõnem differẽtiæ vtrorumq;,ut illic omnibus videre licet,& fortè alibi poſtea dicemus.Et idẽ ẽt voluiſſe videtur Bal. in l.j.col.3.uer.quinta op.C.de inof ſi.do.expreſſiſsimè omnium Steph. Bert.conſi.190.Chriſti, &c. viſo caſu,in primo dub.lib.j.& iterũ conſ. 193.ſi uerũ ſit,poſt prin.lib.3.Et facit quod in ſimili ſcribit Io. And. in addi.Spe.tit.de inſt.edi.§.nunc aũt in ult.addi.de rege,qui putans filiũ ſuũ mortuũ,aliũ inſtituit. Et quod ex Plauto vetere Comico adferemus infra in uerbo,donatione largitus. nume.264.inci.& hanc quoque ſententiam.

17 ¶†Illud aũt certum eſt, quòd filij exiſtentes tpe donationis,quos pater donans minimè ignorabat, non reuocant donationem, ex hac l.noſtra,vtpote ceſſantibus & uerbis, & mẽte.i.ratione ipſius. Quę res quãuis ſit adeò aperta & manifeſta, ut teſtimonio aut authoritate nõ indigeat,tamen ut omnibus ſatisfaciã, approbatur à Pau.Caſtr. conſi.434. cuius exordium eſt, reſpondeo per

ordinem,in ij.dubio, lib. 2.& Sozin. conſil.226.quæſtio. præſentis cõſultationis,colum.pen.lib.2.& Philip. Deci. conſil.366.pro declaratione, col.3.verſic.ſecũdò præmittendum. & omnibus ferè de hac re loquentibus,ne nimius ſim in re minimè dubia.Quod tamen intelligas ſecundũ ea quæ diximus ſupra in eadẽ gloſſ. in uerſ.11.incip.ſed & vltimum,iun ctis duobus præced.

18 ¶†Sicuti nec l.cùm acutiſſimi.C. de fideicom.& alia ſimilia iura huic l.noſtræ admodum confinia non habent locum in liberis iam natis tem pore teſtamenti, ſed tãtùm in naſcituris,vt apertè videtur probari in l. generaliter.§.cùm autem,ibi, liberorum ex ijs procreandorum.& iterum in illis verbis,pater efficiatur, & liberos ſuſtulerit, rursùmque in verbis,ſi de nepotibus cogitauerit. C.de inſtit.& ſub.& in l.ſicuti.C.de teſta.mil.Et expreſsè voluit & conſuluit Rom.conſil.370.in propoſita conſultatione. & Barb.in repe.d.l. cùm acutiſſimi, col.2.& ſeq.vbi ad hoc multa allegat,& in repe.c.Raynaldus, colum.6.verſi.faciat etiam extrà de teſta. & latiſſimè Sozin.in repe.l.cùm auus, col.39.verſi.extra Bart.ff.de con.& dem.vbi poſt multa hincinde adducta tandem ſtat ab hac ſententia, & ſecundum eam dicit ſe conſuluiſſe.& ſuo conſi.Bald. nouellum ſubſcripſiſſe,& idem quoque reſpõdiſſe Io.Petrucium,& Bene.Capra.Et ita verè conſuluit ipſe Sozin.conſil.191.licèt difficultates, col.j.& multis ſequen.lib.2.& Philip.Dec.in d.l.generaliter,colum.4. verſic.nunc regula. & conſi.365.viſo conſilio. col.2.verſicu.quartò & vltimò. & conſil.ſequen.col.3.quibus locis ſolum Roma.allegat. Et hanc partem confirmat, quòd iure antiquo filia præterita iam nata non rumpebat teſtamentum: poſthuma verò non ſecus ac maſculus rumpebat, vt ſcribit Caius iuriſconſultus, ſi is eſt (quod arbitrantur Zaſius & Alciatus)libr.poſteriore Inſtitutionum.cap.4.Ex quibus planiùs intelliges quod ſcribitur in §.j.verſi.ſed non ita,& iterũ in §.fœminini,Inſt. de exhær.libe.

19 ¶†Quanquam contrarium in caſu d.l.cùm acutiſſimi, & ſimilium ſimpliciter tenuiſſe videtur Raph.Co. in d.l.cùm auus.ff.de con.& dem.& apertè tenuit Corne.in d.l.generaliter.§.cùm autem, col.2.vbi & Iaſ. col.3.dubitat,& idẽ Corne.latè cõſ. 197.non alienam libr.3.& latiſſimè omnium tenuit,& 23.rationibus ſecundum eam conſuluit Maria.conſ. 23.circa prædictam cõſultationem, vbi etiam dicit audiuiſſe ſe à fide dignis ita conſuluiſſe Rapha.Cõm.cũ hæc quæſtio Paduæ de facto cõtigiſſet.Quanuis id à nullo ex ſuis maioribus in proprijs, vt ipſe loquitur, terminis & in indiuiduo tractatum vidiſſe ſe negat, quod vehementer admiratur. Ex quo potes intelligere, quòd illud conſi.Ro.qui ante illum fuit, aut non legerat, aut non recordabatur.

SVMMARIVM.

1 BONA *unde dicantur.*
Bona beatos faciunt ac felices.
Beatus à doctiſſimis pro diuite uſurpatur.
Pauperes miſeri dicuntur.
Bonorum ceſſio, miſerabile auxiliũ.
Bonorum tria genera.
Felix non eſt,cui bona deſunt.
Beatitudo ſola uirtute conſtat ſecundum Stoicos.
Paupertas an inter mala numeratur. & nume.2.
Diuitiæ donum Dei.

2 *Mala*

2 *Mala quæ dicantur.*
Paupertas Philoſophiæ tutiſſimũ præſidium.
3 *Pauperes beati.*
Diues non facile intrat regnum cælorum.
Diues aut iniquus,aut iniqui hęredes
Diuites pauperibus infeliciores.
Paupertas uolantaria res beatiſſima.
Et qui cum paupertate bene conuenit,diues eſt.
Paupertas apud bonos homines potius q̃ prauos eſſe ſolet.
Diuitiæ ſæpius ſunt apud prauos homines q̃ bonos.
Paupertas bonos afficit.
Paupertatis laudes,& commoda.
4 *Bona bonis uiris bona ſunt, malis mala.*
Diuitiæ malis impedimento ſunt, bonis adiumento.
Cenſus nõ,ſed affectus in crimine eſt.
Diuitem non cenſus facit,ſed animus.
Animam redimit qui pauperi donat.
Diuitiarum aliæ laudes.
Diuitias appetere an ſit peccatum remiſſiuè.
5 *Paupertas culpa aut uitio adſcita. uituperanda.& nu.6.*
Pauperi ſuo uitio ĩdignũ eſt ſubueniri.
Metus nihil ei auxiliatur,qui ſibi cũ ſua culpa intulit.
Paupertas ut uni proſit & alteri noceat,quid probandum.
Pauperes ſuo uitio,non habent beneficium ne conueniantur, niſi inquantum facere poſſunt.
Paupertas captioſè proueniens nocet.
Pauperes ſuo uitio,beneficium ceſſionis bonorum non habent.
Falliti qui dicantur.
Foro cedere apud Iuriſcõſul.quid ſit
Solum uertere quid ſit.
Obligatus ex dolo uel delicto, non gau det beneficio ceſſionis bonorum.
Luſor qui ſua bona fœde conſũpſit, nõ habet priuilegium ceſſionis bonorũ.
Pauperes ſuo uitio, teſtes idonei non ſunt.
Vitioſus in ſe & in alios eſſe præſumitur.
Vxor non tenetur alere uirum qui ſua culpa inciderit in paupertatem.
Captiui ob delictum an gaudeãt priuilegijs datis ob redemptionem captiuorum.
6 *Paupertas quando nulli turpitudini coniungatur.*
Tiberius honeſtam innocentium paupertatem leuauit,prodigos et ob flagitia egentes,ſenatu mouit.
Tiberius idem laudatur prohibuiſſe Caium Galbam fratrem Sergij Galbæ imperatoris, ſortiri anno ſuo pro conſulatum, quòd facultates ſuas attriuiſſet.
Nero uituperatur quòd annuam penſionem ſtatuerit quibuſdam,qui luxu habitas opes diſſipaſſent.
Nero arguitur,ꝙ diuitiarũ fructũ,nõ alium putabat quàm profuſionem.
Hadrianus Imperator ſenatoribus, qui non ſuo uitio decoxerunt, patrimonium expleuit.
Catamidiari quid ſignificet, & unde dicitur.
Hadrianus decoctores bonorum ſuorum publicè deridendos, exhibuit.
Decoctoribus certus locus conſtitutus.
Alexander ſeuerus,quos pauperes uerè,et non per luxuriam cognouit,maximis commodis auxit.
Antonius philoſophus Imperator, pauperibus ſine crimine, dignitates conceſſit.
Rei familiaris ratio habenda eſt, quã delabi ſinere flagitioſum eſt.
Sapientis eſt rei familiaris rationem habere.
Reipublicæ intereſt, ſuos ciues eſſe locupletes.
Martius Romanorum rex ſubiurget malos præſides ſuarum poſſeſſio ñ tanquàm infirmos ciues.

Nabe

Nabathei qui opes ſuas minuiſſent, publicè multabant, quod auxiſſent honorabant.

Abderitæ eos qui patrimoniū cõſum pſiſſent, ſepulchro patris priuabāt.

Solon ignobilem tum ſtatuebat, qui uerſuram patrimonii feciſſet.

Grecorum legibus ei non licebat publicè concionari, qui patrimonium publicè conſumpſerat.

Locrorum legibus cautum erat, ne quis patrimonium alienare poſſet, niſi euidentem calamitatem oſtenderet ſuperueniſſe.

Elemoſina danda eſt etiam ei, qui culpa ſua in paupertatem incidit.

7 Decoctor & decoquere quid ſit.

Intelle. l.quilibet.C.de decu. li.10.

8 Bonorū appellatione, actiones et nōïa comprehenduntur, & nu.9.et 10.

Lex noſtra an locum habeat in donatione nominū & actionū & quid in nominibus ſiue in debitis conditionalibus, aut quorum dies nondū ceſſerit, & nu. 9. & 10.

Princeps concedendo bona, uidetur etiam obligationes concedere.

Actionem de bonis diminuiſſe dicitur, qui obtinere noluit, cū peteret.

Vſuſfructu legato, quod in nominibus eſt computatur.

Bona debitoris qui excutere tenetur, eius iura & actiones excutere dēt.

Publicatis bonis, publicatur actio quæ ad dotem competit.

Bonis public. publicātur oēs actiões.

Legatum uſuſfructuum bonorum, intelligitur & uſuſfructuū nominū.

Subſtitutionē nondum cõpetentē repudiãs. aliquid alienaſſe nõ videtur

11 Actiones & nomina an ueniant, bonorū meorū appellatione, et nu.12.

13 Iura & actiones an ueniāt in donatione oīum bonorū exiſtētiū ī loco.

14 Lex noſtra an locū habeat in donatiõe emphiteuſis aut feudi, et n.15.

Bonorum appellatione an ueniat emphyteuſis & feudum et n.15.

16 Bonorum appellatione generaliter quid ueniat.

BONA.

1 FESTVS, †aut vt alij, appellāt Sextus Põpeius, hinc bona dici putat, ꝙ digna ſint bonis: ſed elegantiùs mea ſententia atque conueniētius Vlpianus noſter in l.bonorum, la prima.ff.de verb ſignifica.bona, inquit, ex eo dicuntur, quod beant, id eſt beatos faciunt. Nam & apud Græcos uerbum ὀλβιάω, beo ſignificat, & dito. & ὄλβιος feli, & diues, & ὄλβος beatitudo, & diuities †Ex quo & apud Latinos diuites beatos appellant probatiſſimi ſcriptores. Nam Cicero in oratione pro Annio Milone ſint, florentes, ait, ſint beati. Et alibi ita exorditur libr.2.de inuentione. Crotoniatæ quondam, cum florerent omnibus copijs, & in Italia cū in primis beati nominarentur. Et Philippica.13. Te beatum & florentem eſſe cupiebant. Et in oratione pro M. Cælio, Primū lautos iuuenes mulieris beatæ ac nobilis familiares. Et in Salluſtiū, Vnde, qui modò ne paternam quidē domū relinire potueris, repēte tanquā ſomno beatus, precioſiſſimos ortos, villam Tyberinam Caij Cæſaris, reliquasq; poſſeſſionesparaueris? & paulò infrà: Quibus rationibus repente factus es tam afflues tam beatus? Et Seneca epiſtola ad Lucilium.27. Caluiſius inquit, Sabinus memoria noſtra fuit diues, & patrimonium habebat liberum & ingenuum nūquam vidi hominem beatum indecentius. Et in 6. controuerſia, libr.2. Inſolens malum eſt beata vxor, cùm immenſum pondus auri orba attulerit. Et Iuuenalis, ſatyra

ſatyra prima.

Vetulæ veſica beatæ.

Et† è diuerſo miſeros pauperes paſ ſim vocamus, quando, vt ſcribit ex noſtris Bal. ex alio, vt reor, authore i l. vl. poſt prin. C. qui bõ. ced. poſſ. Sũma miſera eſt eſſe mendicũ. †Ob idq́;, vt ille dicit, bonorum ceſſio in ea. l. miſerabile remedium vocatur, ꝗ homines miſeros faciat. †Et certè cum tria ſint bonorum gña, animi ſcilicet, corporis, & fortunæ, hęc quidem felici adeſſe oportet, ex ſententia Ariſtotelis li. j. Ethico. & iterũ, li. 7. Politico. quod & Plato illiꝰ præceptor aſtruebat, teſte Laertio. Felicibus enim & beatitudo augeť ex plenitudine horum bonorum, quæ quantò fuerint cumulatoria, tantò fiet homo beatior. † repugnãtibus tñ Stoicis, qui ad beatitudinẽ ſolam virtutem ſatis eſſe maxima authoritate affirmabant Ariſtotelẽ aũt è noſtris ſequitur Soz. conſ. 26. incip. cùm ſũper, col. vlt. libr. 4. vbi etiam citat illud Iuuenalis.

Haud facilè emergunt quorum uirtutibus obſtat

Res anguſta domi.

Nos de cæteris bonis poſthac nihil hoc loco dicemus, ſed de illis tantũ quæ diuitijs conſtãt, de quibus lex noſtra loquitur: quæ quidem tantũ beant, id eſt proſunt, ut interpretatur Vlpianus in d. l. bonorum, quantũ è diuerſo obeſt paupertas, †quã inter mala & quidem ingentia enumerat Eſdras ille diuinus Scriba, li. 4. c. 15. quo loco Deũ Opt. Max. ita loquentẽ facit. Immitã tibi mala, uiduitatem, paupertatem, ſamem, gladium, & peſtem. Et alibi quoq; Dominus ipſe, [Leuitici 26. & iterum] Malachiæ. 2. minatur ſe egeſtatem improbis, [& qui ipſius mandata non obſeruarint,] daturum. [Hincque illud Prouerbio. 3. c. Egeſtas à dño ĩ domo impij. Et eiuſdẽ operis. c. 14. Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam.] Contrà aũt alibi diuitias probis promittit. Nã ſcribitur. Pſa. 111. Gloria & diuitiæ ĩ domo eius. [& Prouerbio. 3. c. lõgitudo dierũ in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ. & in c. 10. benedictio dñi diuites facit.] vt hinc facilè intelligas, nõ omnino cæcutiſſe cæcũ illum Homerũ cũ diuitias Iouis donum eſſe cecinit, lib. 6. Odyſſeæ.

Ζεὺς δ' ἀυτὸς νέμει ὄλβον ὀ-
λύμπιος ἀνθρώποισιν.

Et rurſus li. 2. Iliados in Catalogo ducum.

Καὶ σφισὶ θεσπέσιον πλοῦτον
κατέχευε κρονίων.

[Et iterum lib. 23. eiuſdem operis.
-Μέγα γάρ οἱ ἔδωκε
Ζεὺς ἄφενος.

-Magnas enim ei dederat
Iuppiter diuitias.]

Nã & diuꝰ Auguſtinꝰ ĩ enarratione Pſal. 66. nõ obſcurè aſſerit diuitias donũ eē Dei. Et ſãcta illa mulier Anna, ſãcti Samuelis mater in ſuo cãtico, ꝗ ſcribiť ĩ ſcđo cap. lib. j. Regũ Dñs, inquit, pauperẽ facit, & ditat,

2 ¶†Neq; his aduerſãť, qđ ſcribit Ambroſiꝰ, & repetiť ĩ c. illa. 15. q. j. pauptatẽ, & ignobilitatẽ, ægritudinẽ & mortem nemo ſapiẽs mala dixerit, necin malorũ ſorte numerarit. Alio n. reſpicit Ambroſius, cuius ĩ eo loco tota diſſertatio cò tẽdit vt ea dun taxat veluti mala nobis iputãda eẽ oſtẽdat, q volũtaria ſũt: cætera verò q vel nolẽtibꝰ eueniunt, vt pauptatẽ, & alia, quæ ex eo diximus, nõ eẽ tãquã mala nobis adſcribẽda. Mala n. inquit, nõ ſunt, niſi q crimine mẽtẽ implẽt, & cõſciẽtiam ligant. Inibi ergo mala uocat ſcelera, quibus haud dubiè paupertas nõ eſt annumeranda

meranda. Illi autem ſententiæ Ambroſij omnino ſimilis eſt & illa Aeneæ Platonici in Theophraſto, in hunc ſenſum (nam is Græcè ſcripſit) Neque enim ignarus es, aut immemor, paupertatem, & ægritudinem, & mortem neque turpia neque mala eſſe. Et ſubdit. Socrates enim in paupertate gloriatur, ipſamq; diuitias appellat, & philoſophiæ tutiſſimum præſidium.

3 ¶ † Cæterùm Chriſtus beatos pauperes pronunciat Matthæi 5. cap. & alibi Lucæ ſexto. Væ vobis, inquit, diuitibus. Rurſumq; Matthæi decimo nono, Marci decimo, & Lucæ decimo octauo, interrogāti cuipiā quid faceret, ut uitam æternam obtineret, dicentique ſe illa decalogi præcepta à iuuētute obſeruaſſe, reſpondit, Vnum tibi deeſt, vade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus & habebis theſaurū in cælo. Moxq; conuerſus ad diſcipulos † Diues, inquit, difficile intrabit in regnum cælorum. Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Nam etiam, vt ſcribit Eccleſiaſticus cap. xj. Si diues fueris, non eris immunis à delicto. Vetus eſt ſentētia, † Diues aut iniquus, aut iniqui hæredes. quam aduocat Hieronymus ad Hebidiā in prima quæſtione, & rurſus in cōmentarijs Hieremiæ cap. v. † At Saturnus apud Lucianum in epiſtolis Saturnalibus, multis oſtendit diuites infeliciores eſſe pauperibus. Timocreontis eſt ſcholium in Plutum diuitiarum Deum, hoc exordio, [ὤφελε ὦ τυφλὲ πλ῀τε, μήτε ἐν γῇ, μήτε ἐν θαλάττῃ, μήτε ἐν ἠπήρῳ φανήμεναι, ἀλλὰ τάρταρόν τε ναίειν κ' ἀχέροντα, διὰ σὲ γὰρ πάντ' ἄνθρωποις κακά.] Vtinā ò cæce Plute, nec in terra, nec in mari, nec in cōtinente apparuiſſes vnq̄, ſed Tartari [& Acherōtis] fuiſſes icola perpetuus. Ex te enim oīa hominibus mala ſunt. † Ex noſtris aūt Ioā. fab. ex authoritate Senecæ in §. j. inſt. qui & ex quibus can. manumiſ. nō poſ. Beatiſſima, inquit, res eſt uoluntaria paupertas. Et qui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. & alia quæ ſequuntur. Hùcque † ſpectant duo Ariſtotelis problemata, ſi eius ſunt, alterū quidem in 4. cap. 29. libri, quo quærit, Cur paupertas apud homines bonos potiùs quàm apud prauos eſſe ſoleat. Alterum eiuſdem libri, capite octauo, quo ſciſcitatur, † Cur diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis potius quàm bonis habeantur. In quam etiam ſententiam eſt illud Theognidis.

παύροις ἀνθρώπων ἀρετὴ καὶ
κάλλος ὀπηδεῖ·
ὄλβιος ὃς τούτων ἀμφοτέρων
ἔλαχεν.

id eſt, vt traducit Eraſmus.

Sunt pauci, quibus ijdem & virtus
ſuppetit, & ei.
Felix, cui ſimul hæc ſunt data ſorte
Deum.

Philoſtratus in uita Apollonij non multò poſt initium libro. v. atque etiam Aelianus in lib. de prouidentia, tradunt apud Gades aras fuiſſe paupertati & artibus, quòd illa quidem, ut dicit Aelianus, in bonis moribus homnies detineat: hæ verò induſtrios faciant, vt iam paupertatis id proprium eſſe noris, quòd homines bonos reddat, vt & Ariſtophanes hinc potiſſimum laudes huius deæ non tam multas quàm veras dederit † Cæterum diuus Chryſoſtomus homilia ſecunda, earum quas ad populum de rebus diuerſis habuit, multa cōgeſſit in

ſit in laudem paupertatis, ex quibus illud occurrit, Magna poſſeſſio paupertas, ſapienter ipſam ferentibus, theſaurus, qui nequeat auferri, baculus firmiſſimus. inculpabilis poſſeſſio, diuerſorium ab inſidijs tutũ. Idem multas item laudes multaque commoda paupertatis adſcribit Homilia.74. quo loco Annæ orationem interpretatur. Et diuus Cyprianus in ſermone de nati. Chriſti. Sed multò plura Apuleius Madaurenſis in j. apologia, & Seneca tum epiſtola.86. & latiùs epiſtola.99. tum in libel. de paupertate, & alibi ſæpe, [& quiſquis is fuit qui apud Salluſtium elegantiſſimam habuit orationem ad Cæſarem de repub. ordinanda, cuius initium eſt, ſcio ego. & Theoph. Alexand. libr. paſchali. 3.] & è noſtris Zaſius in cõmentarijs. l.2. ff. de orig. iur. in illis verbis, Huic nec amplæ facultates fuerunt.

4 ¶†Poſſent & alia propè infinita ex diuinis ethniciſque ſcriptoribus aduerſus & diuitias & paupertatẽ aduocari, quæ hic breuitatis cauſa de induſtria prætermittimus, ĩ alio fortè loco copioſiùs hanc rem tractaturi. Animus enim nobis eſt [librum edere de paupertate, & diuitijs legalibus, quem iam magna ex parte confecimus. Illud tantùm hic dicemus, iſtas pugnantes, quæ videntur, ſententias. ita in vno coire, ſi dixeris bona bonis bona eſſe: malis mala, id eſt, diuitias viris bonis bonas eſſe, eaſdem malis malas. Bonis inquam, qui illis bene vtuntur, malis qui malè. Nam Ambroſius in Lucam libro octauo. Diſcant, inquit, nõ in facultatibus crimen hærere, ſed in his qui vti neſciant facultatibus † Nã diuitiæ vt impedimenta improbis, ita bonis ſunt adiumenta virtutum. Et in iiſdem commentarijs libro quinto, explanans illud à nobis ſupra citatum, Væ vobis diuitibus, hæc quoque ſcribit, Licet in pecuniarijs copijs multa ſint lenocinia delictorũ, pleraque tamẽ ſunt etiam incentiua virtutum. Quanquam virtus ſubſidia non requirat. & commendatior ſit collatio pauperis, quàm diuitis liberalitas. Tamen non eos qui habeant diuitias, ſed eos qui vti his neſciant, ſententiæ cæleſtis auctoritas condemnat. † Et paulopoſt. Non cenſus igitur, ſed affectus in crimine eſt, Sed & in epiſtola 82. †Non cenſus, inquit, diuitem, ſed animus facit. Et paulò inferius. Sed nec ipſæ diuitiæ uitupe rabiles.† Denique redemptio animæ uiri, diuitiæ eius: quoniam qui pauperi donat, redimit animam ſuã. Eſt † ergo & in his materialibus diuitijs uirtuti locus. Hieronymus quoque ad Saluiam de uiduitate ſeruanda, Vnuſquiſque non hominum ſed rerum pondere iudicandus eſt, nec diuiti obſunt opes, ſi eis bene utatur: nec pauperem egeſtas commẽdabiliorem facit, ſi inter ſordes & inopiã peccata non caueat. Ad vtriuſque nobis rei teſtimoniũ & Abraham Patriarcha, & quotidiana exẽpla ſuppeditant, quorum alter in ſummis diuitijs amicus Dei fuit, alij quotidie in ſceleribus depræhẽſi pęnas legibus ſoluunt. Ante hos Plato libro primo de Republica ſcribit, pecunię poſſeſſionem plurimi faciendam eſſe, non cuiuis homini, ſed modeſto & æquo. Sed & Pindarus Pythiorum ode. ij. aſſerit diuitias, ſi cum ſapientia coniunctæ ſunt præſtantiſſimas eſſe. Hinc ſcribitur in decretis canonicis, cap. hæc autem. 30. diſtinctio. Diuitias cum iuſtitia & operibus bonis non abijcimus. ubi & gloſſ. quædam in eam ſententiam dicit, reſpondétque [ad illud quod ſuprà citauimus, Facilius

eſt

eſt camelum per foramẽ acus tranſire &c. Sed & tu vide gloſ.in ca. clericus.12.q.j.& in c.j.in ver.neceſſitatem 21. q.ti.j. & præterea Origenẽ,Hilarium, Hieronymũ ẽt interpretantes illũ de camelo locũ videlicet Origenẽ homilia ĩ Matt. octaua, & iterum lib.6. aduerſus Celſum.Hos autẽ in ſuis commentarijs in Matthæum cap.19.& eundem quoq; Hierony. quibus locis ſuprà citauimus.atq; etiã in libro aduerſus Pelagium, itemq; ad Hebidiam in prima quæſtione, & Auguſti.lib.2.quæſtionum euangeliorum,q.47.& in enarratione illius loci. Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum. Pſal.51.Bal.in c.nam & concupiſcentiam, ad fin. de conſti.vbi diſſerit, vtrum appetere diuitias ſit peccatum. Barba. in l.is cui bonis,col.3.verſi.& ponderò,& col.ſeq.verſi. & adde unũ ff.de verbo.oblig. & con.46. ſcripſit præclarè,col.j.lib.2.

5 ¶ † Sed nec illud omittendum dicimus, non ſolum non laudandos eos eſſe qui ſuo uitio aut culpa paupertatem ſibi aſciſcunt, ſed & admodum vituperãdos, omniũ teſtimonio. † Nam primum gloſ. vt à noſtris incipiã,in c.quæ in eccleſiarũ,in ver. ad inopiam, extrà de conſtitutioni. aſſerit indignum eſſe ei ſubueniri,qui ſua culpa aut vitio in egeſtatem incidit,per l.bona fides.ff.depoſi. & arg.cap. non ſatis 80.di.& idem dicit gloſ.in c. [ad ſupplicationem,in ver. ad ſuſtentationem, de renun. & in ca.] ex parte,in verb. prodigalitatis de conſuetu. quæ etiam allegat.l.ſi mulier.ff.quod met.cau.vbi † metus nihil ei auxiliatur, qui ſibi eũ ſua culpa intulit. † Ex quo Bal.in d.ca.quæ in eccleſiarum, colum.j. per illum tex.in ver.probabiliter, not.quòd non dicitur quis ad inopiam vergere,vt ſibi proſit, & alii noceat, niſi duo probet, ſcilicet ſe vergere, & ſine culpa ſua uergere ad inopiam.† Et iterum col.3.ver. quæro nunquid ſi propter dicit, quòd qui ob maleficium etiam ad uerſus tertium commiſſum deductus eſt ad inopiam, perdit beneficium ne conueniatur, niſi quantũ facere poteſt, per l.bona fides,&l. pen.ff.de iure doti.quam ad hoc dicit not.& l.Titius.ff.de procur. & l.ſiue hæreditaria.ff.de neg.geſt.& idem uoluit ipſe Bal.in d.c.ex parte,per tex,ibi,in verb.diſſipauerit, de conſuetudi.& per d.l.pe.quam & ibi dicit nota.& ſenſit idem Bal. in c.ſedes.col.2.verſi.ſed nunquid per iſtam clauſulam, de reſcrip.cũ per d.l.peu. dicit quòd ea paupertas nocet,quæ captioſe prouenit. & ſequitur Iaſ.in authen. res quæ, colum.6. verſi. tene communem. C.commu.de lega.& Ioan. Monteſer.in repet.l.frater à fratre,col. vlti.ff.de condi.indebi.& Ferdinã. Loaz. in repet.§.diui.l.filiusfamilias.num.164.ff.de legat.j.[& Io. Lup.in repeti.c. per ueſtras.§.24. colum.penul.verſi.ad idem, extrà de dona.inter vir.& vxo.] & idem etiam voluit aperte Bartol. diſtinguẽs tamen inter dolum, & culpã, in l.etiam.§.licèt,per tex.ibi.ff.ſolu.matrimonio.& ibi quoque alii latè tractantes, an & hoc in culpa obtineat.de quo & per [Pet.Aret. in cap.j.colum.2.verſi. quid dices ſi maritus, de dona.inter virum & vxo.]Fely.& Philip. Deci. latè in dicto cap. quæ in eccleſiarum, & Iaſ.in l.quo nomine, circa mediũ. ff.de conditio. indebi. & Baptiſt.à ſancto Blaſio in tracta. priuilegio. dotalium,in 182. priuilegio. † Et hoc confirmat text.in l.ulti.§.ultimo

mo.ff.quæ in fraud.credi. ubi beneficium cedendi bonis ad carcerem euitandum, non ei competit qui fraudulenter bona ſua diſſipauit.quem ad hoc notāt & commendant.[Bartol.] Bal.& Ang.qui dicit ſingula,ibi,& idem Bald.in l.j. colum.2.verſ.quæro vtrum ille,& ibi quoque Ange. C.qui bon.ced. poſſ.& in l.is qui bonis, la prima, ff.de ceſſio.bon.& in l.j. colum.4. verſi.in ead.gloſ. ibi maritus.ff.de iu.dot.& conſi.29.beneficium inuentari,in quibus etiam locis dicit ſingula.[& conſi.400.quòd Iacobus,in fin.lib.j.] & etiã not. Dyn. in.§.item ſi quis in fraudem.Inſti. de actioni. & ibi Ioannes. Platea. colum.j.qui & illum text.dicit ſingularem,ſicuti etiam facit in l.j.in fin.C.de iur.fiſci.lib.10.& not.etiã Bart.in l.alia.§.elegãter, ad fin.ff. ſolu.matri. & Bal.in l.j.in 5. quæſtio.C.ſi quid in fraud.patro. & in §.vlti.ante finem.& ibi etiam Io. Fab. Inſti. de actio. & idem Bald. conſi. [249. lib. j. repetito,cõſ.] 400. in libris Theſaurariæ, colũ.2. lib.5. ubi dicit † quòd falliti (ita enim [a uerbo fallendi, ut apertè declarat ipſe Bald.] uocant,qui decoctis conſumptisq; patrimoniis ſolum uertunt, quod eſt uerbum imperatoris in l.ſuper.C.de manc. & colo.pat.lib. 11.aut, † ut etiam utar uerbis iuriſconſulti in l.ſi hominem.§. quoties. ff. depo.& in l. ult.ff.de cura. bon.dan.) foro cedunt, id eſt, ut vulgò noſtri dicunt, *baneque route* faciunt.utrunque iungit Iuuenalis Satyra ſecunda.

Qui vertere ſolum, Baias & ad oſtia currunt.
Cedere nanque foro, iam non eſt deterius,quàm.
Exquilias a feruẽti migrare ſuburra,

[†Quanquam ſolum uertere latiùs pateat, ſignificetq; quacunque de cauſa ſedem locumq; mutare, ut tradit Tullius paulò ante fin. orationis pro Cecinna.] Iſti igitur falliti, ut dicit Bald. non habent beneficium ceſsionis, per d.l. ult. §.ult. & argumen.d.l.penul.ff. de iur. dot. Illum quoque textum ad hoc not. [Ange.conſi. 229. teſtator,colum. ſecunda.] Barba. in d. ca.quę in eccleſiarum,colum.5.& Sozi.Si is eſt, in tracta.fallen.reg. 46. incip. cedens bonis, in 5.fallẽ. & iterum reg. 47. quod eſt eiuſdẽ initii, in prima fallen. quibus locis dicit illum textum notabi. & Vital. Camba.in tract.clauſu.titu. an poſſit renunciari beneficio ceſſionis bonorum, chart.penul.uer. ſecundò quia renuntiatio, & Bald. Nouel.in tract.doti. in 7. par.principa. in 14. priuilegio. [& Ioan. Bapt. Sanſeuerinus in tract.de debitori.ſuſpe.q.j. colum.ult. uerſic. illud ſcio, † Illud autem certum eſt obligatum ex dolo uel delicto non gaudere hoc priuilegio, ut per Canoni.in c. Odoardus, de ſolu.cum aliis prope infinitis concordan.collectis a Cæpo.conſi.cauſa. criminalium. 9. quidã ex delicti.] † Quin & dicit Bal. in d.l. j. col. ult. uerſi. iſta autem renuntiatio. C.qui bon.ced. poſſ.quòd qui bona ſua ludo conſumpſerit, caret priuilegio ceſſionis bonorum. [Nouella autem Iuſtiniani conſtitutione. 135. ſancitum eſt, eos qui non ſuprema negligentia aut luxu, ſed caſu fortuito lapſi facultatibus eſſent, non debere ad eã bonorũ ceſſionẽ cogi, quæ cũ ulla cõtumelia fiat,quod & antè nõ abſimili caſu cõſtitutũ fuit Codice Theodoſiano tit. qui bo. ex lege Iulia ced. poſſ.l. prima.]

† Facit

† Facit item quod ſcribit ipſe Bald.
in c.ſi qui teſtium,col.2.extra de te-
ſti.quòd qui ſuo uitio incidit in pau
pertatem,nõ eſt teſtis idoneus,quia
nõ ſolum rerum,ſed & famæ ſuæ eſt
prodigus.† Ideo cùm in ſe ſit uitio
ſus,multò magis & in alios eſſe prę
ſumitur,per not. in l.ulti.C.de ſen.
paſ.licèt aliàs pauper,ut ipſe ſubdit,
non repellatur,[† & idem Bal.conſi.
178.quædam ſunt res, libr. 5.ſcribit
uxorem non teneri alere maritum,
qui ſua culpa incidit in paupertatẽ,
per d.c.ex parte.† Et facit qđ à mul
tis dicitur, captiuũ ob delictũ non
gaudere priuilegijs datis ob redem
ptionem captiuorũ . de quo tu uide
quæ latè ſcripſimus in noſtris legib.
connubial.in gl.6.nu. 278.ſed quæ-
ſtionis eſt, & 2.ſeq.].
6 ¶ † Nec in hãc rẽ deeſt externorum
ſnĩa.nã Plutar.in cõparatione Ariſti
dis & Catonis, multis uerbis ĩ huiuſ
modi hoĩes agit: inter quæ illud gra
uiter pronuntiat.Paupertas quidem
per ſeipsã nulli turpitudini coniun-
gitur.Quòd ſi negligentiæ, intẽpe-
rantiæ,luxus,impudentiæ ſpẽm præ
ſe ferat,probro ac vituperatione nõ
uacat,[Apollyci ſnĩa eſt apud Sto-
bæum ſer.93. ὐτὸ πένεσθαι κατὰ
φύσιν αἰσχρὸν,ἀλλὰ τὸ δὲ αἰσ
χρὸν αἰτίαν πένεσθαι ὄνειδος.
Quam eandẽ adſcribit Antonius mo
nachus,ſed ex Apollonio to.j. Meliſ
ſæ.c.33.Eius aũt ſẽſus eſt hmõi,pau
pertas ſecundum naturam non tur-
pis eſt. Sed ea quæ ob turpem cãm
accidit,dedecori eſt.† Cornelius Ta
citus libro 2.hiſtoriæ Auguſtæ lau-
dat Tiberium Cęſarem , ꝙ vt hone-
ſtam innocentiũ paupertatem leua-
uit, ita prodigos,& ob flagitia egen
tes Vibidium Varronem , Marium
nepotem,& alios quos nominat, ſe-
natu mouit.† Suetonius aũt in Gal-
ba tradit eundem Tiberũ prohibuiſ
ſe Caiũ Galbam fratrẽ Sergij Galbę
Imperatoris ſortiri anno ſuo proco
ſulatum,ꝙ facultates ſuas attriuiſ-
ſet,† idem Tacitus lib.13. Neronem
ueluti clanculum taxat, ꝙ Aurelio
Cottæ, & Atherio Antonino annuã
pecuniam ſtatuit,quamuis per luxũ
habitas opes diſſipaſsẽt. † Sed & eũ-
dem Neronem arguit Suetonius, ꝙ
diuitiarum & pecuniæ fructum non
alium putabat,quàm profuſionem ,
ſordidos ac deparcos eſſe,quibus rõ
impenſarum cõſtaret prælautos, ue-
réque magnificos, qui abuterentur
ac perderẽt.† Aelius aũt Spartianus
tradit Hadrianum Imperatorẽ , cu-
ius reſcripta ſæpius à noſtris Juriſcõ
ſultis citantur,ſenatoribus,qui non
ſuo uitio decoxerant, patrimonium
pro liberorum modo ſenatoriæ pro
feſſionis expleuiſſe.† Et paulò poſt
eundem decoctores bonorũ ſuorum
iuſſiſſe catamidiari in amphithea-
tro,& dimitti. i. vt oẽs intelligant ,
deridendos exhibilandosq; oĩbus in
amphitheatro exhiberi,vt hodie ob
ſeruatur in polygamis,qui. ſ.multis
ſimul vxoribus,abutuntur, à κατά
quidem prępoſitione , & μειδάω
verbo,qđ derideo ſignificat.[Quã-
quam Ioã.Bap.Plantius in cõmẽta-
rijs Perſij Saty.5.illic eſſe mendum
cõtendit , & ita legendũ, † Decocto
res bonorũ ſuorũ ſi ſuæ authoritatis
eſſent,Cato nudari ĩ amphitheatro,
& dimitti iuſſit.ſed neſcio quid ſibi
velit. Eã aũt] pœnã exprimit Sueto
nius in Auguſto,cũ ſcribit,Pro cæte
ro delictorũ gñe varijs ignominijs
affecit,ut ſtare ꝑ totũ diẽ iuberet añ
prætoriũ interdũ tunicatos diſcin-
ctosq;, nõnunquã cũ decẽpedis, vel
ẽt ceſpitẽ portantes.Et hæc pęna,vt
id obiter dicã,continet corporis cor
rectionẽ,ut dicit Car.Flo.conſi. 94.
ſndeo ꝙ.b.in princ. † Sed vt redea-
mus,

Hinc quoq; largiter aduerbiũ pro multùm & abundanter ponitur, ut patet in l. vlt. C. de fal. cau. adiec. legat. Et apud Suetonium in Auguſto, cùm ſcribit, ne Græcarum quidem diſciplinarum leuiore ſtudio tenebatur, in quibus & ipſis præſtabat largiter. & M. Brutum in epiſtola ad Atticũ, quæ eſt inter epiſtolas Tullj ad ipſum Brutũ. Sed perſuade tibi de uoluntate propria mea nihil eſſe remiſſum, de iudicio largiter. [Et apud ipſum Tulliũ in oratione ad Equites Romanos, antequã iret in exilium, Tamen in animis, & memoria vnam largiter relinquam.] & apud Plautum in Epidico, Moſtellaria, Rudente, nõ ſemel, & Truculento. Et Iulium Cæſarem lib. j. commentariorũ belli Gallici. Neq; ſolũ domi, ſed ẽt apud finitimas gẽtes largiter poſſe. Sed & largè in eadẽ ſignificatione ſcribit Tullius in oratione pro Sexto Roſcio Amerino. Nõ pauca ſuis adiutorib⁹ largè effuſéq; donabat. Et Lucretius li. 5.

Quando omnibus omnia largè

Tellus ipſa parit.

[Et ſimiliter largitùs eodẽ quoq; ſenſu apud Afranium Poetam antiquum apud Nonium Marcellum. Quid lachrymas largitùs ꝓ loquõte, & Apuleiũ antiquitatis veluti renouatorẽ ad fin. lib. 11. eiuſdémque vlt. aſini aurei, inſtructũ teletæ cõparo, largitùs. Cæterũ] tex. in auth. vnde ſi parẽs. C. de inof. teſt. quam primò ĩmenſam donationẽ vocauerat, mox largitatẽ appellat. Et animaduertẽdũ eſt. l. noſtrã (quod iam diximus) eo verbo vſam fuiſſe in duobus locis, & ita quidẽ, ut ſimplicius ac breuiùs loqui potuiſſet per vnum verbum donandi, vergi gratia cùm primo loco dicit, fuerit donatione largitus, dicere potuiſſet, donauerit: & cùm poſtea dicit,

largitus fuerat,donauerat, ut non obſcurè intelligas,nō abs re bis largiendi verbo longiori verborū circuitu vſum fuiſſe,ut in ſimili tradit gloſſ.in cle.j.in uerbo, diœceſanis, de iure pat.& Domi.conſi. 34.graduatus,col.2.uerſicul. nec ſine miniſterio.

12 ¶†Nec prætermittenda eſt & alia rō, q̄ eſt Pet.Anch.in d.c. frequens de reſti.ſpol.lib.6.Nam accidentia non curātur,niſi adſint in toto, uel in maiori parte,ut dicunt Io.Mon. & Ioan.And.in d. c. frequens, per tex.in l.ſeruus legatus.ff.de leg.3. †Ex quo dicunt interpretationem. d.c.frequens æquam eſſe, cùm negat reum criminis poſſe vti exceptione ſpoliationis,niſi qui tota ſua ſubſtantia aut maiori parte illius eſt ſpoliatus.†Sicuti in ſimili non excuſatur quis à tutela, ratione litis aut controuerſiæ, niſi ea ſit de omnibus bonis,aut maiore eorum parte l.propter litem.ff.de excuſa. tuto.& §.propter litem,inſtit. eod. † Nec excuſatur emphyteuta aut conductor à ſolutione penſionis,niſi qui amiſit omnes vel maiorē partem fructuum,ut not.gloſ.in l.j.in verbo,particulare,& ibi doct. C.de iure emphy.& docto.in c.potuit,extrà de loca.†Nec dicitur iuſtus metus,niſi omnium bonorum, aut maioris partis.c.abbas,iunctis no.per Ioan.And.& alios ibi, extrà, quod met.cau.† Nec præſumitur alienatio facta in fraudem, niſi omnium bonorum ſit, aut maioris partis. l. omnes.§.Lucius.ff.quæ in fra.credito.cum ſimil.

13 Contrarivm † tamen, uidelicet quòd hæc l.habeat locum in donatione quæ eſt infra dimidiā bonorum,tenent & alij non infimę authoritatis,& ex ijs quidem multi,qui priorem partem tenuerunt. ij autem ſunt Bal.& Raph. Co.in l. Titia Seio.§. Imperator. ff.de leg. 2.Imo.in c.ulti.col.5.uer.ſed circa prædicta,extrà de dona.Rom.in l.ſi cùm in utero.[quam legit cum l.ſi cut certi,col.vlt.] & ibi quoq; Corne.ad fin.C.de teſt.mili.Pau. Caſt. conſil.435. ſuper hoc puncto, col. 2.uerſi.ſecundò facere uidetur,lib. 2.Alex.ſibi contrarius conſi.71.cōſideratis his,col.2.uer.nec ob. etiā lib.4.& conſi.162.viſis quę copioſè,col.j.lib.6.Fran.Areti.in d.l. Titius,col.4.ff.de liber.& poſth. Cor. conſi.11.in præſenti,col.9.uerſi.nā ex quo,lib.3.& conſi.30.in hac cōſultatione.col.3.uer.nam uerbum, lib.4.Barb.in l.2.§.& harum,col.2. ff.de uerb.oblig.& in repe. rubr.C. qui admit.char.vlt.Sozi.conſi.215. viſa prædicta facti contingentia. colum.3.verſi.ſtante ergo dicta quantitate.lib.2.quod & iterum repetitur in conſil.22.lib.4.Fran.Cur. ſenior,ſub obſcurè tamen.conſil. 50. memoriæ recolendæ dux,col. pen. verſicul.ſecundò ponderatis.Iaſ.in l.j.col.2.in 3.notabil. & ibi Philip. Deci.col.2.uerſi.ſecundò ad l. [& Franc.Ripa.col.2.nu.5.& 6.] C.de pact.& idem Iaſ.in d.auth.ex cauſa,col.4.uerſi.tertium dubium eſt. C.de liber.præter.& conſi.29.nunquam putaui,col. 2.lib.j. & Steph. Bertran. [ſibi contrarius.] conſil. 86.Chriſti,&c.viſis tribus, colū.2. uerſic.ſi uero,lib.2.[Caro.Ruin.cōſil.140.circa caſum,colum.3.nu.5. lib.4.Claud.Aquen.in l.j.col.2.uerſicu.no.quòd donatio.C.de pact.]

14 ¶†Mouentur maxima ex parte, quia hæc l.nō dicit ſimpliciter partem,ſed cū illa adiectione,aliquam. Ideo in qualibet parte etiam infra dimidiam poteſt intelligi, ſecundū gloſ.quam ſing. omnes penè aſſerunt,in cle.j.in uerbo,aut earū parte,ext.

te,ext.de for.cõpet. Quam præter eos,quos nunc citauimus, annotat & dicit ſin.Cardi.ibi,in.9.q.& etiã idẽ uoluit.Laur.Pau.Liaz. & Gẽz. & Inno. col.3.ibi. & Bal.in c.qm̃, quod eſt.3.& ibi etiã Philip. Dec. col.j.de teſti. vbi tamen Bal. eam gloſ. non allegat,dicuntq; uterque per illum tex. utentem his verbis, quibus de cauſa ſcire aliquid ſenſe ris. Quod ſatis eſt quantumcunq; modicum ad cauſam conferre. & idem Bal. [in l.antiquæ, in princ. verſi.ſecundo quæro.ff.ad S.C.Vel leian. vbi tamen nihil allegat, &] in c.j.§.cum autẽ,col.2.ver.quæro vtrum ſit differentia, & ibi quoq; Marti. Laud. & Card. Alex. poſt prin.ti. de contro. inue.ſiue, vt in aliis codicibus ſcribitur, ſi de inue. feu.contr.fuer.vbi & ad hoc Bal.al legat text.ibi. & in l.cũ filius.§.pa ter.ff.de legat.2.Pet.Anc.q ex hoc cõſuluit in pulchro caſu. cõſ.160. ꝓſupponitur ĩ themate,col.2.Imo. in l.plures.ff.de dam.infect. & in l. filio ꝑterito,col.8.verſi.& pro hoc facit.ff.de iniuſt. teſt. vbi ꝑ hoc di cit,† ꝙ licèt alias verbum circũſcri ptio, ſimpliciter prolatũ intelligatẽ de ea,q̃ eſt ex propoſito, per gloſ. ſing.in l.item ſi præcio.§.ult.ff.loca.quod & probatur,vt hoc illi addas,in l.exceptiones q̃ perſonæ,in fi. vbi id nũcupatim not. Soz. col. vlt.in 4.no.ff.de excep. & in l.j.cũ glo.in ver.circũſcriptis.ff.de reſti. in integ.& voluit etiã Card. Flor. conſi.20.cũ in teſtamẽtis,circa me diũ† Tamẽ cũ tex.in.§.ſinautẽ hæc obſeruata fuerint,in auth. vt cum de appel.cog.utatur his verbis,uel aliquã circunſcriptionẽ in parentũ ſubſtãtiis patiãtur, intelligitur de omni circũſcriptione, ſiue ex propoſito,ſiue ex reipſa, ꝓpter illã dictionem,aliquã,per gl. ſuprà alleg. & idem Imo. conſil. oĩum.j.col.3. verſi.ſed certè pōt dici. ubi ex hoc facit diſcrimen,cum quis ſimpliciter iurat non contrauenire, & cum addit hæc verba, aliqua rõne. Domi.in d.c.j.§.2.in fi. & ibi quoque Philip.Frã.qui illam gloſ.in d.cle. dicit ſing.de deci.lib.6.& vterq; in c.indẽnitatibus.§.cæterũ,in prin.ꝑ illum tex.de elec.eo.lib.& ipſe Domi.conſ.6.quia diffusè,col.2.ubi ẽt ad hoc allegat glo.in c.auaritiæ, in ver.pro parte: de elec.lib.6.quæ ta men nihil facit. & iterum conſ.65. Ieſu Chriſti &c.diſcutiã, col.pen. verſi.item ſub iſtis, vbi per eã glo. dicit,quòd dictio aliquis ſignificat diſtributionem & ſingularitatẽ. & Pano.in c.paſtoralis,in prin. paulo ante fi.de offi.deleg.vbi & Hoſtiẽ. ante eã glo.idẽ dixerat, & ibi quoque Feli.& Idem Pano.qui eã glo. iubet menti tenendam, in c. ſuper eo,in 2.not.& ibi Card.Alex.col.j. de eo qui cogno. con.vxor.ſuæ.& idem quoq; Pano. in ſua diſpu.incip. Augerio,col.7.verſ.puto tamẽ in caſu noſtro, vbi hoc trahit ad caſum.c.præterea de iure patron.vbi hæc verba adſcribuntur, vim aliquam decernimus non habere. ex quibus dicit apertè innui, nullius penitus eſſe roboris,nec habere ali quam particulam viriũ, per d.glo. [Rom. in l.plures, poſt prin.ff.de damn.infect.] & Alex.in addi.Bar. in l.ſi quis in ſuo.C.de inoffi.teſta. & cõſi.102. viſo themate ſupraſcripto,col.2.verſi.ſic etiam videmus, li.6.Barb.ĩ l.4.§.Cato,col.21.ver. mihi autẽ uidetur.ff.de verb.obli. vbi per hoc dicit,† quòd qui feudi partẽ etiam minorem dimidia alienat,cadit toto feudo,propter text. in l.imperialẽ poſt prin.ti.de prohi.feud.alienan.per Freder.ubi dicitur.ꝙ qui aliquam partẽ alienat,

cadit

cadit feudo, quod & idē tradit ipſe Barb.con.36. ſapiēter ſcripſit, col. pe.lib.2. vbi & illam glo. dicit ſingul. [de quo tamen uide quæ ſcripſi in tract.de utroq; retract. tit.j. §.23.gloſ.j.num.21. & 22.] Sed & eā gloſ. quoq; ſequitur ipſe Barb. qui & eam dicit valde ſing.cōſ.51. ſcripſit ſapiētiæ fons, col.14.verſi. præterea præfatū ſtatutum,li.j.ubi ex hoc dicit † ꝙ ſtatutū ita loquēs aliquo modo alienauerit, intelligitur etiā de impropria alienatione, propter illam dictionē aliquo modo,quæ diminuit de proprio ſignificato.Benedi. Cap.conſ.38.& ſi viſo & conſiderato.Corne.conſi.41. videtur ī hac cōſultatione,in prin. col.2.lib.j.vbi & hoc dicit,quòd licèt appellatione donationis ſimpliciter nō veniat donatio cauſa mortis,tamē ſi cū adiectione dictionis alicuius,proferatur, ita ampliatur donatio, vt quācunq; cōprehendat etiam cauſa mortis. & idem Corn. cōſi.91.uiſa narratione, col.7.ver. pōt etiā pōderari, eo.lib.j.& conſ. 195.in hac cōſultatione,col.5.uer. ideo licèt quando.eo.lib.j.[& conſi.158. pro deciſione, col.8. verſi. non ob.prima ratio, li.2.] & conſi. 225.antequam aggrediar, col.5.li. 3.& conſi.253. circa primum, col. 2.verſi.nec obſtant allegata, eo.li. 3.ubi & per hoc dicit, ꝙ ſi ſit prohibitum,ne fiat aliqua alienatio,intelligitur prohibita quæcunq; alienatio,etiam ad non lōgum tempus [& conſi.33.viſa inquiſitione,col. vlt.li.4.vbi ex hoc dicit†quòd ſtatutum puniens certo modo facientem vim aliquā, intelligitur de vi etiā impropria, propter illā dictionem aliquā.] & cōſi.107. videtur in hac cōſultatione, col.2.li.4.vbi & illud quoq; de donatione dicit. Philip.Frā.in c.indēnitatibus.§.cæterum,in prin.per illū tex. de elec. lib.6. [& Fran.Are.in l.planè, quā legit cum l.ſi pluribus.§. ſi ita Titio,in fin.ff.de leg.j.vbi eam gloſ. dicit not.] & Soz. conſi.112.multum abunde,col.6.lib.j.quod & repetitur in conſi.172.lib.2. & idem Soz.conſi.272.nō proſequēdo,col. 5.ver.ſeptimò iſta cōcluſio,eo.lib. vbi ad hoc dicit eā glo.not. & cōſ. 3.in cauſa domini Guid.col.3.ver. vnde reſpondeo, lib.3.vbi ex hoc dicit, ꝙ hæc dictio eſt vniuerſalis, & comprehēdit omnia.& cōſ.117. in facto proponitur, col.3.verſi.ſecundo dicit,eo.lib.3.vbi ex hoc dicit,quòd illa verba,aliquid impedimenti,verificantur in quolibet vel minimo impedimēto, & conſ.113. in cauſa Vbertini, poſt mediū,li.4. [Fely.in c.cum illorū,col.3.verſi. ſexto pōt limitari, ext. de ſenten. excōmunic. vbi ex ea gloſ.dicit† quòd licèt digitus nō ſit, nec dicatur mēbrum ſecundū Panor.ibi cū ſimi. hoc tamen fallit ſi ſtatutum ita loqueretur aliquod membrum, quia intelligeretᷓ de quolibet.Subdit tñ quod id nō affirmat.] Iaſ.in l. eum qui circa medium, in uerſi. tertiò pōdera.ff.de iurid. om.iud. ubi ex hoc dicit, qđ cum tex.ī ea. l.aſſerat†eū delegare poſſe, qui in ptāte aliqua eſt, ſatis cōſtat, ꝙ qui minimā ptātem hēt,pōt delegare, pp illā dictionem, aliquā, per glo. ſupradictā,quā dicit not. & approbatam,reprobatq; Fulgo.illic contrarium dicentē.idē Iaſ.in l.legitima, col. 3. verſi.ſecundo pondera tex.ff.de pact. ubi ex hoc declarat tex.ibi his uerbis utentē,aliqua lege,ut cōprehendat etiā legē improriè dictā .Idē quoq; Iaſ.in l.qui ſi liab⁹.§.ſi quis ita, col.j.ff.deleg.j. & in d.l. planè.§. ſi ita Titio ,in.7. no.eo.ti.& ī l.cætera.§.ſed ſi q̃s ad opus

optis,col.3.uerſi.item circa . eo.tit. [& in l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cùm ſtipulamur, col.2.verſi.tertiò principaliter.ff.de verb.obliga.& conſi. 53.in quæſtione vertēte inter filios, col.j.†quòd licèt cùm quis renūtiat alicui iuri ſuo, intelligitur tantùm de præſenti,per iura ibi allegata.Tamen ſi ſtatutum prohibeat renunciari alicui iuri ſuo, intelligitur de omni iure, etiam futuro,propter illam dictionem, alicui per d.gloſſ. quam dicit ſingul. & hanc dicit eſſe rationem marmoream] & conſilio.224. principale dubium, colum. 2.verſicu. tertiò iſtud ſtatutum, libro. 2.vbi ex hoc dicit, quòd terminus cui hæc dictio adiungitur, latè & contra propriam eius naturam intelligitur. & conſil. 130. inſtitutio ſancta, colū.3.verſicu.vnde aduertendum, libr.4.& Stepha.Ber. conſi.77.viſo proceſſu cauſæ.ad fin. libr.j.& conſil.100.viſis propoſitis, nume.8.libr.j.& conſil.13.licèt & olim, nu.6.libr.2.& Philip. Dec.in l.j.§.ſi quis, in 2.not.ff.quod quiſque iuris.& in authen.qui rem, col. vlt.C.de ſacroſanct.eccleſ.& in c.2. in 4.not. [& iterum col.3.nu.91.] ext.de fide inſtru. vbi ex hoc dicit †quòd ſcriptura priuata nō tantùm non facit probationem,ſed nec præſumptionem quidem, [aut cōiecturam,] per illum text.qui dicit,non videtur nobis alicuius firmitatis robur habere.nam illud verbum, alicuius,etiam in minimo procedit, & idem Deci. in l.j.col.[5.verſic.vis tota in hoc conſiſtit.] & ibi etiam Fran.Purp.col.51.verſic. primò ꝙ minores.ff.de offic.eius cui man.eſt iuriſdi.& idem Deci. in c.cæterùm, col.2.ext. de reſcript.[& in c.quoniam, in j.not.de teſtib.vbi ex hoc dicit in caſu eius.c.etiam eos admittendos, qui ſolùm facerent indiciū.]

& conſil.11.quoniam iudicantium, col.2.& verſ.ſecundò principaliter, & conſil.301.in cauſa quæ Ferrariæ agitatur, col.2.verſi.ſed tamen his non obſtantibus, & uerſi.ſeq.& cōſil.373.viſo conſilio,col. 2. vbi ex hoc quoq; dicit,quòd illa uerba, in aliquo officere,etiā in minimo præiudicio intelliguntur.& conſi.406. licèt à præclariſſimis,col.j.[& conſil.455.placet concluſio,col. j.uerſicu.ſecundò prædictum ſtatutum. & conſil.ſeq. conſului aliàs,colum. j.Carol.Ruin.conſil.133.quia iterū col.j.lib.j.vbi dicit hæc uerba, aliquo modo operatur,ut de diſpenſatione motu proprio facta intelligatur facta promiſſio.]& Matth. Afflict.in conſti.Siciliæ, incip. fratribus, col.5.in 5.not.& in conſt.inci. cultus iuſtitię,in 7.not.& Purp. in d.l.j.C.de par.& omnium, ut reor, primus Inno.in c.quod nonnullis, in fin.de priuileg.& Lud. Gome. in §.pœnales,col. 2.Inſti.de actio.[& Paul.Pariſ.conſi.56.nulla,col.j.nu. 8.lib.j.& Hiero.Gratus conſil. 112. prima fronte,col. 3.nu. 20. lib. j.] Quibus adde quæ dicā infrà in eadem glo.in uerſi.40.incip.adde prętereà,& in uerbo, reuertatur, nu. 224.incip.niſi dicas illud.

15 ¶†Et de hoc eſt bonus tex. quem pauci ad hoc expenderunt,in l.hanc legem.ff.de cōtra.emp.vbi ſi in uēditione dictum fuerit,ſi aliquid ſacri uel religioſi eſt,in uēditione nō comprehendi,id ad modica loca ꝑtinet, nam ſi totum ſacrum ſit uel religioſum,nulla eſt uenditio, uerū uenditor tenetur quāti intereſt ēmptoris,ut dicit gloſ.ibi. Et per illū text.dicit Oldr.conſi. 226. quidam epiſcopus,col.4.uer.ſecūdò vbi donatio,quòd dictio aliqua, arctat ſignificationem orationis ad rē modicam. Eſt & alius bonus tex.quem

etiam

etiam nullus illorũ pręter Dec. alle.in l.ſi ſeruũ.§.ait prætor.ff.de acqui.hęr. Ex quo not.Bar.Ang. & recentiores hanc huius dictionis, aliquid,eſſe naturã,ut in qualibet rei particula,& ita in minimo verificetur quẽ tex.ẽt ad hoc expẽdit ipſe Philip.Dec.in c.de appellationibus,colum.2.ver.primus eſt qñ diſpoſitio de appel.vbi per hoc dicit ſemper minimum eſſe conſiderandum, vbi diſpoſitio loquitur per hanc dictionẽ aliquid.& ex hoc quoq; dicit in ſeq.col.ver.vnde pro concluſione, † quòd pro minimo damno datur minori reſtitutio in integ. per tex. in l.minoribus.25.annis.ff.de min. vbi dicitur quòd minoribus ſuccurritur,cùm de bonis eorum aliquid minuitur.quod & idem aſſerit in c. maioribus,col.j.ext.de præb.Quãquam pleriq; omnes tenent contrarium,per l.ſcio.ff.de in integ.reſtitu.& c.j.iuncta gl. in uerb. detrimentum,ext.eo.titu.& in ijs Bar.& alij,in l.ſi proprietarius,in fin.ff.de dam.infect.Pan.& cõiter omnes in d.c.de appellationibus . & ipſemet Deci.in c.quoniam,poſt princi. de teſtib.& in l.cùm quid, in prin.ff.ſi cer.pet. & in d.l.j.§.ſi quis.ff.quod quiſq; iur.vbi hoc dicit eẽ propter ſubiectam materiam. Et ideo Inn. in c.coram,in uer.interlocuti, poſt prin.extr.de in integ.reſti. dicit ꝙ minor uel eccleſia non reſtituitur aduerſus interlocutoriam, per quã perimitur exceptio dilatoria , & ſequitur Bal.in d.l.ſcio.& in l. peremptorias,col.3. C.ſenten. reſcin.non poſ.Sed d.l.ſcio,procedit,ſi maiori ſummæ uel rei præiudicetur , ut illic etiam dicitur.Secus autẽ in alio minimo damno,propter quod non infertur præiudicium maiori ſummæ uel rei,puta in re quæ per ſe minima ſit.nam tunc reſtitutio competit,ut voluiſſe dicitur glo. & Alber.ibi qui tamẽ non allegant tex. in d.l.minoribus . Sed vt reuertatur,alius item text. eſt id probans quod diximus hanc dictionẽ in minimo procedere,in l.eorum. §.j.cũ dicitur,damni aliquid.ff.de damn. infect.iuncta.d.l.ſi proprietarius,in fin.princip.eo.titu.cùm dicitur,eadem erunt & ſi minimum damnũ detur,qui quidem text.à nullo hactenus ad hoc ſunt animaduerſi. Et alius quoque in l.ij. §.merito.ff.ne quid in loco publ.qui uerba prætoris quæ ſunt huiuſmodi, qua ex re quid illi damni detur,ita interpretatur,ut habeat locum qualequale damnum detur.Et ſimilis text.in l. 2.in prin.iuncto.§.ſi quis igitur. ff. ui bono.rapt.nam quod primùm dixerat, ſi cui dolo malo hominibus coactis damni quid factum eſſe dicetur,poſtea ita interpretatur,ut ſi quis intereſſe ſua vel modicè docebit,ſit locus illi edicto. [& tex. in l. Gallus.§.in omnibus,ibi ex aliqua re.ff.de lib.& poſthu. quem ibi ad hoc expendit Fran. Are.col.4. in j. not,iũcta.l.Papinianus.§.quoniam autem.ff.de inof.teſt.]Et facit tex. in ca.non poteſt.ibi, aliquod quantumcũq; modicum beneficium , de pręben.lib.6.quanuis & in contrariam ſententiam poſſet aliquo pacto trahi.& glo.in l.mulier.§. vlt.in fine.ff.de condi.inſtitu.quæ ad tex. qui dicit , quid legatum ſit, addit, etiam modicum.

16 ¶ † Et hanc ſignificationẽ non obſcurè inſinuauit Fabius Quintilianus vir proprietatũ ac naturę verborum doctiſſimus, cùm ſcribit in proœmio oratoriarum inſtitutionũ , Quare in his quoq; libris erũt eadem aliqua,multa mutata, plurima adiecta. Nam vides illic aliqua, multa,& plurima,veluti per gradus

poſita vt.ſ. aliqua pauca ſignifiet, ad differẽtiam multorum & plurimorum,quæ mox ſequũtur,declarat.n. Fabius pauca quædam eadẽ fore.multa aũt mutata,ſed plurima adiecta.Et Tullius Philipp.13. Proximo bello ſi aliquid de ſumma grauitate Pompeius,multum de cupiditate Cęſar dimiſiſſet,&c.Nam & hic,aliquid & multum veluti oppoſita ponunt.Sed & idẽ antè, Philip. ſcilicet,2.Sed cùm mihi,inquit, P. C.& pro me aliquid,& in Antoniũ multa dicenda ſint. &c. [Et lib.j. Officior.non multò poſt prin. Sed cũ ſtatuiſſem ſcribere aliquid hoc tempore, multa poſthac, &c.] Et Plinius iunior li.8.epiſtolarũ in 2. eius lib.epiſtola.Præterea cũ reputarem quoſdam ex debito aliquantum,quoſdã aliquid,quoſdam nihil repoſuiſſe. vbi planè conſtat illud aliquid,ſignificare minus quippiã, quod non longè à nihilo diſtat.

[Quin Donatus quoq; & ipſe obſeruantiſſimus proprietatis verb. ſuper eũ locũ Terẽtij in Eunucho,

Perfice hoc precibus,pretio,ut hæream in parte aliqua tãdẽ apud Thaidem. hęc ſcribit, non enim parte dicit,vt æqua intelligatur].

17 ¶†Et huc ſpectat, ꝙ hæc dictio, quicquam,quæ eandẽ,vt omnes intelligunt, ſignificationem habet, quam dictio aliquid, in quantumlibet modico habet locum. id quod planè ac dilucidè intelligitur ex iis quæ de ea ſcribit Guil.à monte Laud.in extrauag.ſuſcepti regiminis,in ver.& ſi quicquã,ne ſed. vacan.Nota,inquit,verbum quicquã legitur in Euãgelio Io.14.in fine. In me non habet quicquam. & in ca.quia ſæpè,de elect.li.6.ibi,Quicquam de bonis perceperint,&c.Et ſic nihil excipitur, imò quantumcunque modicum fuerit quod vſurpatur per iſtos, contra ordinationem prædictam vſurpans, iuxta cõditionem ſuam pęnas inſcriptas incurrit,ar.c.ſolitæ.in fine. de maior. & obed.Hæc ille. † Et facit etiam quod de dictione,aliquandiu, ſcribunt doctor.in c.2.de reſtitu. ſpolia.lib.6.& Lapus & Domi.in cap. commiſſa.§.annus,de elect.eo. lib. & Domi.conſil.78.formantur iſta. colum.vlti.[†Et de dictione, quippiam,quæ eſt iis ſimilis,tradit Donatus enarrans illud Terentij in Andria.

Num illi moleſtæ quippiam hæ, ſunt nuptiæ?

Quippiam(inquit)ſignificationem minimæ rei habet.]

18 ¶[Tamen aduertendũ eſt, lector, circa huiuſmodi appellationẽ partis ſimpliciter,aut cũ illa adiectione alicuius,nõ oĩno eſſe perpetuũ, ut partis appellatione ſimpliciter veniat dimidia,& appellatione alicuius partis veniat pars minor dimidia. Nã quãtum ad primum pertinet,videmus nonnunquã appellatione partis totũ contineri,vt in l. cohæredi.§.non videri, vbi id not. Alc.ff.de vulg.& pup.ſub.& in l.Lucius.§.ſi filiã, & ibi gl.in ver.dimidio.ff.de leg.2.& in l.vxori, in prin. ff.de leg.3.ubi gl.dicit illud procedere ꝑꝑ incertitudinẽ. quod & nota.glo. in d.c.2.§.j.de deci.[& ibi Domi.ad fi.]lib.6. Paul.autem Caſtr.conſ.180. ſuper eo quod primo loco quæritur,col.2.lib.j.dicit hoc procedere,cùm eadẽ eſt ratio.& facit etiam tex.in l.2.& ibi Ale.Corn. & Iaſ.C.de hær.inſti.Nonnunquam etiam maior pars dimidia ea appellatione intelligitur, vt in l.j.iuncta glo.in ver.particulare,quam omnes ſequuntur. C. de iur.emphy. Nonnunquam denique minor dimidia, atque etiam minima portio; vt in d.c.

d.c.auaritiæ, iuncta gl.in ver. pro parte,& Domi.ibi, de elect.lib.6.& in c.j.verſi.deniq;,de cenſi.eo.lib.6. ubi & hoc no.Domi.in 2.no.dicitq; hoc eſſe,quia ita de mente loquentis conſtat.quod & idem dicit ipſe Domi.in c.2.§.j.in fin.de deci.libr. 6.Et in idem eſt tex.in l.ſi qui, iuncta gl.in ver.immenſa,quam ſequuntur doc.ibi.C.de poſtulan. & in c. cùm autem,tit.de controuer. inue. vbi Card.Alexan.dicit in eo.tex.ob id minimam partem appellatione, partis ſimpliciter intelligi,quia iam fuerat facta mentio mediæ partis ad quod etiam allegat.l.filius.§.pater. ff.de leg.2.At Philip.Dec.in l. creditori,in prin.C.de pact. aſſerit, quod ſi neceſſe ſit hanc partis appellationem de certa quadã parte intelligi, de dimidia intelligitur, Sed ſi non vrget neceſſitas, tunc de qualibet parte intelligitur.per tex.ibi cum ſimil.Idem in l.j.in 3.nota.C.de Carbo.edic.dicit hanc partis appellationem de dimidia ſuapte natura intelligi,ſed tñ interdum aliter accipi ob ſubiectam materiam,per d.l.nomẽ. §.patronus.ff.de ver.ſig.& d.c.2.in prin.& §.j.de deci.li.6.Quod & idẽ dicit Iaſ.in l.planè.§. ſi ita Titio, col.2.ver.ſeptimò no.ff.de leg.j.

19 ¶ † Cęterum in hac re Raph.Co.in l.de pupillo.§.qui nũtiat.ff.de nou. ope.nunc ſubtiliter admodũvt alias ſemper,ita voluit diſtinguere, vt cũ agitur de parte intellectuali,& ſic in uiſibili,tunc appellatione partis venit dimidia.Secus cũ agitur de parte viſibili.tunc.n.non magis accipitur pro dimidia,quã pro alia. Ideò ratione ĩcertitudinis debet fieri clarior declaratio,de qua parte intelligatur,per tex.ibi. Quã diſtinctionẽ corruptè,& inuersè retulerunt Iac. Put.& Hier.Tort.ibi, ſed eam uerè adſcripſit Iaſ.qui pro illa poſteriori parte diſtinctionis allegat.l. domũ. ff.de cõtrahen.empt.Sed cõtra prioré allegat alium tex.in §.vl.in ver. partem,iuncta gl. Inſtit.de vulg.ſub ſtitu.& tandem relinquit cogitandum;vt iam nõ mirum ſit quod ſcribit Bal.conſi.326.acturus petitione hæredita tis,col.j.li.2.quod nomen partis in iudicio prolatum ſimpliciter eſt obſcurum,& dicit id ſcripſiſſet glo.in l.Pomponius.§.ſed criminis.ff.de procur.quam tamen gl.inuenire non potui, nec ẽt ibi eſt.§. qui ſic incipiat,ſed credo illum voluiſſe allegare glo.in §.ſed & is qui. in eadem.l.quę voluit quod appellatio rei meæ eſt incerta,niſi adiiciatur pro quota parte. quod parum aut nihil huc facit.Sed pro Bal.ſunt multi tex. uidelicet in l.is qui ſeruũ ff.ad leg.Cor.de fal.ibi.parte dimidia bonorum, quaſi.ſ.obſcurum, & ambiguũ fuiſſet,de qua parte intellexiſſet,niſi adieciſſet dimidia.& ſimilis tex.in l.ſed & ſi lege.§.adeo in fi.ff.de peti.hære.& in l.Iulianus ff.de bo.liber.& in l.j.§.vlt.ff.ſi tab. teſta.& in l.j.§.j.in 2.locis.ff.de Salui.interd.& in l.j.§. cõmunis.ff. de ſtip.ſer.& in l.ſenatus.§. ſenatus.ff. de iur.fiſci.& in cle.2.§.illi verò qui dignitates,de æta.& quali.vbi tamẽ ex hoc no.Car.Flo.in 9.no.ꝙ qñq; exprimitur id quod ſubintelligitur nõ expreſſum idẽq; reperitur & in alijs ſexcentis locis. Quibus concinens Suetonius in Iulio Cęſare,Comitia,inquit,cũ populo partit⁹ eſt, vt exceptis cõſularus cõpetitorib⁹, de cætero numero cãdidatorũ ꝓ parte dimidia,quos popul⁹ vellet,pronunciarent, pro parte altera quos ipſe dediſſet. Et Tullius in oratione ꝓ Q.Roſcio Comœdo ſæpius partẽ dimidiam dicit.& Quintilianus,ſi is eſt,decl.2.Vt ſibi,inquit,crederetur promiſſam dimidiã partẽ bonorum.

Niſi diceres his in locis & ſimilibus adiectam fuiſſe dimidiæ mētionem ad certiorem rei expreſſionem, vt plerunque fit ex ſententia glo. in c. licèt canon, in gl. j. de electio. lib. 6. & dicemus latius infra in verb. reuertatur, nu. 26. incip. ſed quod his reſpondeatur. Nā & videmus quoque nōnunquam ad partem aliquā adiici paruulam, vt in l. habitatores, in prin. ff. loca. vbi ita ſcribitur, aliquam partem paruulam incommodi ſuſtineret.

20 ¶ † Quòd ſi plura ſcire velis de huiuſmodi partis appellatione, vide tex. glo. & doc. in l. rectè dicimus. §. quod Quintus Mutius. & ibi gloſ. & doc. ff. de verb. ſig. gl. in §. adeo, in verb. particularis, Inſtit. de loca. gloſſ. in c. j. in verb. de portione, tit. de conten. inter me. & doc. & Albe. in ſuo dictio. in 2. locis. Bartol. & Bald. in l. ſi plures. ff. de dam. infect. Lucam Pen. in l. 2. col. 2. in ver. partes. C. de metat. libr. 12. [vbi dicit ex Iſidori auctoritate partem dici à pari.] & Imo. Alex. & Iaſ. in l. cohæredi. §. non videri. ff. de vulga. & pupil. ſub. Pau. Caſtr. conſi. 430. ſi quæritur, col. vlti. libr. j. Ioan. Plat. in l. meminimus, col. j. C. quan. & qui. quarta pars, vbi etiam diſſerunt quid veniat appellatione particulæ. Alexan. in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffic. teſta. & in l. 2. in princip. poſt Barto. ibi, in j. nota. C. de hære. inſtitu. Iaſ. in l. & ſi poſt tres, col. 2. verſic. limita concluſionē. ff. ſi quis cau. & in l. pater. quæ eſt. 2. totius titu. col. j. verſic. adde & fortiùs. C. de hære. inſti. & Philip. Dec. in l. j. in 3. not. C. de Carbo. edic. [& conſil. 69. viſis duobus conſilijs, col. pen. poſt princip. & iterum col. 2. verſic. non obſt. allegata.] & Philip. Fran. in d. c. 2. §. primo, in vlt. not. de dec. lib. 6. & Alcia. in l. appellatione rei, ff. de verb. ſig. † Quid autem veniat appellatione duarum vel trium partium. videbis per Bartol. in l. interdum. §. j. ff. de here. inſti. & in l. codicillis. §. vlt. ff. de vſufru. lega. & Pet. An. & Domi. in d. c. indemnitatibus. §. ſi verò, de ele. lib. 6. & Pan. in c. cùm homines, in j. not. ext. de dec. De verbo autem partiri, vide Luc. Pen. vbi ſuprà. & Domi. conſi. 20. Chriſti nomine inuocato mihi videtur, col. vlti.

21 ¶ † Sed vt redeamus, quantum ad ſecundum, videlicet appellationem alicuius partis, videmus etiam eam appellationem non poſſe interdum intelligi de modica parte, vt in l. Gallus. §. in omnibus, in verb. ex aliqua parte. ff. de liber. & poſt. ubi dicitur, quòd filiusfam. ex aliqua parte inſtitui debet, quod ad minimum de tota legitima intelligitur, ex iure. ff. de quo ea. l. loquitur, per l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ff. de inoffic. teſta. licèt hodie per noua iura aliud ſit ſtatutum. l. omnimodo. C. eo. tit. Sed Iaſ. in d. §. in omnibus, in 3. not. poſt Franc. Aret. ibi, quem tamen ipſe ſubticet, dicit quòd illud ideo eſt ꝓpter ſubiectā materiam, arg. l. ſi vno, in princ. ff. loca. & nihil propterea dicit. Sed ille ipſe in l. j. in 3. not. C. de pact. de eadem re loquens, poſteaquam & hoc quoque ſubiectæ materiæ aſſignauit, confeſtim ſubdit id non eſſe realirer reſpondere, tamen Cor. loquens in caſu noſtræ. l. conſi. 15. ex quo dictus Franc. col. 4. ver. quod uerbū, lib. j. dicit in hac re reſpiciēdā eſſe ſubiectā materiam, ut ſecūdum illam dictio aliqua, uel addat & ampliet. ut uidelicet intelligatur de minima quoque parte uel etiam nihil addat, ſed relinquat partis appellationem in ſua propria ſignificatione. Et idem dicit ipſe Corne. conſil.

conſil.2.dubia ſatis,col.3.& 4.lib.3. & S ozin.conſil.54.uiſo inſtrumento,col.4.uerſic.ſecundo loco,lib.4. ubi ex hac diſtinctione reſpondent ad dictionem,aliquã, hic in noſtra.l.poſitã,ut uidelicet propter ſubiectam materiam non ampliet,ſed relinquat dictionẽ,partem,in ſuo ſenſu proprio.Et ijs concinit quod tradit Card. in d.cle. j.in 9.q.de for. comp.intelligens quod dictum eſt, dictionem hanc aliquam,de quocũque minimo intelligi,dummodo ſit aptum illud minimum ad effectum, de quo quæritur,& ſequitur Sozin. in repe.l.quod dicitur,col.4. verſi. ſextò contra iſtam cõcluſionem.ff. quis & à quo appel. Et ſi plura ſcire uelis de natura huius dictionis, uide inferiùs uerſic.37.incip.finem huic glo.cum ſeq. uſque ad fi.[Sed ita ut nõ omittas tex.in l.ſi poſt pubertatem.ff.de tut.& ratio. diſtra. ubi ita ſcribitur,aliquo tempore,licèt breuiſſimo.]Sed quantũ ad hũc locũ pertinet,ego nõ uideo quamobrem materia huius l.ſit ſubiecta huiuſmodi interpretationi, ſed potiùs contrariæ ex ueriſimili mente donantis, quam ſemper ueluti ſcopum.l.noſtræ intueri debemus.

22 ¶†Ideo ulteriùs progrediẽdo ad defenſionem poſterioris op.quæ dicit hanc l.procedere in donatione minoris partis,q̃ dimidiæ, non obſtat uerbũ largiẽdi,quo bis uſa eſt.l.noſtra, quia non ſemper ſignificat ingentem effuſamque donationem, non magis quàm uerbum donandi, quippe cùm utroque uerbo leges noſtræ promiſcuè pro eodem utuntur,ut in l.& ſi de tua, & in l.ſi filij tui.C.de dona.inter uir.& uxo.quæ primùm donandi uerbo utuntur, deinde & largiendi, in eodem caſu. Id quod ſæpiſſimè facit Cõſtantius, cuius hæc.l.eſt, in alijs ipſius legibus,ut in l.res uxoris.C.eo.tit.& in l.cùm ueterum, & in l.ſi à ſponſa. C.de don.ante nup. in quibus eandem liberalitatẽ nunc donandi aut donationis appellatione, nunc largiendi aut largitionis uſurpat.& in l.j.C.de quad.præſcrip. ubi donationem uocat largitatem.Et plerũque idem imperator ea loquẽdi forma peculiariter utitur, ut pro donare largiri dicat,etiam in re modica,quod uidere licet in l.ſi à ſponſo C.eo.de dona.ante nupt. Alibi aũt. uidelicet in l.ſi mater.C.de inoffic. don.Dioclet.& Maximianus Impe: qui ipſum Conſtant. præceſſerunt, hoc uerbum uſurparunt in donatione, quæ dimidio quartæ partis totius minor eſt.Quin in l.matre. C. de natura. liber. Arcad. & Hono. Impe.qui paulò poſt Conſtantium imperarunt,eo uerbo utuntur.cùm de ſemuncia loquerentur, quæ pars eſt 24.totius aſſis: vt hinc facilè intelligas id verbũ de re modica vſurpari,cùm & quarta pars totius dicatur minuſcula.l.ſi quis ĩ ſuo ĩ prin. [& ibi Bald.in princ.]C.de inoffic. teſta.[& minima,in l.ulti.C.quando & quib.quarta pars.]Neque.n. imperatores ſemper propriè loquũtur, ut dicemus in uerb.ſuſceperit liberos,in prin.Quin & Tullius proprietatis uerborum obſeruator diligentiſſimus,nonnunquàm eo uerbo in ſimplici ſignificatione donandi aut munerandi uſus eſt, ut cum ſcribit lib.2.de Inuentione.Itaque tanquam cæteris non ſit habitura quod largiatur, ſi uni cuncta conceſſerit,aliud alij commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur. Idem in oratione pro Cornelio,Balbo,Nimium,inquit,parcus in largiẽda ciuitate.In quib⁹ uerbis duo sũt in hunc locũ maximè annotãda Primũ,ꝙ largiri ciuitatẽ uocat donare ciuitatem,

ciuitatem,id eſt,donare aliquē ciuitate,ſiue eum ciuem efficere.Nā de ea re in tota illa oratione agit.Quæ verba ex ſua natura habēt ſimpliciter vim donādi,deinde ꝙ dicit parcū in largiēdo,qđ dici non poſſet,ſi largiri effusè donare ſignificaret. Nam ea verba alioqui malè cohærerēt,ſecumque pugnarēt.Quin & iuriſconſulti noſtri largiri pro concedere ſimpliciter dixerunt,vt largiri tp̄s,in l. ſi filius.ff.de minor.Et Tullius ī Catone maiore.Quòd ſi quis Deus mihi largiatur,vt ex hac ætate repueraſcam.Quin idem in v.in Verrem actione vtrunque iunxit:tñ ego,ait, hoc quod ferri nego poſſe, Verri iudices concedo & largior.Et in l.j.C.de impo. lucra.deſcrip.qđ primo loco per verbū largiendi dixerat,ſecundo loco verbo cōcedendi expreſſit.Sed & in priore loco notandum eſt,quòd his verbis utitur, quicquàm de ſuis opibus largitur At ſuprà nu.17.docuimus eā dictionem,quicquā,etiam de minimo dici.Et vt nōnihil adferam ex promptuario iuris Canonici, text.habemus hoc verbo,largiendi, vtentem in centeſima parte totius,in c.apoſtolicæ, ext.de donat.aduocatq; is tex.canonem,qui de eadem re loquens non eo verbo largiendi. ſed donandi vtitur,videlicet in c.bonæ rei.12.q.2.vt hinc quoque intelligas nihil apud nos hæc verba differre.Et alibi ſæpè videmus in eo iure largiri pro conferre ſiue concedere ſimpliciter ītelligi,vt in c.quia nōnulli,in fi.ext.de cle.non reſid.& in c.de multa,ext.de prēb. & in c.abbates, de priuile.lib. 6. vbi dicitur elargiri benedictionem, & in cle. edudum.ver.uerū,de ſepult.vbi non ſolùm id verbum de quarta eius rei de qua loquitur.ſed & de re neceſſaria dicitur,quam ſcilicet quis velit, nolit, dare debet: vt hinc poſſe intelligas id uerbum pro dandi verbo accipi, & rem quamcunque comprehendere.[Ex hiſque fit, vt largiri idem quod permittere ſiue pati ſignificet.l.ſi cui legata,ibi, ſi largiatur portio.ff.de fideicōmiſ. liber.& in l.accuſationis,ibi, ſi tp̄a largiantur .ff.de adulter. & in hac eadem ſignificatione verbum pati, ponitur ī l.generaliter.§.quid ergo, ſi plures,ibi,pretiū patiatur,eo.ti.].

23 ¶†Denique non deſunt qui tantam inter noſtros legum interpretes controuerſiam in hac donationis ingentis aut modicæ differentia, hoc modo componere conantur,vt videlicet donatio facta liberto, etiam infra dimidiam partem bonorum, reuocetur ſuſceptis poſtea liberis: extraneo autem, non reuocetur, niſi quæ æquat aut ſuperat dimidiam partē. Et ita refert Corne.d.conſil.15.col.4.lib.j.reperiſſe ſe quendam præclaram doct.di. ſtinxiſſe, prout etiam certè diſtinxit Ang.Perig.in l.Titia Seio.§.imperator.ff.de leg.2.quem nuncupatim refert ipſe Cor.d.conſi.4.colū. 3.lib.item 3.vbi prēterea dicit hoc ſe non abſonū reputare.Et ita quoque dicit fuiſſe reſponſum à doctiſſimis uiris & Sozi.d.conſi.53.colū. 4.uer.& ad tex.lib.4.vbi etiam dici hoc poſſe defendi, licèt non ſit de mente doct.com muniter.

24 SI EAM OP.† teneas,quæ pluribus viſa eſt cōior,ut videlicet hēc l.habeat locum in donatione infra dimidiam,ita ēt intelligas procedere,modo res donata non adeo ſit uilis æſtimationis,ut veriſimiliter donans non deſtitiſſet à donatione ꝓpter cogitationē liberorū. vt ſubobſcurè voluit Pau.Caſt.in l.j. C. de poſt.hær.inſt.iungēdo locum in quo alleg.hāc legē,ei quod antè di

xerat,

xerat, & expreſsè ante eũ Ang.in §. ſiue igitẽ,col.6.uer.2.caſu,in authẽ. vt cũ de ap.cog.[& Imo.in d.c.vlt. col.5.uerſi. circa prædicta tñ ex̃ de dona.& voluit quoq;] Io. Bap. Cacia.in l.ſi cũ uel in utero, & in l. ſicut certi.C.de teſt.mil. vbi ita dicit vidiſſe iudicatũ in ciuitate Senarum.& Cor.conſi.206.uiſo ſupra ſcripto themate,col.8.ver. concurrit ẽt,li.3.ubi ita dicit ſe pluries cõſuluiſſe cum aliis docto.egregiæ famæ Senis.& Sozi.in l.cũ auus,tũ alibi,tum col.56.in 8.q.ff.de condi. & dem.& conſi.147.viſa facti contingentia,col.pe.uer.principaliter, li. j.& conſi.215.uiſa prædicta facti cõtingentia,col.3.uer.ſtante,ergo, li. 2.quod & repetitur in conſi.22.lib. 4.vbi etiam dicit ita fuiſſe conclusum,cũ qõ uerteretur in ciuitate Senarum, & hoc eſſe de mente Ange. in hac l.& idem Sozin. conſi. 20. in facto præſupponitur,col.vl.lib.3.& conſil.93.teſtamentum præmiſſum col.pen.verſi.& ſecundum hanc, li. 4.ubi ita dicit fuiſſe conſultum per omnes doct.Peruſi.& per quoſdam Senenſes,& fuiſſe in hanc ipſam ſententiam Senis iudicatum.& Philip. Deci.& Alcia.in l.j.ille,colũ.2. hic in uer.ſuſtulerat, in fin.C.de pact. & ibi quoque Franc.Cur.iunior colum.2.& ſequen.nume.8. & 9. vbi refert Curt.ſeniorem patruum ſuũ conſuluiſſe hanc l.non habere locũ niſi ad minimũ doneẽ quarta pars. [& Carol.Ruin.conſil.94.uiſa renũtiatione, colum.8. nume.19. lib.j. & conſil.173. quæritur primò, colum.6.uerſicu. nec obſtat inſuper, eodem lib.primo,& d. conſil. 140. col.3.lib.4.]

25 ¶†Et in ſimili licet per authenti. ex cauſa.C.de liber.præteri.nõ cõſeruantur legata facta in teſtamento,in quo poſthumus aut etiã iam natus fuerit ignoranter præteritus, ſecũdũ opi.Bar.& aſſeclarũ tamen hoc tantum procedit in legatis tã magnis,vt veriſimiliter teſtator nõ feciſſet,ſi de poſthumis, aut iam natis cogitaſſet.Secus in paruis, quæ etiam feciſſet cogitans de illis, vt ſentit ipſe Bar.in l.filio præterito, col.4.verſic. præterea hoc perſuadet.ff.de iniuſt.teſt.& apertiùs Bal. in d.auth.ex cauſa,col.3.verſi.item non obſtat, & ibi etiam Pau.Caſt. col.2.& Corne.col.11.verſi.quintò fortè fallit.idem Bal.in l.Titius, in prin.& ibi etiam Fran.Are.col.vlt. ff.de lib.& poſt.Ang.hic, & in d.§. ſiue igitur,col.4.verſi.finaliter dici poteſt,ĩ auth.vt cùm de appel.cog. Pau.Caſt.in d.l.j.C.de poſth.hære. inſt.& conſ.20.clarum eſt teſtamentum,in fin.lib.j.& Alex. conſil.50. circa primam dubitationem,col.4. in fin.& col.ſeq.lib.6.Franc.Aret. conſi.92.uiſo legato,col.4.& iterũ conſi.ult.in primo dubio,Barba.in repeti.l.cùm acutiſſimi,col.45.uer. pone teſtator.C.de fideicom.Sozi. conſi.93.teſtm̃ præmiſſum.col.ult. uerſi.ex quibus omnibus, lib.4.

26 ¶†Id quod haud dubiè uerum eſt in caſu.l.noſtræ,quia, ut ſuprà diximus in præfatione.l.noſtrę,in uerſ. 188.incip.nec ſolùm ceſſat,non habet locũ hæc lex,cùm ueriſimiliter donans.ſi cogitaſſet de liberis,nihilominus donauiſſet,utpote ceſſante rõne huius l.Et ideò ſunt & præter eos,quos nup citauimus,qui ſimpliciter tenẽt hanc l.non habere locũ in re quapiam modica.Ita enim tenent Io.Fab. & Ang.hic,Imo.in c. ult.col.5.uerſi.ſed circa prædicta,& ibi etiã Bened.Cap.extra de don.& Alex.conſ.71.cõſideratis his,col.2. lib.4.& cõſi.162.uiſis quæ copioſè, col.j.lib. 6.Corne.conſi.15.ex quo dictus Franciſcus,col.4.uerſi.quia quando

quando feciſſet,lib.j.& conſil.194. videtur in pręſenti conſultatione, in multis locis,lib.3.& conſ.206.viſo ſupraſcripto themate,col.8. ver. itaq; eſt aduertendum, & colũ.ſeq. uerſi.concurrit etiam,eo.lib.3. ubi ita dicit ſe Senis cõſuluiſſe, vnà cũ aliis egregiæ famæ doct.Sozin.in d. l.j.col. 2. uerſic.& ſic colligitur.C. de pact.& conſil.215.viſa pręd icta, col.2.lib.2.Philip. Franc. in c. frequens.§.illum,in primo no.vbi nõ obſcurè ſentit hanc legem tum demum ꝓcedere,ſi donata fuerit nõ tantùm maior pars bonorum, ſed etiam ſi magna pars.& Iaſ. in l. generaliter.§.j.col.4.in fin. 5. limitationis.C.de inſt.& ſubſt.Phil. Deci.conſil.366.pro declaratione, eo lum.4.uerſi.in ſecundo dubio. [& conſil.581.uiſo puncto,col.2.uerſi. non obſtat.] Steph.Bert. conſi. 83. Chriſti,&c.viſis tribus, colũ. j.li.3. Quod non ob aliud fit,quàm quòd pręſumitur donans rem paruam veriſimiliter eam etiam donauiſſe, ſi cogitaſſet de liberis, ut in ſimili quoq; dicit Bart.in l.demonſtratio §.quod autem,in q.4.& ibi poſt eũ Imo.ff.de condi.& demon.

27 ¶†Et hoc ita nonnulli intelligunt & interpretantur, ut ſaltem donatio ſit uſq; ad quartam partem bonorum donantis,ex mente Bald.in l.Titia Seio.§.Imperator.ff.de leg. 2.& eius[diſcipuli.]Imo.in d.c.vlt. de dona.& id apertè expreſſéq; voluit Fran.Cur.ſeni.vir non infimæ apud noſtros auctoritatis,conſi.omnium primo, circa primum prima fronte,col.6.ver.& ſaltem ſine dubio. Quibus vt non aſſentior omnino,dum tam exactè & anxiè rem ipſam circunſcribunt: ſic nec probo ſententiam Fran.Are. non leuis etiam iuris interpretis,in l. Titius, in princ.col.4.ff.de liber. & poſth. aſſerentis ſimpliciter hanc l.noſtrã hẽre locũ i donatione rei modicę, ſine vllo modicitatis diſcrimine.

28 ¶†In huius autem rei conſideratione,vtrũ videlicet res donata dicenda ſit modica, ut hæc l.locũ nõ habeat,aut habeat,id certè relinquitur arbitrio iudicis, qui conſiderabit quãtitatẽ rei, & qualitatem perſonarum,donantis.ſ.& donatarij,& an ſint coniuncti,néene, & in quo gradu,ut uoluit Ang.hic, & expreſſiùs in d.§.ſiue igit,col.4. in aut.vt cũ de app.cog.per not.in l.cũ alien. C.de leg.Et in ſimili caſu Pau.Caſ. & Iaſ.in auth.ex cauſa.C.de lib.præte.& Barb.in rep.l.cùm acutiſſimi, col.45.C.de fideicom.†Conſiderabit item iudex ex ſñia Corn. conſi. 4.dubia ſatis,col.4.uer.cùm igitur in caſu noſtro,lib.3.vtrum.ſ. donãs vnum tantùm,an plures liberos ſuſceperit,ac vtrùm maſculos, an fœminas. Nam veriſimiliter quis ita non retraheretur à donando propter vnicum filium, quàm propter multos,ut eſt bonus text.quẽ tamẽ ipſe non allegat,in l.ſi filiæ.ff.de lega.3.quem in hoc caſu noſtro expendit Fran.Are.conſi. 92.viſo legato facto,col.4.uerſi.quid enim ſi hereditas. Igitur vt redeamus ad Cor. magis diſſuadent à donando plures filij,quàm vnus tantùm, & maſculus q̃ fœmina. Nã filiæ ſolet ſufficere dos congrua, ex qua põt honorabiliter,ut ipſe Corn. loquitẽ viuere, ſecundum ſtatum ſuæ perſonę,ut docet experientia. c. q̃ ſit, de elect.lib.6.† Et congrua dos in dubio ea dicitur,quę legitimæ reſpondet,ut voluit Saly. in auth.res quę.C.com.de leg.cum aliis cõcordã.quas tibi nuncupatim adſcribemus infra in uer.ſuſceperit liberos ver.92.incip.quòd ãñt filia. Igiẽ ſi ex reliquis facultatibus, q̃ ſunt prę-

ter res

ter res donatas,filia cōgruè ſit dota ta,vt hinc poſſit honeſtè viuere,debilitat illa pſumptio,quòd noluiſſet pater donare,ſi cogitaſſet đ liberis. Et idē ī hoc caſu poſtremo đ filia cō ſuluit Pau.Caſt.cuius Cor.non meminit,conſi.15.incipiendo à ſecūdo qſito,col.3.verſi.facit ēt multū,lib. 2.& ante vtrūq; Ang.hic, cuius tamen neuter mentionem facit. [& nouiſſimè Carol. Ruin.conſil.124. videtur,ad fin.lib.j.]

29 ¶†Et id quidē generale eſt & perpetuū,vt id relinquatur arbitrio iudicis,ſitne tantì res donata, vt veriſimiliter ipſe donans eam rem nō donauiſſet ſi de liberis cogitaſſet, an verò contrà non tantì: vt præter eos quos ſuprà citauimus, voluit etiam Sozin.d.conſil.215.viſa prædicta facti contingentia,col.2.verſi. ſtante ergo dicta quantitate, lib.2. quod & errore librariorum iterum repetitur in conſi.22.lib.4.rurſumque idem Sozin.conſil.20.cuius caput eſt, in facto præſupponitur, in fin.lib.3.& Alciat.in l.j.in verſi.ſuſtulerat,in fin.C.de pactis.

30 ¶†Sed & idem in caſu.d.authen. ex cauſa.C.de liber.præter.cùm videlicet quæritur iuxta ſententiam Barto.& ſequacium,ſi teſtator non cogitans de poſthumis,aut ignorās ſibi liberos eſſe,legata quædam reliquerit,vtrum legata ſint eiuſmodi, vt ea nihilominus reliquiſſet, etiā ſi cogitaſſet de poſthumo, aut ſciſſet ſibi eſſe filium, an verò contrà veriſimiliter non reliquiſſet, id etiam committitur arbitrio iudicis,vt præter & ante Pau. Caſt. & Iaſ.in d.authen.ex cauſa, quos ſuprà aduocauimus, voluit etiam expreſſè Ang.in d.§.ſiue igitur,col.5. verſi.ſed poſſes dubitare,in auth.vt cùm de appella.cog.

31 ¶†Quin & aliàs quoque videmus in cæteris rebus id genus locū eſſe arbitrio iudicis,vt cū q̄ritur,qđ dicat paruū & leue,aut magnū & graue incōmodū,ſiue dānū.l.j.cū gloſ. & ibi ēt[Alber. &]Bal.C.ſi aduerſ. vēdi.pigno. & Io.And.in c.vlt.col. vlti. in 6.q.& ibi quoque Collect. paulò ante fi.Imo.col.9.verſi. ſextò tangit,& Barb.col.2.ext.de don. [Alex.conſi.67.videretur ſtātibus, col.j.lib.5.]†Quæ item læſio enormis aut modica,ſecundū glo. in §. pretium.in verb.diffiniuit,Inſti.de emp.& vendi.[Cyn.in auth.qui rē. C.de ſacroſanct.eccle.]& Saly. in l. vlt.in j.oppo.verſ.ſed adhuc ſtat dubium.C.de contra.empt.Imo.in c. Quintauallis, col.24.verſi.Idem ſi mandatū,& iterū col.32.ver. qualiter aūt dolus,& ibi ēt Pano. col.17. ver.venio ad ſecūdū,ext.de iureiur. Ale.in l.ſi arbitratu,col.vl.ff.de verob.& conſi.102.ſuper primo, col.3. uerſi.nā læſio,lib.2.[& cōſ.150.uiſo themate,col.2.uerſi.ſecundò poteſt rñderi,li.7.] & Barb.in c.ꝓpter ſterilitatem.extra de loca.& conſi.51. ſcripſit ſapientiæ fons, col.2.libr.j. & conſi.21.præclarè dixit,col.pen. lib.2.ubi dicit ad hoc eſſe ſing.tex. in d.l.j.C.ſi adu.uendi.pigno.Cor. conſil.9.præmittendum eſt, col.3. lib.j.& conſi.189.in præſenti cōſultatione,col.4.ver.præterea licèt.e. lib.& iterū conſi.133.quod eſt eiuſdem initij,col.pen. uer. nec obſtat reſpōſioni,lib.3.Phi.Dec.con.180. viſa renuntiatione,col.j. & Anton. Burg.in c.cùm dilecti,col. 12. uerſ. uenio ad ſecundum,extrà de empt. & uēd.†Quę impenſa ſit magna aut modica,gl.in l.hactenus,in uer. pertinet,& ibi doc.ff.de uſuf.& in l.omnino,in uer.modicas,in prin. & ibi Bar.in fi.ff.de impē.in reb.dot. fac. [& Io.fab.in l.3.C.de rei vxo. acti. Ange.in l.ulti.§.in computatione, col.

col.j.C.de iur.delib.& Corne.conſil.81.quanquam in hac,ad fin.lib. 4.] †Vtrum debitū ſit paruum, an magnum,glo.in §.j.uerſic.ſed & ſi quis,in prin.& ibi Bar. col.j. uerſi. an quis propter,& Ange.col.etiam j.uerſi.item oppo.quod debitor,in auth.ut hi qui obl.ſe hab.phi. Bar. in auth.minoris debitor, col.j.uer. ſed quæro quæ dicatur,& ibi etiam Bal.& alij.C.qui dat.tut.poſ.†Quę quantitas ſit magna quæque parua Bal.in l.j.col.4.uer.quę aūt ſit magna.C.de confeſ.& latè,conſi. 181. primò quæro ad quid,col.j.lib.3.& Collect.in c.cæterùm,in prin. ext. de dona.[Ang.in l.ſed & ſi ſuſcepe rit.§.j.ff.de iud.]Alex.[conſi. 32. uiſo puncto,& dubiis,col.2.uer.ergo apparet,lib.j.&] conſi. 47. circa primum,col.3.uer.& nimis magna.eo.lib.j.& conſi.131. in cauſa uertente corā,prætore,col. vlt.uer. nimis aūt magna,lib.j.& Ant. Cor. in trađ.de minimis,col.3.uer.decimoſextò.[& facit quod ſcribit Bal. in l.cùm contra,col.2.uer. item eſt conſiderandum.C.de arb.] †Quod prætium dicatur paruum ſiue uile, aut iniuſtū reſpectu rei,aut iuſtū,ut ex.d.gl.in d.§.pretiū,inſt. de empt. & uē.uoluit expreſsè[Cy. poſt.Pe. in l. ꝑ diuerſas,col.2.uer.2.quærit. C.mand. Guid.Pap.ſin.938. quando dicatur modicū.] Cæpo. qui eā dicit ſingu.in tract.de ſimulatione contractuum,char.pen.uer.ſexta & ulti.opi.ubi & ad hoc alia multa al legat.& idem quoque voluit Barb. d.conſi.51.lib.j.& Steph.Bert.con ſil.339.non puto,nu.3.lib.j.& con ſil.236.uiſo proceſſu,nu.3.& ſeq.li. 2.& conſi.77.ſi non ſine grandi,nu me.4.lib.3.† Quæ dos magna eſt, quæ parua,ut not.in auth.quod locum.C.de colla.& Bal.in auth.præ tereà,in fi.C.unde uir & ux.†Quę beneficia dicantur maiora, quæve minora,ſecundū Guil.à monte Lauden.in extraua.Io.22.inci. ſuſcepti uer.& hoc in beneficiis.& Domin. conſil.85.ſuper primo dubio, colū. pen.uer.de habentibus. [Fran. Ripa,in c.ad aures,colū.j.de reſcrip.] †Quæ lis ſiue cauſa dicatur magna aut parua,gl.Bar.& Bal.in auth. ni ſi breuiores.C.de ſen.ex peri. reci. & gl.in c.ult.in ver.illuſtrium,poſt prin.ext.de re iud.[lib.6.Bar. in §. ſi tibi quoq;,ad fi.in auth.de mand. prin.]Bal.in c.edoceri,col.2. uerſi. aduerte inquantum,ext.de reſcr.& in c.ex ratione, circa med, ext. de appel.& in c.de appellationibus,in fi.[& ibi Card. Alex.col.j.uer.ulti. habetis, eo.ti. Saly. in l. admonendi,col.pen.uer.quando autem magna ſit,ff.de iureiur.]Panor. in c.j. co l.2.uer.tertia cauſa eſt,ext.de di la. Ale.conſi.32.uiſo puncto colū.2. uer.ſi ergo apparet,li.j.[Guid. Papæ,deciſ.564.vtrum iudex, in fin.] Corſe.in trac.de minimis,ubi ſupra cūm aliis concor.adductis per Iaſ. in repe.l.admonendi, nu.231.incip. quæ autem dicatur.ff. de iureiur.& Philip.Deci.in d.c.de appellationibus, col.vlt. [†Quæ bona alicuius dicantur tam magna aut modica,vt excuſent vel non excuſent à ſatiſdatione Bal. poſt alios in l.ſecundum, in prin.col.3.verſicu . tertiò quærit glo.ff.qui ſatiſd.cogan. † Et in vniuerſum quis dicatur pauper quiſve diues in illis caſibus,in quibus id de terminatum non eſt,glo. in d.auth. præterea,& ibi Bal.Alber.Io.Fab.] Saly.Alex.Corn.& alij recentiores. C.unde vir & vx.& gl.in §. hinc no bis,verſi.ſi verò abſunt, in uer.ſubſtantiam,& ibi Ange.col.j. in auth. de hære.& falci.& Bart. in l. ſi conſtāte,in prin.col. 3.in ij.q.j. partis. & ibi etiam recentiores.ff.ſol.matr.

[Alber.

[Alber.in l. ſi quis ad declinandam, col.vlt.C.de epiſ.& cleri.& in l.paupertas.ff.de excuſ.tut.] Ange.in l.ſi verò,§.qui pro rei qualitate.ff. qui ſatiſd.cog.[Pet.Ancha. in c.per ueſtras,col.v.uerſic.ij.inxta prædicta, de dona.inter uir.& vx.] Raph.Co. conſi.cxxxj.duo fratres, in prin.Panor.in c.j.col.vlti.uerſic.vlti. facit, [& ibi etiam Fel.de accuſ. & uterq; item in cap.ſi qui teſtium,de teſtib. Card.Alex. in c.quo iure. viij. diſt. Phi.Deci.in c.de cauſis, de offi.deleg.& conſ.cxx.cuius ſuperſcriptio incipit presbyter,col.ij.verſi.& breuiter,& conſi.cxliij.in cauſa matrimoniali,col.iiij.uerſi. ſecundò principaliter.Carol.Ruin. conſi.lv.Ieſu Chriſti,col.j.nu.4.lib.j.Franc.Rip. in l.ſi conſtante,col.viij.num.29.ff. ſol.matr.And.Alcia.]in l. quos nos hoſtes §.locuples.ff. de uerbo.ſign. † Proindeq; etiam quæ miſerabilis perſona dicatur,quæ minimè,ſecundum Pet.à bel.pert.Bar. & Bal.in l. j.C. quando inter pup.& vid.& Firmia.in tra&.de gabel.par. vij.q.27. [Franc.Rip.in d.l. ſi conſtante, ubi ſuprà.] † Quæve perſona uilis, quæ honeſta,ſecundum Cyn.& Bal. in l. Gracchus.C.de adul. [& Ripa. vbi ſuprà.] † Quæ item perſona dicatur maior,quæ minor, ex ſententia glo. in c. ſedes apoſtolica, in uer.maiores,& ibi etiam Inno. ſuper eo.uer. Bald.Imo.& Panor. ext. de reſcrip. Spec.in tit.de reſcrip. præſen.§.vlt. colum.j.ver. ſed quæ ſunt perſonæ. † Proindeq; etiã quæ ſunt illuſtres perſonæ,quæ non ſunt, ex glo.in c. vlt.in uer.illuſtriũ,ſtatim poſt prin. de re iudi.lib.vj.† Quod tempus ſit magnum,quod modicũ l. ſi ita quis promiſerit §.Seia,in fi. & ibi glo.in ver.tempore,Bal.& Iaſ.co.v.in vij. no.ff.de uer.oblig.glo. in l.ulti.ff.ſi ag.ue&i. & in d.l. ſi conſtante §. ſi vxor,ubi etiam eſt bonus tex.ff.ſol. ma.& gl.in l.& ſi poſt tres, in prin. & ibi Bar.Bal.in utraq; le&.Aug.nõ ſemel,co.j.& alij.ff.ſi quis cau.& in l.j.§.quod autem,in uer.actio,& ibi Bar.& Alex.ff. de ſuperfi. & in l.iij. §.emanſor.[& in §.deſertor.] ff.de re mil.& in c.ij.in uer.non modicũ, & ibi Archi.& alij, de reb. eccl.non ali.lib.vj.& in cle.j.in glo.ult.& ibi Laur.Pau.Genz.Matth.Gui. & Im. eod.tit.[Bar.in l.j.ff. de iur.delib.] Bal.[in l.non.n.ff.quib.ex cau.mai. &] conſi.ccclxxix.punctus talis eſt, col.ij.lib.iiij.Flor.in l.j.§. habitare ff.de his qui deie.uel effu.Car.Flor. conſ.xcv.ad primum uidetur,co.ij. uer.quod aũt tempus.[Pet.anc.cõ. lvii.quædã ex prædictis,co.ii.& cõ. cxvi.ſecundũ ordinem.co.ii.]Barb. in cle.cãm,col.xlvi.in paruis,uer.& pro certo, de ele&.& conſi.xliiii.ſapienter ſcripſit,co.iii.lib.ii.& Alex. con.xvii.uiſo inſtrumento,co.i.lib. iiii.† Quodq; ſit magnũ, aut paruũ interuallũ, quod non longè diſtat à ſuperiori,Bar.in l.i.§. qui præſens, ad fi.& ibi ẽt Ro.ff.de uerb.ob.Pau. Caſt.in l.quo.n.§.Iulianus, per illũ tex.ff.rẽ rat.hab.† Ideoq; & quid dicatur incontinẽti factũ, ut quis dicatur iuſtè ſe defendiſſe,aut poſſeſſionẽ recuperaſſe, ex ſñia ipſius Bar.in l.iii.§. cũ igitur ff. de ui & ui arma. Sal.in l.i.col.vii.uer.quæro ſecũdò, & iterũ col.ii.ver. nũc uideamus.C. unde ui.Pan.in c.cũ ueniſſet,in fi.& iterum in c.olim,le i.col.iiii.uer.dubium tamen eſt,de reſt.ſpo. † Similiter quando dicatur nullitas,aut alia exceptio incõtinenti probari,ut impediat executionẽ ſñiæ, aut aliud iudicium ſummariũ,gl.in l.ſi is à quo in prin.in uer.hodie,& ibi ẽt Bar.ff. ut in poſ.leg.& Inn. in c.ueniens,le ii.poſt prin.& ibi etiam Bald. qui id dicit uot.colum.i.uer. ſed an iſta.& Panor.

Panor.col.5.ver.ulteriùs quæritur, extrà de teſt.Bald.in l.3.§.idē.ff.ad exhib.& in l.ſi ex falſis,col.3. C.de tranſac.& in l.ult. circa med. C.de ordi.cogn.& in l.2.C.de edict.diui. Adri.tol.& in l.j. C.ut in poſ.leg.& in c.conſtitutus,in fin.extra de appel.& Pet.Iac.tit.ſuper l.fina.C.de edic.diui Adr.tol.in 2.libello, colū. 2. [& Guid. Pap.deci. delph.132. ſed probato,col.j.ver. ſed nunc inſurgit.Et quid incontinēti dicatur vt in fraudem factū fuiſſe dicatur, Ang.in l.ſi vētri.§.vlt.ff.de priuil. cred.Ro.in l.j.§.j.ff.de uer.ob.Cepol.in trac.de ſimulatione contractuū,in ſecundo caſu,poſt med.ver. qn̄ aūt dicatur,& Philip.Dec.conſil.235.in cā magnifici,col.2. verſi. quintò præſumitur. †Et quid quā citiùs fieri dicatur,glo.in cle. cām. in princ.in ver.cōmodè,& ibi Car. Flor.in.20.q.de elec.Franc. Rip.in l.ſi inſulam,col.7.nu.35.ff.de uer. obli.†Et quod ſit tempus, intra qđ debet executio terminari Pet. Fer. in forma execu.ſent.diffi.in gl.j.colū.2.uer.quid aūt ſi illud.]Et aliàs ſemper quando quid dicatur incōtinenti ſiue ſtatim factū,vt per gl. Bal.Pan.& Phil.Fran.in c.au ſit,extrà.de app.Bar.Ang.& Imo.in l.qđ dicimus,per illū tex.ff.de ſolu.Bal. in [l.nam & poſtea,in lec. antiq.ff. de iure iur. & in] c. quia propter, col.vlt.ver. in alia gl.& ibi ēt Pan. in fin.princ.ext.de ele.& idem Panor.in c.j.col.6.ver.gl.in ver.in cōtinenti,extra de mutu. pet. & in c. potuit,col.3.extrà de loca.Iaſ.in l. lecta,col.4.uer.in gl.ibi l. hæredes. ff.ſi cer.pet. †Et intra quod tēpus poſt interpellationem quis conſtituatur in mora,ex gl.in l.Aemilius in prin.in ver. reſtitui.ff.de minor. quam dicit ſing.Bal.in c.j.col.2.in ver.quàm citius,titu.de no.for.fide li.& in c.cùm olim,col.2.verſi.conſidera ipſe debet,extra de teſti.Sed & eſt alia ſimilis in l.donatio,ī uer. ſi non protinus.ff.de neg.geſt. quā etiam expendit Iaſ.in l.ſi ex legati cauſa,col.2.in 4.not.ff.de uerb.ob. & in l.quoties in diem,col.3. eo.ti. Imò & eius rei tex.eſt in l.ſi quis filium.§.vlt.ff.de colla.bo.quem annotat Raph.Co.in d.l. quoties, & Ale.poſt Iac.Are.in l. j.§. itē ſi ita. ff.ad leg.Fal.& uoluit etiam Bar.in l.ſi penum.ff.quan.dies leg. ced. & Iaſ.qui illam priorem glo.dicit no. in l.eum qui calendis. §.quoties.in fi.ff.de uerbo.obl. Et aliàs ſemper ex quo tempore mora ipſa contrahitur,ut uoluit Io.And.in c. ulti.in uer.mora. & ibi quoq; Bald. col. 2. uer.not.hic dicit,ext.de elec. Idem Bal.poſt Iac.But.in l. tutor ſi petitus,paulò ante fin.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.†Et cùm ſemel mora contracta fuerit, intra quod tēpus purgari poſſit, ut tradit gl.in d.l.& ſi poſt tres,in prin.& ibi omnes doct.ff.ſi quis cau.& gl.in c. potuit, in uer.celeri,ad fin.& ibi Car. Flo. Imo.col.12.Pan.& alij, extrà de loca.Bar.in l.ſi inſulam,in 2. oppo.ff. de uerb.obli. & Bal.in l. magnam, tum col.j.uer.op.ad hanc l.tum colum.6.uerſi.quæritur primò. C. de contra.& com.ſtipu. [& in l.ſancimus,col.j.C.de fideiuſ.]Ang. conſ. 312.prout patet ex themate,col.3. uer.præterea ſi cōſideratur.& ſubobſcurè Pet.Anch.conſi. 42. quidā Ser.Ant.col.2.uer. tertiò reuocat. Alex.conſi.14.uiſo & conſiderato, uer.præterea mora,lib.2. quod repetitur conſi.40.lib.6.Cor. conſil. 102.uiſis in cauſa,col.ul.lib.2.[Iaſ. cōſ.82.uiſis col.2.uer.& ſi tenemus lib.j.]Steph.Bertran.conſi.11. ēt ſi uenerabilis,nu.3.lib.2.Phil.Dec.in auth.qui rem, col.3.C.de ſac. ſanc. eccle.

eccle. & conſil. 138. cuius ſuper ſcriptio incipit, verba iſta ipſo facto, col. 3. ubi hãc dicit eſſe communem opin. Lancel. Gal. in d.l.j.§. qui præſens, col. ult. uerſi. hinc dicitur, ff. de verb. oblig. Et eſt optimus tex. in d.l. ſi ita quis promiſerit. § Seia. in fin. ff. eo. tit. † Et quid antiquũ dicatur, ſi credimus Ant. in c. illud, extr. de pſumpt. & Alex. conſi. 79. circa primũ de quo quæritur, col. 4. verſi. fortificatur per id, lib. j. & conſi. [4. videtur, col. 7. verſ. faciant quæ dixi, lib. 2.] conſ. 187. in hac cauſa, col. 2. ver. quis. n. Iudex, eo. li. 2. [& conſi. 9. viſo themate, col. ult. uerſi. nec ob. id quod habetur, lib. 3. † Et quid diuturnũ gloſ. in l. pen. C. commoda. Bart. & alii in l. ſi pœnam, in fi. ff. de uerb. oblig. † Et quantum tempus requiratur, emptorem pati venditorem poſſidere poſt venditionẽ vt fraus vel ſimulatio præſumatur, Bar. in l. poſt cõtractũ, col. 3. uer. ſed quanto tempore. ff. de dona. & in l. ſicut §. ſuperuacuum, col. 2. ver. ſed hic quæro. ff. de quib. mod. pigu. uel hypo. ſo. Bal. conſi. 70. apparent quædam inſtrumenta, col. 2. ver. ſuper ſecundo, lib. j.] † Et in vniuerſum quoties quæritur de tempore & interuallo, per tex. in l. ab hoſtibus. §. vlt. cum l. ſeq. ff. ex quib. cau. maior. & in l. continuus. §. cum ita, in prin. ff. de verb. oblig. & in l. de die in prin. ff. qui ſatiſda. cog. & in c. cum perſonæ, de priui. li. 6. & per gloſ. in l. ſi finita. §. non autẽ, & ibi doc. ff. de dam. infect. & in l. furtũ. §. fundi, & ibi Iaco. Rau. & Ang. ff. de vſuca. & glo. in l. Lucius. ff. mandat. & in §. quod autem ad eas, in verb. propter abſentiam, Inſti. eo. gloſ. in c. inter quatuor, extr. de cleri. non reſid. & in c. conſtitutionem, in verb. competẽtia, de ſent. excom. lib. 6. Inno. in c. querelam col. j. in uerb. de nouo, & ibi quoque Io. And. extra de elect. Archi. Io. And. Domi. & Philip. Fran. in c. ad decimas, de reſti. ſpol. li. 6. Hoſt. in c. quoniam frequenter, extra, vt lit. nõ conte. Cy. in l. j. in. j. q. prin. C. vbi cau. ſtat. Rot. deci. 54. not. quod ubi dicit aliquis, in antiquis. Bar. in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœn. Bal. & Ang. ĩ l. licèt ad fin. C. de acqui. poſſeſ. Bal. in l. ſi pro ea, in. 10. q. C. manda. & in l. ordo, col. j. verſ. quæro nunquid iſtud diu. C. de exec. rei iud. & in l. 2. col. 7. ver. ſed quæritur an per negligentiam animi. C. de ſeruit. & aqua. & in c. oblatæ, col. 2. uerſ. quæro etiã pro intellectu, extrà de appel. & in c. j. §. firmiter, & ibi recẽtiores, tit. de prohib. feud. ali. per Fred. & in c. ad hæc, & ibi Marti. Laud. & Card. Alex. tit. hic finit lex Corra. & in l. capite quinto. ff. de adul. & Ang. in l. j. col. 2. C. de ſer. fugi. in l. quòd dictum, in prin. ff. de ſolu. & Ang. & recentiores in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acqu. hære. Pet. Anc. conſi. 92. tria in fauorem. Ro. in l. ſi de eo. §. ſi forte. ff. de acquir. poſ. Domi. in c. pontificis. 7. q. j. Raph. Fulgo. conſi. 7. iam pluribus annis, col. 2. ver. ad ſecundum Pan. poſt alios in c. cum in ueteri, col. 2. in 5. not. ext. de elect. & in c. j. col. 6. qđ met. cau. Io. Ana. conſi. 17. uiſa relatione, col. j. uer. quartò præmitto. Pau. Caſt. conſi. 265. in primo articulo, poſt medium, lib. 2. Similiterq; cum tractatur de locorum interuallo, utrum uidelicet locus ſit tam vicinus aut remotus, vt abſentes ſint citandi, aut aliàs, per gl. in c. filius §. præſenti, in ver. vicinarum, & ibi Phil. Franc. qui eam dicit not. de pœn. lib. 6. & gloſ. in cle. cauſam: in uerb. in remotis, & ibi

etiã Pau.Liaz.Imo.col.10.ver.glo. remotis,& Card.in uer.quòd ſi forſan,in 6.q.de elect.Inno.in c.calumniam,col.2.ext.de pœn.Iac.Aret.& Bar.in l.4.§.ſi tam vicinã. ff.de dã. infect.Bal.in l.ſi uicinis,in fin.C.de nup.& in c.cùm inter, circa mediũ, uer.quæro à quo loco.Pet.An.in c. præſenti,in 4.not.de præben. lib.6. Alc.conſi.57.ponderatis verbis,colum.2.uer.locus aũt vicinus, lib.3. †Item quod negotium ſiue miniſterium cõmiſſum dicatur paruum, ſiue magnum,gl.in c.ſedes,in gl. magna,ext.de reſcrip. Inno. in c.ulti. poſt princ.in uer.eligere,& ibi etiã Car.& cæteri.extr.de offi.deleg.Ange.in auth.niſi breuiores.C.de ſen. ex peric.recit.† Quis locus vel ciuitas ſit inſignis,aut non inſignis, gl. in c.ſtatutum,in prin.in uerb.copia &ibi doc.de reſcrip.lib.6.† Quòd crimen dicatur paruum aut leue, quodq; magnum ac graue[Hoſt.iẽ. Bal.Imo.& Card.Alex.]in c.propoſuit,ext.de app.Pan.poſt Ant. in c. at ſi clerici.§.de adulterijs,colũ. 3. uerſi.& quæ dicantur,ext.de iud.& ibi Fely.& Philip.Deci. qui adfert concor.ille in prin.colũ. pen.hic in d.§.de adulterijs,col.20.uer. ſecunda cõcluſio.[†Et quod proinde furtum dicatur leue aut magnum, Alber.poſt Iac.in l. reſpiciendum.§.j. ff.de pœ.]†Quæ ſæuitiã viri in uxorem ſit magna aut parua, vt poſſit prouideri remedio cautionis,aut ſecus,Pan.in c.literas, col.2.in ul.no. extra de reſ.ſpol.†Quis metus tam magnus aut paruus,ut iuſtus vel iniuſtus dici debeat,gl.in c. conſultationi,in fin.ext.de ſpon.& mat. Inno.in c.cùm dilectus,in uer. mortis ext.de his quæ vi met.ve cau. fi. & Bal. in c.j.col.j.in fi.& in c.Abbas, eo.titu.[& conſi.176.Cecilia,col.j. lib.j.]Guil.Arch.Lap.Pet.Ana.Domin.& Phil.Franc.in c.j.e.quoq; ti. lib.6.Bal.in l.2.in princi. C.de his. qui p me.iud.non ap.& in rub.C.de reſcin.uen.[& conſi.364.qõ iſta,colum.2.lib.3.]†Quæ leuis ſiue modica iniuria,quę atrox aut enormis; vt ſumitur ex c.peruenit,ext.de ſenten.excom.& not.Hoſt.in ſum.eo.ti.§.quis poſſit,uer.ſeptim⁹, & ſeq. [†Quis item exceſſus leuis, quisuè enormis,idem Hoſt.& alij in c.cũ illorum,extr.de ſen.exc.& ante illam glo.in c.cùm illorum, in uerb. ſanguinis effuſionem,& ibi Fel.colum.pen.extra de ſen.exc.†Quę deterioratio rei pua aut magna,Cyn. in auth.qui rem,ſtatim poſt princi. C.de ſac.ſanc.eccle.Iaſ.conſi.17.in primo dubio,col.j.lib.j.† Quæ indicia ſufficiant ad torturam, Bar.in l. vlt.col.2.ver.veniemus ad indicia. ff.de qõ.& Bal.conſi.95.regula iuris eſt,col.2.lib.j.& conſi.101. quidam teſtis,poſt med.eo.lib.j.]†Qñ dicantur eſſe multi,vel pauci, vt dicantur facere multitudinẽ,uel non facere, ſecundum qualitatem cauſæ vel perſonarum,ex Bal.ſententia in c.cùm cauſam,col.ult. ver. quæro quid contineatur,& ſeq.extr. de teſt.per gl.ibi,in uer.effrenata, quã dicit ſin.†Et generaliter quid multum dicatur,quid modicum, ſecundum Bal.poſt Nico.Math.in l. ædẽ, col.vlt.verſi. ſequitur in litera, aut cum mali.C.loc. Ex quibus multa potes addere ad Barba.qui nonnulla ex iis & alia quædam allegat in d.c.propter ſterilitatem, extra de loca.[& pleniùs in c.vlt.col. 2. ext. de dona.] & d.conſil.51.ſcripſit ſapientiæ fons,col.2.lib.j.& conſi.21. præclarè dixit,col.pen. & ſeq.lib.2. & conſi.37.ſcribitur ſapienter, col. 15.eo.lib.2. & conſi.22. Deum innocent,col.3.lib.3.& conſ.70.illud in medium referam,col.vlt.e.lib.3.

& conſil.

& conſi.80.illud referam,ad fin.eo. li.3.& latiùs conſ.45.illud in mediũ col.pen.lib.4.& Philip.Dec.in d.c. ſedes,col.3.ver.in gl.3.extrà de reſcrip.& Steph.Bertrã.d.conſil.236. lib. 2. & Panthal.Calde.in repet.l. 2.col.63.ver.& quòd æſtimatio. C. de reſcin.uend.[& Hipp. Marſil.in l.quæſtionis,in 3.primis colũ. ff. de quæſtio.Ioan.Lup.in repeti.rub.de dona.inter uir.& vxor.§.2.col. 4.& ſeq.Matth.Afflict.in c.j.col.5.verſ. cui adde ꝙ in multis,cũ multis ſeq. ti.ex quib.cauſ.feu.amitta.] Nam ſunt alia infinita quę iudicis arbitrio committuntur,[vt ex illis videre poteris:] ſed ea tantùm perſequi volumus, quæ nonnihil ad caſum noſtrum pertinent,vbi ſcilicet agitur de modico aut magno, ſiue quid plus minuſve dicatur.

32 ¶† Igitur vt redeamus ad caſum l. noſtræ,eſt in arbitrio iudicãtis,quæ donatio magna aut parua dicat,vt ea locũ habeat,aut nõ hẽat.Tñ illud nõ intẽpeſtiuè dixerim,quòd per id non impedietur appellatio,ſi is per peram ac non rectè arbitratus fuerit,per gloſ.not.in l.ſi qua pœna,in verb.de pœna,paulò ante fin.& ibi Bart.in fin.& latè Alex.in addi. ipſius.ff.de verb.ſig.& gloſſ.in c.ſuper his,in verb.arbitriũ,& ibi Ant. Imo.& Pan.extra de accuſa.Io.An. in addi.Spec.tit.de cita.§. ſequitur uerſi.ſed nunquid creditur,[Bal. in c.j.col.5.uerſi.& ſcias quod ſi iſta, titu.de mili. vaſal.qui contum.eſt] Lap.& Domi.in c.2.de iuramen. calum.lib.6.Imo.in l.2.ff.de publ.iudic.& Pet.Ancha.in c.cupientes,in prin.col.2.uerſi.quęro dicitur hic, de ele.lib.6. [& conſi. 421. quidam Ser Antonius,lib.4] Ant.in c.cũ pa rati,col.3.& ibi etiam alij, extra de appella.Pan.in c.cùm ueniſſent,colum.3.uerſi.hinc eſt quòd à iudice, extra de iudi.& in c.j.col. 2. verſic. uenio ad glo.extra de dila. Alex.in l.& ſi ſeuerior,ad fin.C.ex quib.cauſis infa.irrog.& in l.j.col.pen.verſ. item tertiò.ff.de leg. 2.vbi hoc limitat.[& Philip.Franc. in c.cùm ſpeciali, col.2.uerſi.intellige quod ipſe iudex,extra de appella.] & Pely. qui dicit illam poſteriorem gl. ſingul.in c.exceptionem, colũ.j. & 2. extra de exce.vbi etiam diſtinguit Iaſ.in l.quod iuſſit,colum. 10.uerſi. ſecundò quærit Barto.ff.de re iudi. & in j.addi.conſi.9.venerabilis, colum.3.eiuſdem addi.lib.j.Phil. Deci.in d.c.ſedes,ubi ſupra,de reſcrip. [cum alijs multis concordant. latè congeſtis à Felyn. in d. c.ſuper his, colum. 4.& ſequen. de accuſa. vbi & hoc ſex modis limitat, & alia multa huc pertinentia adducit, ut ibi videre poteris.] Et hoc apertè probatur ex eo, quòd dilationes ſuapte natura ſunt arbitrariæ. l.j. C.de dilation.veruntamen ſi malè iudex eas arbitretur,poteſt appellari.cap.j.extra eod.titu. [† Nam & in huiuſmodi arbitrariis poteſt iudex dolum committere, Ioan. Andre,in cap.cum æterni,de re iudic. lib.6.& Bal. in l.ſi fugitiui, col. ulti.C.de ſer.fugi.]

33 SED QVAESTIONIS EST, † ſi teneas priorem illam op. quæ hanc l.dicit tantùm procedere in donatione omnium bonorum,aut dimidiæ partis: quid ſi quis fecit plures donationes,quæ quidẽ ſingulę non ueniunt ad dimidiam partẽ bonorũ at uniuerſæ ſimul ueniunt ad ipſam dimidiã,aut ẽt ad eam partem ſiue æſtimationem,q̃ quis ſimul nõ donauiſſet,ſi de filiis cogitaſſet, vt ẽt loquamur de poſteriori opi. Vtrum oẽs reuocabuntur,an nulla,uel quę priores ſiue,an poſteriores? Cor. cõſ. 11.in præſenti cõſultatione, col. 9.

verſi cu.ſi teneamus, libr.iij. tenet quòd omnes reuocabuntur, cùm eadem ſit ratio in omnibus, quæ in vnica, quæ ad dimidiam aſcenderet. Ergo inquit, idem ius eſt l. illud.ff. ad leg. Aquil. Aliàs, vt ſubdit, daretur de facili via fraudandæ huius l. Fraudibus autem obuiandum eſt l. in fundo.ff. de rei vendi. & c.quantò, de diuor. cum ſimilib. Et ad hoc quoque dicit facere quod in ſimili no.glo.& doct.in l.j.C.de inoff.donat. quòd redditur inofficioſa donatio ſiue ea ſit inofficioſa ſola, ſiue iuncta cum alijs. & hoc nuncupatim ſequitur Francif. Ripa. hic in viij.q. col.iij.verſi.ſed hic ſuboritur.

34 ¶ † Verùm attende lector, quia, vt ſuprà diximus non ſemel, hæc l. introducta eſt in fauorem parentum, & propter veriſimilem eorum mentem: ideoq; ei poſſunt derogare, & tacitè & expreſsè, ex communi opi. quæ ſi tenenda eſt, non valet ea ratiò fraudis, quam Corne. adducit, quia fraus in ſeſe committeretur, ſi qua eſſet, ſed nulla eẽ poſſet, † quia volenti non fit fraus. l. nemo videtur fraudare.ff.de reg.iur. Ideo ego ita dicerem, quòd priores donationes, quæ non aſcendunt ad dimidiã, ſecundum vnam opi. aut quæ non tantì ſunt, vt donans ſi cogitaſſet de liberis, veriſimiliter ab illis retractus fuiſſet, ſecundum alteram op. non reuocantur per natiuitatem liberorũ. Nihil.n.illis obeſſe poſſunt poſteriores donationes, vt in ſimili dicitur in l. ſancimus. §. ſi quis autem per diuerſa.C.de donatio. Nam cùm ab initio eiuſmodi donationes ſint perfectæ, & irreuocabiles etiam ex natiuitate liberorum, non debẽt irritari fieriq; reuocabiles obſequẽtes donationes. l. ſi vt proponis. C. de confir.tut.& l.ſancimus.C.de ad mini.tut. Illæ ergo tantùm reuocabuntur, quas poſt priores donans ipſe facturus non erat, ſi cogitaſſet de liberis. Eſtq; inſpicienda ipſius præſumpta ac veriſimilis mens, quam habuit tempore ſingularum donationum, non quam poſtea habere poſſet: vt no. Bart. in l. Titia Seio. §. imperator.ff.de leg.ij.& voluit ipſe Corne.conſi.cxciiij. videtur in præſenti, col.ij.& ſeq.lib.iij. & diximus ſuprà in ver.libertis, verſ.cx. incip. præterea in huiuſmodi donationibus. & dicemus poſtea latius, in ver. ſuſceperit liberos, verſi.161. incip. ſed hoc rurſum in dubium vocatur, & multis ſequen. [Quin in caſu inofficioſæ donationis cõmuniter tenetur, quòd ſi priores donationes ab initio ſunt validæ, poſteriores tamen reuocãtur. ita enim voluit Cy. in d.l.j. tũ in iij. tũ in v.col. & ibi quoque Bar. paulò ante fin. Bal. col. iiij. in iiij.q. Ang. col.ij.& Pau.caſt. col.iiij.verſi.in glo.j. & prope omnes.C. de reuoc.don. Et facit quod in ſimili reſpondit Philip. Dec.conſi.xxx. cuius ſupraſcriptio incip. donatio omnium, ad fi.] Sed tu tamen vide interim quod ſcribit gloſ.in c. bonæ rei, in ver. quinquageſimam, ante fin.xij.q.ij. & in c.apoſtolicæ, in ver.reuocari, extra de donatio.& vtrobique docto.

35 [¶ † ILLVD quoque hic non intempeſtiuè quæri poteſt, quid ſi quis donat tantum ſuorum bonorum, vt pro portione eorum quæ tunc poſſidet, ea non fuiſſet donaturus, ſi cogitaſſet de liberis futuris, tamen poſtea tantum bonorum acquiſiuit, vt ſi ea tempore donationis habuiſſet, non deſtitiſſet ab ea donatione, etiam cogitans de liberis. An natiuitate liberorũ poſt huiuſmodi donationem, & acquiſitionem ſuſceptorum reuocetur ea donatio? † Et videtur quòd non, ex eo quod

quod in ſimili diximus, quòd ſi quis ab initio donauit totum ſuum patrimonium, ſed poſtea locupletius acquiſiuit, & totum filio relinquit, nõ datur ei filio quærela inofficioſæ donationis, ut uoluit glo. in l. j. in uer. ex duabus unciis, in 8. q. & ibi Cyn. col. v. uerſi. quartò quæritur, Bar. in fin. Bal. col. v. uer. ſextò quæro. Ang. col. 2. verſi. ea glo, ibi authen. unde, Pau. Caſt. col. 4. uer. in gloſ. ibi item contra, & omnes C. de inoffi. teſta. Ang. in auth. de immen. dona. §. vlt. uerſ. item quæro pater donat, & omnes propè, ar. §. quia uerò hactenus, in auth. de nupt. † ubi in arguendis donationib. inſpicitur tẽpus mortis donatoris. & Ale. cõ. 14. circa primũ, col. 3. uer. non obſtant prædicta, li. 1.

36 ¶ † Ego uerò in noſtro caſu aliter cenſeo, ut ſcilicet reuocetur ea donatio ex noſtra l. natis liberis. nam ut diximus in præcedentibus, q. nu. ab hinc 2. & dicendum eſt quoq; ſæpius, inſpicitur hoc in caſu noſtræ l. mens, & uoluntas præſumpta donantis, qualis fuerit tempore donationis, ſcilicet an eo tempore donaturus fuiſſet, an non fuiſſet, ſi cogitaſſet de liberis, quicquid poſtea contigerit, quod eius uoluntatem mutare potuiſſet. Sed ſi eo tempore cogitaſſet de liberis, ueriſimiliter nõ donauiſſet. Igitur aduentitii illi caſus non ſunt conſiderandi, ut etiam in ſimili dicitur in l. Iulianus ff. qui & à quib. & in l. inſulam ff. de uer. obl. ubi primus rei ſtatus, qui in exordio fuit inſpicitur, nec is ex poſtfacto mutatur. Et quod dicitur in l. in ratione ff. ad leg. Falc. quod ſi ſemel fuerit locus falcidiæ eo tempore, quo falcidia locum habet, ea quidẽ non tollitur, licèt poſtea bona aucta fuerint. Igitur non obſtat quod de inofficioſa donatione diximus, quia in ea tẽpus mortis inſpicitur, ut no. omnes in d. l. i. Ideo etiam & in eadem ſi poſt mortem bona ſuperuenerint nihil obſtabunt reuocationi. Hic autem inſpicitur tempus donationis. Ergo & ſimiliter nihil facit quod poſtea ſuperuenit.]

37 FINEM huic glo. † facerem: ſed illud nolui tacitus prætermittere, quod ad uim huius dictionis, aliquã quam nunc commentamur, pertinet, ultra ea quæ ſuprà diximus, eã uidelicet ſupponere pluralitatem eius rei cui adiicitur, uerbi gratia, ſi Papa ſcribat pro Titio, ut ei de aliquo beneficio in tali eccleſia prouideatur, ſi non ſit niſi unum beneficium in ea eccleſia, non debebitur ex dicta prouiſione, propter illam dictionem, aliquo, quæ denotat, ut diximus, pluralitatem. ita nuncupatim uoluit glo. in cle. i. §. ad hoc, in uer. meritò, uerſi. dicit etiam, & ibi quoq; Imo. col. pen. uer. nota etiã quòd uerbum. & Cardi. Flo. qui illã dicit ſing. in 8. q. & Panor. in fin. de præben. & Io. Mo. in c. pe. in gloſ. 2. de off. leg. lib. 6. & Archi. qui ita dicit Bonifacium octauum diffiniſſe in c. ſi pro clericis, de præb. lib. 6. Licèt quidam, inquit, magnĩ uiri tenerent contrarium, per c. quamuis, eo. ti. & li. & c. nulla, ext. de conceſ. præbe. & c. ſcire. 7. q. i. Et huius quoque ſententiæ eſt Io. And. dum d. glo. allegat, in c. in generali, de reg. iu. lib. 6. & Do. à Rot. dec. 216. incip. uoluerunt, & ordinauerunt, in nouis. & Colle. in c. ult. col. 2. uerſi. quid ſi canonici, ext. de ſortileg. & iterum in c. i. col. x. uerſi. ſed quid mandat, ext. de reg. iur. & Fel. in c. in noſtra, col. 17. uer. 24. correlarium, extr. de reſcript. Et illa gloſſ. & ſequacium ſententia optimè probatur ex illo Terentii loco in Adelphis.

Aperite aliquis actutũ oſtium. quo in loco Aelius Donatus uir naturæ

ac proprietatis uerborum peritiſſimus, Vim pluralē, inquit, habet dictio aliquis, quanuis ſingulariter dicatur. non eſt.n. aliquis, niſi de multis: rectè ergo pluraliter dicit Terētius, *Aperite aliquis*. Cui ſimile eſt illud Plauti in Menechmo.

Aperite, atque Erotum aliquis euocate ante hoſtium.

[Et rurſus in Mercatore.

Aperite hoc aliquis.]

38 ¶ † Sed quanuis de multis dicatur, tamen in vno tantùm ex illis multis intelligitur, ut patet ex eo quod pulchrè conſuluit Archi. Spalatenſis conſi. 26. cuius exordiū eſt. Ser. Michael, ꝙ ſi teſtator ita ſtatuerit, Si Titius uoluerit emere aliquā ex meis poſſeſſionibus, uolo ut ſibi uēdant hæredes mei, & Titius uoluerit duas aut plures emere, nō audietur, nec tenebūtur hæredes mei niſi unam uendere, propter illam dictionem, aliquam. Ita illum refert, & ſequitur Fely. in c. omnes, col. 3. verſic. & iſtis adde. j. diſt. & Matth. Afflic. in conſti. Siciliæ, quæ incip. quamplurimum, col. 4. uer. 4. in capitulis, ubi etiam dicit quòd ſi ex ſtatuto aut conſuetudine poſſit dominus petere à uaſſallis ſubuentionem pro maritanda aliqua ex filiabus ipſius, poterit pro unica tantū id petere. Quanquam in illo priori caſu facultatis emendi aliquā poſſeſſionum, contrarium latè conſuluit Raph. Fulg. con. 47. quod ſimiliter incipit, Ser. Michael. per text. in l. qui filiab. §. ſi quis ita. ff. de leg. j. Cui adde & text. optimum in l. ſi ſeruum. §. an prætor. ff. de acqui. hære. [& quod uoluit Raph. Com. in d. §. ſi quis ita.] Sed pro priori op. facit illa loquendi formula. Ciceronis propria, unus aliquis, unum aliquid, de qua diximus ſuprà in eadē gl. uer. v. incip. & hāc partē. Niſi dicas & id facere pro op. Fulg. quaſi de multis itelligi poſſet, niſi unius adiectio fieret. [& inde hic Sign. cō ſi. 188. caſus cōtinens, co. pe. n. 14.]

39 ¶ † At Bar. cōſ. 17. Vnnacellus, ante fin. tradit, quòd licèt hæc dictio aliquis, ſit diſtributiua pluriū, tñ effectum diſpoſitiuum attribuit in quolibet particulari. unde ſi dico, ſi aliquis mihi hæres erit, iſta uerba uerificantur ſiue unus tantū hæres extiterit, ſiue oēs, gl. qui filiab. §. j. ff. de le. j. & alia q̄dā iura. ex hocq; cōſulit in pulchro caſu, ut ibi uidere licet. Et idē propè dicit cō. 245. eodēq; ult. dis. Cat. Nēpe dictionē hāc licèt ſit numeri ſingularis, ad oēs tamen referri, per d. l. filiabus. §. j. quod multùm facit ad ea quæ diximus in præcedenti uerſic.

40 ¶ † Adde præterea & aliam huius dictionis naturam, ex eo quod ſcribit Sign. conſi. 115. in q. Petri, col. j. quòd ſi ſtatuto cautum ſit, quòd ſi per inquiſitionem proceditur, debet aſſignari terminus unius diei utilis ad deliberandū, anteq̄ procedatur aliquo modo contra inquiſitum: ex quo, inquit Sig. inhibet ſtatutum aliquo mō ultra procedi, planum eſt oēm proceſſum ulterius factū eſſe nullius momenti, p l. ambiguitatē. C. d̄ teſta. & qd̄ uoluit Dy. in l. relegatorū. §. ſicut. ff. de interd. & releg. & Guid. Suz. in materia cōſuetudinis. de quo. & tu uide quæ dicemus infra, ī uerbo, reuertatur. in 70. fal. futuri tpis, nu. 224. inci. niſi dicas. Idem quoq; Sign. conſi. 171. inci. Ser Antonius, col. pe. ſcribit, ꝙ ſi ſit ſtatutum, ꝙ ſi appareat inſtrumentum, in quo quis donationē aliquā fecerit de ſuis bonis immobilibus, illud nō credatur eſſe uerū, nec uires habeat, niſi ille cui facta eſt, fuerit in poſſeſſione uiuente donatore: hoc ſtatutum cōprehēdit oēm donationem,

donationem,& inter viuos,& cauſa mortis,cùm dicat,aliquam donationem:quemadmodum etiam,ſi qua, comprehendit diſtributiuè omnes terminos,per d.l.qui filiabus.§.j.ff. de leg.j. & l.ſi ne ceſſarias.§.ſi annua.ff.de pig.actio.qđ & in iiſdē terminis conſuluit Cor.conſi.41.videtur in hac cōſultatione,in prin.col. 2.lib.j.quē ſuprà adduximus ī ver. 14.incip.mouentur maxima ex parte,de quo tñ vide Phil.Deci.in l.ſi tibi pecuniam,in 2.no.ff.ſi cer.pet.

41 ¶†Et alibi quoq; videmus hanc dictionem,aliquis,veluti vniuerſalem comprehendere omnes ſpecies eius rei cui adiicitur,ex ſentētia gl.in c. quod clericis, in princ.ext.de for. comp.& expreſſiùs in c.ſi propter, in glo.vlt.in prin.de reſcrip.lib.6. Hoſt.in c.cùm ſatis,de offic.Archi. Io.An.in c.quiſquis,de elect.Dom. conſi.29.Ieſu Chriſti nomine repetito,licèt ſubtiliter,col.j.& iterum conſ.35.attendētes, col.2.ver.vnde ex quo,dū allegat gl.ſi cle.j.de for. cōp.rurſumque cō.65.Ieſu Xpī,&c. diſcutiā,col.3.Sozi.ī repe.l.ſi filius, col.antep.ff.de vulg. & pupil. [& cōſ.3.in cauſa domini Guidi, col.3. lib.3.]Quæ mirum in modum cōfirmant quæ diximus in illo verſi.14. mouentur,nuper allegato, & quæ dicemus infra in verbo,reuertatur d.nu.224.incip.niſi dicas.Sed tamē vide text.in l.2.§.damni quid.ff.vi bono.rapt.& Pau.Caſt.qui videtur voluiſſe contrarium,conſi.211.viſo puncto,circa medium.verſi.eodem modo reſpondetur,lib.j.

42 ¶†Deniq; & aliā huius verbi vim adſcribit Pau.in c.relatum,le 2.col. 2.verſi.nota ibi,in verſ.licèt,extrà de teſta.Nā ex eo φ tex.ibi dicit,φ clericus ægrotus poteſt aliqua eccleſiæ ſuæ bona mobilia pauperibus & illis qui viuenti ipſi ſeruierunt cōferre,notat non omnia eius eccleſiæ bona mobilia poſſe ab ipſo clerico conferri.nā illud verbū,aliqua,denotat quandā moderationē. Ex quo amplia qđ ſuprà diximus, hāc dictionē,aliqua,verificari in re modica, vt ſcilicet non tantum de re ipſa modica dici poſſit,ſed neceſſariò de re modrata ītelligi debeat.

43 ¶†Sed quod ad externos ſcriptores pertinet,ſæpe videmus eam dictionem,aliquid,maximum & eximium quippiā ſignificare.Terētius in Andria. cum Charinus dixiſſet.

Interea fiet aliquid ſpero.
Subiunxit Byrrhia.
Id aliquid nihil eſt.
Et in Adelphis.
Profectò euadet in aliquod magnum malum.

Virgilius lib.2.Aeneidos.
Et nos aliquid nomenq; decuſq;
Geſsimus.

Ouid.lib.Triſtium. j.eleg.2.
Eſt aliquid fatoq; ſuo, ferroq; cadentem,
In ſolita moriēs ponere corpus humo.

Et Perſius ſaty.j.ad fi.
Seſe aliquam credens

Et Iuuenalis ſaty.j.
Aude aliquid, Breuibus, Gyaris, & carcere dignum.
Si uis eſſe aliquid.

Et ſatyra 2.
Eſt aliquid quocunq; loco, quocunque receſſu
Vnius ſeſe dominum feciſſe lacertæ.

Et ex oratoribus,is qui primū locū inter latinos obtinet Tullius in prima actione in Verrem Vt tu tum aliquid eſſe videare.Et rurſum Cecilius tū deniq; ſe aliquid futurum putat,ſi Halienus minùs vehemens ſit.Et epiſtolarū ad Atticū li.3.epi. 56.ad fi.Itaque fac,vt me velis eſſe aliquem.Quod & ī ſacris literis ob-

ſeruauimus D.Ioannis.j.ca. A Nazareth pōt aliquid boni eſſe? & D. Paulus.j.ad Corinth.3. Nec enim qui plātat,nec qui rigat, ē aliquid. Et ad Galat. 6. Si quis exiſtimat ſe eſſe aliquid, cum nihil ſit,ipſe ſe ſe ducit. Et ex veteri teſtamēto Iudicum.5. Eſt aliquid iniquitas eorū. Sunt & qui hæc uerba, quid rerū, neſcio q̄d,& ſimilia, magnas quaſdam res ſignificare, de quo uidere poteris Nānium Alcmarianū Miſcellaneorū lib.j.Quāquam id ſcio, in noſtris legibus,nonnunquā hæc duo copulari,ſcilicet,modicum aliquid, & modicum quid,ut in l.ſed & ſi §.itē ſi plures.ff.de inſti.actio. & in l.qui bonis, in prin.ff.de ceſſio.bon. & in l.ſacrilegij.§.j.ff.ad legē Iul.pecu. uti & ē diuerſo Tullius magnum aliquid etiā copulauit lib.2. epiſtolarum familiarium epiſt.6.Graue eſt.n.homini pudenti petere aliquid magnum ab eo,de quo ſe bene meritum putet. quem vt & inſigne aliquid dicitur Terentio in Eunucho.

Et grande aliquid.

Perſio ſaty.prima.

Hic pede liber.

Grande aliquid quod pulmo animæ prælargus anhelet.]

44 ¶ † Nec tamen prætermiſerim illud à Grāmaticis annotatum,quod ſatis cōuenit cum iis q̄ diximus, aliquid,rem ambiguā & incertā ſignificare,quod probatur ex illo Plauti loco in Curculione,Phę. Iam edes aliquid.Curc. Nolo hercle aliquid certum quam aliquid mauolo.[Donatus in Andriam Terentii illud enarrans.

Saltem aliquot dies.

Profer,dum proficiſcor aliquo, ne videam.

Aliquo,ait,dixit, vt exilinm eſſet incertū.] Cum econtrario quiddā rem certā & ſingularē demonſtrat auctore Boetio.Id qd' aſſerit Laurētius Vallenſis,tum li.2. aduerſus Bartholemæum Facium, [tum in annotationibus in Antonium Raudenſem,non ſemel,tum lib.Elegantiarum.3.c.16.tum denique in Dialecticis lib.2.cap.25. atque etiam Nicolaus Sipōtinus in Martialem.

45 ¶ † Quanquā in cōtrarium] facere uidetur tex.in l.ſi debitor.C.de ſenten.paſ.& in §.præterea,Inſt.de fideicom.liber. prout illos declaraui ſuprà verſi.5.incip. & hanc quoque partē[& tex. in l.3.§.ult.ff.de annu.lega. ubi hęc duo certum aliquid,ſimul iunguntur.& illud Tullii,lib.j.de Inuētione. Demonſtratiuum genus eſt,quod tribuitur in alicuius certæ perſonę laudē aut uituperium.Et rurſum lib.j. Rhetoricorum ad Herēnium,ſi is eſt, ſtatim,poſt initiū,ubi diſſerit de Oratoris officio, ubi illa eadem uerba adſcripſit.Sed & ſine ea adiectione certi videmus ſępe ipſum Tullium hac noſtra dictione uti in re certa, nam lib.4.epiſtola. ad Titū Fabiū. Idq; una ait, ſententia, eaq; dubia potentia alicuius condonatum eximetur. Alicuius ſcilicet Cæſaris vt ſatis eadem epiſtola indicat, & oēs intelligūt. Ideo vnus ex interpretibus Vala, inquit, dixiſſet, cuiuſdam. Idem li.primo earundem, ad Lētulum.Cū de certis quibuſdā hoībus loqueretur,vnum ait,illud audeo,quod antea tibi ſignificans, nunc quoque re perfecta & cognita ſcribere, vehementer quoſdam homines & eos maxime, qui & te maxime debuerunt, & iuuare potuerunt,inuidiſſe dignitati tuæ.

46 ¶ † Eſt aliud quoq; diſcrimen, ne & illuc permittamus,inter has dictiones aliquid & quoddā,q.ſ.] aliquid intelligitur de re modica, vt

ſuprà

ſuprà latiſſimè diximus, quoddam vero non item, niſi addatur, ut in l. ſi cũ dies. §. ul. cum dicitur, quoddam modicum tempus. ff. de arbi.

SVMMARIVM.

1 *Bona cur facultates appellantur, & quare facultates bona, & nu. 2.*
Liberales ſunt qui ſuis facultatibus captos à prædonibus redimunt.
Facul. & faculter.
Facultates facilitatem omnibus rebus præbent.
Diues quis dicatur.
Aurum aperit omnia, & inferni portas.
Pecuniæ obediunt omnia.
Vidua diues non eſt de miſerabilibus perſonis.
Pecuniæ appellatione omnia continentur.
Pecunias habens omnia habere videtur.
Diuitiæ ſunt uita hominis.
Antiqui pecuniam Deam eſſe exiſtimabant.
2 *Bona facile labuntur.*
Diuitiæ inſtabiles & caducæ.
Diuitiarum & paupertatis exempla.
Diues anteà an hodie præſumatur diues.
3 *Facultates facile labuntur.*
Res quælibet denominatur, quod ſibi ſpecialius eſt.
Homo unde dictus.
4 *Facultas & facilitas quid differat.*
5 *Facultates et prouentus an differat.*

FACVLTATVM.

1 VIDES. †vt quæ bona prius vocauerat, nunc facultates appellat. Nam & aliàs uidemus facultates pro bonis uſurpari, non ſolum à iuriſconſultis, quod frequenter videre licèt, vt in l. nec ei. §. j. ff. de adopti. & in l. ſi quis crediderit. ff. de pact. & in l. ſi plures. §. j. ff. de admi. tut. & in l. cũ plures. §. tutor. & l. ſeq. eo. ti. & in l. quæſitum eſt. §. j. ff. de leg. 3. & in l. 3. ff. de annu. lega. & in aliis propè infinitis locis. Sed & ab aliis oratoribus præcipuis, quorum facile princeps Tullius lib. 2. Officiorum, Modus, inquit, largitioni adhibeatur, iſq; referatur ad facultates. Et paulopoſt †Liberales autem ſunt, qui ſuis facultatibus captos à prædonibus redimunt. Et iterum li. 3. eiuſdẽ operis. Singulorũ facultates & copię, diuitię ſunt ciuitatis. Facultates igitur bona dicuntur, vt etiã nuncupatim tradit gloſ. in l. ſi conſtante prin. in ver. non ſufficere, & ibi quoq; Bar. in 2. oppo. ff. ſol. ma. [& Luc. Pen. in l. omnes, col. 7. in ver. facultatem. C. de decuri. li. 10. & in l. ſi quis procurationem, poſt prin. eo. ti.] & è recẽtioribus Phi. Deci. qui & alia iura allegat, in l. qui ſe patris, col. 4. uer. not. ibi facultates. C. vnde lib. † Quod hinc manauit vt nonnullis placuit, quoniam antiqui facul, & faculter dicebant, quod poſterior ętas facile & faciliter vocauit, vt annotat. [Feſtus Põpeius, atq; etiam] Nonius Marcellus auctoritate Pacuuij, Africani, Lucillii, & aliorum. Vnde & facultas nomen ad noſtram ætatem permanauit, veluti facilitas agendi quippiã. vt ẽt è noſtris aſſeruit Accurſ. in d. l. ſi quis crediderit ff. de pact. & in d. l. ſi cõſtante, vbi ſuprà. & iterum in l. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſth. Cuius contrarium nomẽ eſt difficultas, ſicuti & huius quod faciliter dicitur, contrarium eſt difficulter, quo vſus eſt Columella, lib. 8. c. 10. Ex quo & Varro in Bimarco, quod vtrum ſit magnum

magnum, an paruum, facul, an di ffi cul,† & qm̃ qui dives ẽ, cui ve ab un de ſuppetũt opes ac diuitiæ, facile agit quod vult, iuxta illud Arbitri Petronij.

Quiſquis habet nummos, ſecura naui get aura.
Fortunamq; ſuo tẽperet arbitrio.
Multa loquor, quoduis nummis præ ſentibus opta.
Et veniet, clauſum poßidet arca Iouẽ.

Cui cõcinẽs Horatius auctor grauiſſimus lib. j. epiſtolarum ad Numicium ait.

Scilicet vxorẽ cũ dote, fidẽq; et amicos.
Et genus, & formam regina pecunia donat.

Et lib. 2. ſermonum Saty. 3.

Omnis enim res
Diuitiis paret, quas qui conſtruxe rit ille.
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, etiam rex.

Et hinc quoq; Apuleius li. Aſini au rei 9. ſcribit pecuniæ, difficultates oẽs eſſe peruias, auroq; adamantinas perfringi fores. Ex quo & Statius li. Syluarum. 5. non inſcitè diuitias potentes appellat, cũ dicit.

Arabumq; potentes.
Diuitias mallet.

Et vt ex Grecis auctoribus aliquid quoq; adferamus. Ariſtophanes in Pluto multa in eã ſententiã effundit, ex quibus hos verſus huc adſcripſimus.

Καὶ νὴ Δί εἴτιγ' ἐστὶ λαμπρὸν
καὶ καλὸν,
ἢ χάριεν ἀνθρώποισι, διά σε
γίγνεται
ἅπαντα τῷ πλουτεῖν γάρ ἔσθ' ὑπήκοα, Id eſt.

Et per Iouem, ſi quid magnificum, aut ſplendidum.
Aut elegans mortalibus, abs te venit.
Pecuniæ nãq; vniuerſa obtẽperant.

Et menandri ſenarius eſt.

Χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα, καὶ ᾅδου πύλας.

Id eſt ad verbum,

Aurum† autem aperit omnia, & inferni (ſiue mauis Plutonis) portas. Quin ex Hebræis† Salomon ante hos oẽs illud grauiter, & veluti cum bile pronuntiat in Eccleſiaſte. cap. 10. Pecuniæ obediunt oĩa. [†Id qd' reaſſumit Bal. in l. ſingularia, col. 4. ver. vndecimò eſt ſpeciale. ff. ſi cer. pet. & Saly. in l. receptitia, col. 3. ver. item no. ibi. C. de cõſt. pecu. & ante eos.] Hoſt. & Io. An. in c. ſignificantibus, vterq; poſt prin. ext. de offi. deleg. [vbi eius loci authoritate] negãt viduã diuitẽ eſſe annumerandã inter miſerabiles pſonas. Quod & aſtruit tex. ibi. Cui tñ aduerſaẽ tex. in c. ex parte, de fo. cõp. vbi vidua regina Angliæ gaudet priuilegio miſerabiliũ perſonarũ. Sed id nihil obeſt, qñ & rex & regina pñt eſſe pauperes reſpectu ſuę conditionis, vt dixi latè in noſtro tract. nobilita. †His aũt quæ diximus, aſtipulaẽ, qp leges noſtræ aſſerunt pecuniæ appellatione res oẽs contineri. c. totũ. j. q. 4. & l. pecuniẹ. ff. de verb. ſig. & l. receptitia verſi. & neminẽ moueat. C. de con ſtit. pec.† Tanquã, ſ. oẽs res habere videatur, qui pecunias habet, vt ẽt in poſtremo loco no. Bal. q. ad hoc retulit quod voluit glo. in l. aduocati, in ver. virã. C. de aduo. diuer. iudi. videlicet† diuitias eſſe vitam hoĩs, de qua re latiſſimè diſſeruim* in tract. nobilita. in cõparatione ad uocati & medici, vbi id quiſq; legere poterit. Proinde, vt repetamus, cũ diuitiæ tm̃ habeãt viriũ, potentiæ, facultatũ, nõ abs re latinis facultates

cultates dicũtur,tanquã,ſ.rerũ om
niũ facultatẽ ac veluti facilitatem
ꝓbentes. In qua re Latini ipſi Græ
cos, vt ſępè alias, imitanẽ, quibus
facilitas dicitur εὐπορία, quo ẽt
vocabulo abundantia & opulentia
ſignificatur. Demoſthenes, ἐὰν κα
λάζητε τούτους ἐξ εὐπορίας πο-
νηρούς. Ex quo & εὔπορος diues &
abũdãs, & verbũ εὐπορέω, habeo
facultatẽ, ditor, abũdo. De quo &
idẽ Demoſthenes ἀλλοθέντε χρή
ματα εὐπορήσας, καὶ ἐκ μιτυ
λήνης παρὰ τῶν φίλων λαβὼν
τριακοσίους στατῆρας. [† Antiq.
aũt pecuniã deã eſſe exiſtimabant,
vt videre licet ex D. Auguſtino de
ciuit. Dei. li. 4. c. 21. & 24. vt magis
mirũ ſit qđ Iuuena. cecinit Sat. j.

Et ſi funeſta pecuniæ templo
Nondum habitas, nullas nummo-
rum ereximus aras.]

2 ¶† Verũ ẽ noſtris Alb. in ſuo vber-
rimo Lexico tradit opes dici facul
tates, tanquã facilitates, ꝙ.ſ. facilè
labũtur, per no. in l. ſi cũ dotẽ, in fi.
ff. ſol. ma. Cui rõni cõcinit illud Va
lerij Maximi ĩ fine li. 6. Caduca ni
miũ & fragilia, puerilibuſq; cõſen-
tanea crepũdiis iſta, q̃ vires & opes
humanæ vocãtur, affluũt ſubitò, re
pẽte dilabũtur, nullo in loco, nulla
in pſona ſtabilibus nixa radicibus
cõſiſtunt, ſed incertiſſimo flatu for
tunæ huc atq; illuc acta, quos in ſu
blime extulerunt, improuiſo recur
ſu deſtitutos in profundo cladium
miſerabiliter immergunt. Hęc il-
le. Cui aſtipulaẽ illud Saluſtij ĩ Ca
tilinario, Diuitiarũ & formę gloria
fluxa atq; fragilis eſt. Et rurſus in
Iugur. ſtatim poſt prin. Præclara,
inquit, facies, magnę diuitię, ad hoc
vis corporis, & alia oĩa hmõi breui
dilabunẽ [Plutar. in oratio. cõſola-
toria ad Appolloniũ tradit quod
cũ Demetr. Phalereus dicẽte Euri
pide diuitias eẽ ĩſtabiles, vnãq; diẽ
hæc ad ima deprimere, hæc vero ad
ſũma tollere. Alia quidẽ rectè eũ di
cere inqt, melius verò fuiſſet, ſi nõ
vnã diẽ, ſed tpis pũctũ dixiſſet. Et]
optimè facit tex. in l. ẽt, ibi, ſi ido-
neus ſubito lapſus eſt. ff. de admin.
tuto. [& i l. verũ. §. ſi locupleti, ibi,
& ſubitò hereditas lapſa ſit. ff. de
minor.] Et ex xp̃ianis ſcriptoribus
Hirony. ad Pãmachiũ de obitu Pau
linæ vxoris, ſcribit opes & ĩmomen
to perdi & ĩueniri poſſe. Cuius rei
exẽplũ ĩſigne ac memorabile nobis
ſuggerũt ſacræ literæ, ĩ quib⁹ Iob
ille ſimplex & rectus & timẽs Deũ
derepẽtè ex ditiſſimo factus ẽ pau-
perrimus, ex pauperrimo ditiſſi-
mus. Et aliud quoq; Myron Athe
niẽſis orator apud P. Rutilium Lu
pum ex Gorgia de figuris ſñiarum
li. 2. Hęc mulier, ait, nup fuit locu
ples, potẽs ĩ amore atq; deliciis ne-
ceſſariorũ, ornat⁹ eius opib⁹ abun
dabat, magnus ancilllarũ q̃ ſeque-
banẽ, comitatus appellabatur. Nũc
cõtra ſubito & graui caſũ afflicta
vix mediocris ancillulæ dignitatẽ
retinet. Ob idq; cõfeſtim ſubiũxit.
O fortuna, q̃ vehemẽter te rerũ va
rietas oblectat: & q̃ magno odio eſt
tibi btẽ vitæ ꝑpetuus & cõſtãs fru
ctus. Hęc ille† Ex quo fit qđ ſcribit
Bar. in l. in cõfirmãdo. ff. de confir.
tut. ꝙ qui anteã diues erat, ꝑ precariõ
ꝓſumitur nunc diues eẽ, qm̃ in fa-
cili eſt. vt facultatũ fiat diminutio,
ꝑ illũ tex. quãuis gl. teneat cõtra-
riũ in §. quia verò iã, in verbo, à pa
tre, in aut. de æqual. dot. [& Hoſti.
Io. An. Aegid. Bellem. Ant. & Imo.
in c. j. ext. de ſeru. ĩ ord. faci. ꝑ tex.
in l. ſi creditores, ĩ fi. ff. de priu. cre.
Arch. & Dom. ĩ c. vl. 6. q. 5. Alb. Ro
ſa. ĩ l. ſi vero. §. q ꝓ rei q̃litate. ff. q.
ſatiſda.

ſatiſd.cog.Sed tu uide Alcia.has cõtrarias ſententias concordantem,in tract.præſum. regula 2. præſumpt. 27.num.1.& 2.poſt Alex.ibi ab eo allegatum.] Sed & Bal.in c.dudum col.j.ver.quæro quæ qualitates,extr.de iureiur.inter ea quę facile corrumpuntur,diuitias repoſuit.

3 ¶†Vides igitur opes ac diuitias maximam nobis omnium rerum facultatem ſiue facilitatem ſuppeditare, eaſdemque facilimè labi & effluere (vt ſic vtranque rationem coniungam)vt non immeritò facultates id eſt facilitates dicantur. Sed prior ratio multò conuenientior eſt ac peculiarior.nihil enim omnium rerũ illud,ſcilicet facultatem rerum agẽdarum,magis efficit,quàm diuitiæ: hoc autem,ſcilicet facilè labi,commune eſt cum multis.†Quęlibet autẽ res ab eo potius denominari debet, quod ſibi ſpecialius eſt, quàm quod cum alijs cõmune habet. Ex quo videmus ſtipulationem potius à verborum firmitate, quæ propriè ac peculiariter ad ſtipulationẽ pertinet,quàm à cõſenſu, qui omnium pactorum ac conuentionum communis eſt, nomen accipere. l.j. in prin. & ibi Paul.Caſt.Alex.Sozi.& cæteri recentiores.ff.de verb.oblig. †Sic hominem negat Fab.Quintilianus lib.oratoriarum inſtitutionum j.c.10.ab humo dictum,cùm id omnibus animantibus commune ſit.Id quod & Alciatus noſter ſcietiſſimè colligit in l.tugurij.ff.de uer. ſigni. Quanquam ea hominis etymologia auctorem habeat Varronem illum togatorum doctiſſimum.

4 ¶†Quid autẽ interſit inter facultatem & facilitatem,tradit Cornelius Fronto in libello de nominum uerborumque differentijs. Facultas,inquit,locupletis:facilitas artificis eſt Itaque diues facultatem habet: uel emendi uel redimendi:artifex opera perficiendi facilitatem. [At Feſtus Pompeius in uerbo, facul,facilitas (ait)morum eſt:facultas rerum Sed & de ſignificatione facultatis, quid noſtri ſentiant, uidebis apud Accurſium in §.ſi uerò abſunt, in ver.ſubſtantiam,in auth.de hæred. & falci.& Luc.Pen.in locis in principio alleg.]

5 ¶†Poſtremò in hac mentione facultatum uoluimus prætermittere noſtrates ponere differentiam inter facultates & prouentus, vt videre licet ex cle.2.in prin.vbi id not.Pau. Liaz.& Car.Flor.in 16.nor.de religi.domi. quos videas. neque enim in hac re diutius immorari ſtatuimus,vt pote nihil ad noſtrum,quod agimus,negotium pertinente.

SVMMARIVM.

1 *Lex noſtra locum habet in donatione ſimplici,mera,gratuita & libera li.tantum.*

Donatio quæ propriè dicatur,

Largitio quę ſit.

2 *Lex noſtra vtrum locum habeat in venditione modico pretio facta. & nu.3.4.5.6.7.8.9.& 10.*

Donatio cenſetur venditio modico pretio facta,& qualiter intelligatur vide nu. 3.cum multis ſeq.

3 *Venditio minori precio facta, pro donatione habetur, & inſinuationem requirit.& qualiter intelligatur uide nu.4.5.& 6.*

Cauſa lucratiua cenſetur,cum res magni pretij,paruo emitur.

Suetonij locus animaduerſus.

Addicere nummo quid ſit.

4 *Contrahentium principale propoſitũ inſpiciendum ad ipſum contractum iudicandum ac nominandum,& nume.5.& 6.*

Contractus quis, qualis, ve ſit,cùm datur

datur fundus & pecunia.

Praua'entia eſt dict.o iuriſc.nſulti.

7 *Quid ſi id quod excedit pretium non tanti eſt, vt ob læſionem retractari poßit.*

8 *Tacitum non habet plus, uirium quàm expreſſum, nec imago quàm veritas.*

9 *Quid ſi talis contractus pro maiori parte, eſſet venditio, quàm donatio.*

10 *Quid ſi venditio facta fuit, minori pretio contemplatione alterius rei.*

11 *Lex noſtra utrum habeat locum in donatione remuneratoria, & quomodo & nu. 12. 13. 14. 15. 16. & nu. 69.*

Donatio remuneratoria non eſt propria donatio, ſed compenſatio uel permutatio, & nu. 12.

13 Donatio remuneratoria, ob ingratitudinem an reuocetur, & nume. 14. 15. & 16.

14 *Priuilegia conceſſa ob merita tranſeũt in cõtractum & ſunt irreuocabilia, Andreas Alciatus ex Ludo. Roma. librum integrum elegantius, traducit.*

15 *Feudum conceſſum ob merita, nulla ingratitudine reuocatur.*

17 *Donatio remuneratoria, non reſcinditur prætextu metus.*

18 *Remunerationis multa ſpecialia.*

19 *Donatio remuneratoria valet inter uirum & vxorem.*

20 *Donatio remuneratoria inter patrem & filium fa. ualet, & nu. 21.*

21 *Filiorum merita in parentes.*

Parentibus omnia poſt Deũ debemus, Campus Piorum.

Obligatio antidoralis, inter parentes & filios contrahitur.

22 *Pater filium ſpurium, aut ex eo nepotem, ob merita inſtituere poteſt.*

23 *Clericus poteſt ob merita concubinæ donare.*

24 *Miles remunerationis cauſa, poteſt donare concubinæ.*

Doctor ob remunerationem concubinæ donare poteſt,

25 *Tutor & curator poſſunt donare ob merita.*

26 *Procurator generalis ob merita poteſt donare.*

27 *Prælatus res eccleſiæ ob merita alienare poteſt.*

Papa poteſt infeudare caſtra eccleſiæ benemeritis,

Prælatus poteſt ſeruum manumittere propter merita.

28 *Prælatus poteſt mutare naturam feudi, ex cauſa remunerationis.*

29 *Minor licet non poßit ſine decreto res immobiles alienare, poteſt tamen ob merita donare.*

30 *Mulier prohibita à ſtatuto ſine uiri conſenſu donare, id poteſt cauſa remunerationis.*

31 *Mulier poteſt ſibi in dote præiudicare, remunerationis cauſa.*

32 *Decuriones poſſunt donare res ciuitatis ob merita.*

33 *Iudex poteſt donare multam, & alia ad fiſcum pertinentia, ob merita.*

34 *Merita in rem publicam à pœna liberant, uel pœnam minuunt, & n. 35. 36. 37. 38. & 39.*

Appius ſcriba remuneratus, quòd librum ſurripuiſſet, populoq; tradidiſſet.

35 *Deprecatio oratorum locus.*

Marcus Aquilius multis criminibus conuictus, à pœna exemptus ob merita in rem publicam.

36 *M. Horatius à parricidio ſororis abſolutus, ob merita in rempublicam.*

37 *Miles quidam Lucanus apud Fabiũ Maximum accuſatus, quòd mulieris amore noctu ſæpe in caſtris uagaretur, ob merita in rempulicam liberatus.*

38 *Ionathas à morte ob in rempublicam merita liberatus.*

39 *Singularis prouiſio fit, propter ſingularia*

laria merita, quæ ſecundum generalia ſtatuta non poſſet fieri.

40 *Merita in rempublicam, non tantum ſua, ſed etiam maiorum à pœna liberant, niſi in grauiſſimis, nu. 41.*

Merita parentum ad liberos tranſeunt,

41 *Manlius Capitolinus, quàmuis alias meritiſſimus, ob affectatum regnum ex ſaxo Tarpeio eſt præcipitatus, domus illius diruta, & bona publicata.*

42 *Gabella ob merita remittitur.*

43 *Princeps uel ciuitas poteſt rem unius alteri concedere ob merita.*

Princeps poteſt ob cauſam rem alterius auferre.

Dominus ex cauſa cogitur ſeruum ſuum manumittere.

44 *Libertus poteſt legitimam patronorum tollere, donando bene merentibus.*

45 *Res ſubiecta reſtitutioni, poteſt alienari ob remunerationem.*

46 *Alienari prohibita, poſſunt ob remunerationem alienari.*

47 *Donatio remuneratoria, non indiget inſinuatione.*

48 *Donatio ob merita latiſſimè interpretanda, eademque potius realis præſumitur quàm perſonalis.*

Quæ benemerentibus conceduntur, efficatius conceduntur.

49 *Forenſes ex cauſa benemeriti, poſſunt bona in ciuitate acquirere, non obſtante ſtatuto in contrarium.*

50 *Donatio præſumitur ob merita præcedentia.*

51 *Merita faciunt præſumi remiſſionem iniuriarum.*

Inimici facientes inuicem grata ſeruitia, iniuriam remiſiſſe præſumuntur.

52 *Merita faciunt, reſcriptum præſumi fuiſſe proprio motu conceſſum.*

53 *Donatio ob merita, potius præſumitur inter uiuos, quàm cauſa mortis.*

54 *Merita faciunt ut donatum officiali uel prælato, cenſeatur contemplatione perſonæ.*

55 *Priuilegium alicui & ſuis filijs, conceſſum ob merita, tranſit ad nepotes.*

56 *Stipulatio ſine cauſa ualet ob merita.*

57 *Iudices ob remunerationem licitè munera accipiunt.*

58 *Donans ob merita, non habet beneficium ne conueniatur niſi in quantum facere poteſt.*

59 *Donans ob remunerationem, de euictione tenetur, etiam ſi incipiat à traditione.*

60 *Merita præcedentia faciunt competere actionem, quæ aliàs non competeret.*

61 *Fructus rei pignoratæ non computantur in ſortem, cum dominus à ſuo vaſallo feudum accepit in pignus, abſtinens interim ab eius ſeruitio.*

Intellect. ad c. 1. de feud.

62 *Vſuræ poſſunt promitti & exigi cauſa remunerationis.*

63 *Pater poteſt vni filiorum feudum relinquere ob merita aliàs non.*

64 *Gabella ex ſtatuto debita, ex donatione remuneratoria, non ſoluitur.*

65 *Donatio abſenti fieri poteſt ob merita.*

66 *Obligationis antidoralis effectus, remiſſiuè.*

67 *Obligatio antidoralis communis omnium animantium.*

Non tamen eius cauſa licent omnia, nume. 68.

68 *Seruus, licet benemeritus, manumiſſus, à ſciente ſe non eſſe ſoluendo, libertatem non conſequitur.*

Libertus benemerentibus amicis, legare

legare non poteſt, quo patroni partem minuat.
Mandatum etiam cauſa remuneratio nis factum, morte finitur.
Obligatio antidoralis non impedit repetitionem indebiti.
Quod qualiter intelligatur uide infra nu. 95.
Remunerationis cauſa non facit, ut alter pro altero ſtipulari poſſit.
70 Donatio an cenſeatur facta ob merita præcedentia, licet id dictum, non ſit, an uerò neceſſe ſit in donatione dicere, illam ob merita factam eſſe, & nume. 72. uſque ad nu. 78. incluſiuè.
72 Spurius aut nepos ex eo, licet hæres inſtitui non poſſit tanquàm filius aut nepos, poteſt tamen ut extraneus meritus.
Affectio naturalis indubio, potius conſideranda quàm merita, & nu. 73. 74. & 83.
73 Pater an cenſeatur filio ſtipulari ob merita, an verò ob filiationem, & nu. 74. & 83.
Relictum conſanguineo pauperi, magis cenſetur relictum ob conſanguinitatem, quàm ob paupertatem.
74 Cauſa naturalis magis conſideratur quam accidentalis.
Conſanguineus donans prælato, id fauore ſanguinis facere uidetur, non eccleſiæ, niſi prius beneficia ab eccleſia acceperit.
75 Pater donans ſpurio præſumitur donare in cauſam alimentorum.
76 Donans ſuccedens donatario ex teſtamento, cenſetur hæreditatem conſequi, magis ex remuneratione, quàm ſucceſſione.
77 Donatio qualibet præſumitur facta ob merita, non tamen cenſetur remuneratoria, niſi demeritus appareat, requiritq; inſinuationem, & numero 78.
78 Quod non apparet, ac ſi non eſſet habendum eſt.
79 Donatio remuneratoria in eo quòd excedit merita reuocatur, & nu. 80.
81 Quid ſi merita non ſint infra dimidiam partem rei donatæ, & nume. 82. & 83.
Vſura non eſt, cum creditor aliquid æquale facit, Sed an ſufficiat illud æquale eſſe vſque ad dimidiam partem ipſius uſuræ, uide nu. 82.
82 Gratuitum quod cenſeatur & ſit.
83 Interpretatio ea accipienda eſt, ut valeat.
84 Donatio exedens merita à nobili facta, an ex hac lege reuocetur.
Principis liberalitas maior eſſe debet, quàm alterius priuati & inopis.
85 Gratiæ quomodò apud antiquos depingebantur.
Remunerationis cauſa lata ſit interpretatio.
86 Nobiles, ſolēt vberiorē referre gratiā.
Nobilium proſapia ac peculiaris eſt liberalitas.
87 Meritorum generalis mentio an ſufficiat in donatione, & nu. 88. cum ſeq. vſque ad nu. 99. incluſiuè.
Vtrum verò & ſpecialis ſatis ſit ibi.
Aſſertio in prohibitis an probet, & quid ſi ſit iurata, & nume. 88. cum multis ſequentib.
88 Confeſſio an probet in prohibitis.
93 Aſſertio generalis obſcura eſt, & dubia.
Generaliter loquēs, obſcurè loquitur.
Dubia aſſertio, non releuat.
Doctoris dictum, debet ſecundum leges allegatas intelligi.
94 Diſpoſitio generalis, omnes caſus generaliter includit, etiam ſi in uno maior ratio eſſe uideatur, quàm in alio.
Verba clara interpretatione nō indigēt.
Generalis diſpoſitio tantum operatur in genere, quātum ſpecialis i ſpecie.
95 Aſſertio in prohibitis, an probet in præiu-

præiudicium aſſerentis. & nume. 96. & 97.

96 *Vxore dicente conſtāte matrimonio ſe emere ex ſua pecunia pręſente marito, an tollatur præſumptio l. Quintus. ff. de donatio. & nu. 98.*

Vendens an poſſit uenditionem dicere ſimulatam, aut fraudulentam, ob id quòd remanſit in poſſeſſione, & nume. 98.

Confeſſio mariti de dote data, ſibi præiudicat, licet non creditoribus, & nume. 98.

100 *Meritorum, aut alterius rei aſſertio, in prohibitis, quamuis nō probet, minuit tamen probationis onus, & nu. 101. & 102.*

Confeſſio in prohibitis licet non probet, facit tamen vt leuior probatio ſufficiat, & nu. 101. & 102.

102 *Marito vendenti vxori & aſſerenti pretium recepiſſe an, & quomodo ei credatur.*

Prælato an & quomodo credatur de conuerſione mutui inutilitatem eccleſiæ.

103 *Meritorum aſſertio inter prohibitas perſonas, facta in inſtrumento guarentigiato an probet, & nume. 104. & 105.*

Inſtrumentum guarētigiatum habet uim ſententiæ, ſed in iis tantum quæ reſpiciunt executionem, & nu. 104.

104 *Iuramentum nihil operatur inter perſonas prohibitas.*

Iuramentum vim guarētigiæ habet.

Iuramentum habet executionem paratam ſicut ſententia.

105 *Guarentigia non ualet, vbi principale non ualet.*

106 *Lex noſtra, utrum ceſſet ſi ad ſunt ſeruitia obſequialia, aut alia quæ de iure debentur, & nu. 107.*

Quid ſi huiuſmodi ſeruitia fuerint ditiſſimè inpenſa, cum magna cura & graui ſolicitudine, atq; etiam in graui & longa ęgritudine, nu. 108.

Beneficium non eſt, quod fit ex neceſſitate.

Donari dicitur, quod nullo iure conceditur.

In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.

Officiali capienti delinquentē aut bannitum ex neceſſitate ſui officij, non debetur præmium à ſtatuto præſcriptum.

107 *Seruitia ex iure debita non cenſetur eſſe merita.*

Seruus domino, & filius patri, an beneficium dare poſſint.

109 *Donatio facta ob ſeruitia, vel merita futura, an remuneratoria cēſeatur, & an indigeat inſinuatione.*

Verbum remunerandi, & verbum reddendi, quam ſignificationem habent.

Donatio ob cauſam de futuro, eſt contractus innominatus, nec eſt cauſa lucratiua.

110 *Lex noſtra an locum habet in donatione, mutua aut viciſſitudinaria in qua uterq; capit. & nu. 111.*

Donatio hæc non eſt propriè donatio, & valet inter uirum & vxorem, ac inter patrem & filiumfamilias, nec inſinuationem requirit.

111 *Euictio ſi non debetur ex cōuentione pretium tamen re euicta reſtituitur.*

Mutua pactio ne euictio debeatur, facit ut nec pretium quidem reddi debeat.

112 *Ius accreſcendi locum habet in contractibus, ultro citroq; obligātibus.*

113 *Verba præſentis uel præteriti temporis ad futura non trahuntur.*

Promiſsio de non receptando bannitos ſeu rebelles, de præſentibus tantum intelligitur, niſi ſit mutua promiſſio.

Immunitas per contractum conceſſa, non extenditur, ad bona poſteà, quæſita.

114 Pro-

114 Promiſſio nuda ſine cauſa etiam iurata, inefficax eſt, niſi ea ſit mutua.

115 Minor an poſſit ratione tutelę remittere tutori, etiam mutuo remittēti.

116 Lex noſtra utrum locum habeat in donatione mutua facta diuerſis temporibus, & nu. 117.

Donatio inter coniuges reciproca ex internallo facta an ualeat, & numero. 121.

Donatio facta patri à filio ob præmium emancipationis, non requirit inſinuationem.

117 Incontinenti quod ſequitur, prius actum eſſe uidetur, ita ut unus idemque actus cenſetur, aut certè unus reſpectu alterius factus, nu. 118.

119 Incontinenti quid factum eſſe cenſeatur, ut idem actus reputetur.

Tempus quod diſſeparet donationes mutuas, ut diuerſæ ſint, nec una & ea mutua reputetur, & ita huic legi locus non ſit nu. 120. & 121.

Donationes inter coniuges, in diuerſis inſtrumentis eadem die confectis, mutuæ, dicuntur,

120 Donatio mutua an, requirat inſinuationem.

122 Donatio mutua inæqualis diuerſis temporibus facta, an reuocetur, & nu. 123. 124. & 125.

Permutatio inæqualis beneficiorum, an fraudulenta præſumatur,

123 Modicus exceſſus non conſideratur.

124 Parum & nihil æquiparantur.

125 Diſpoſitio l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. an procedat cùm liberi ſunt inæqualiter inſtituti & quid ſi modica ſit inæqualitas.

126 Diſpoſitio legis noſtræ an locum habeat in donatione reciproca, in qua alter tantum ex incerto euentu capere poteſt, & nu. 127. & 133.

Lucrum non eſt, quod ex reciprocis & ex viciſſitudinarijs conuentionibus, ſed tamen dubijs obtinemus.

Donatio mutua inter uirum & vxorem ualet, nec indiget confirmatione mortis, uel traditione, nec inſinuatione, & nu. 127.

128 Minor non reſtituitur aduerſus mutuam fideicommiſſi remiſſionem.

Læſus non dicitur, qui potuit lucrum ex conuentione cōſequi, & damnum. etiam ſi ipſe damnum paſſus eſt.

129 Pater an poſſit ſubſtituere filiæ in dote ob quā à ſucceſſione excluditur.

130 Donatio uiciſſitudinaria cenſetur, uenditio, niſi ſit admodum diſpar ſpes euentus, numero. 134. uel niſi bona eſſent utrinque inæqualia, numero. 137.

131 Dubij euentus ratione, multa permittuntur aliàs prohibita.

132 Pactum inter uiuos de hæreditate uiuentis licet non ualeat, tenet tamen ſi inter fratres fiat, ut altero decedēte ſine liberis, alter eius bona habeat

Pactum per fratres in diuiſione bonorum appoſitum, ut ex eis extantibus filijs maſculis, fœmine non ſuccedant, an ualeat.

134 Donatio viciſſitudinaria an teneat, ſi ſit diſpar ſpes capiendi, quia alter ſanus aut iuuenis, alter egrotus & ſenex & nu. 135. & 136.

138 Auctoris reprehenſio ad opinio. Franc. Curti. iunio. in conſ. 15.

139 Lex noſtra non habet locum in donatione oneroſa.

140 Remedium inofficioſæ donationis, locum non habet in donationibus, oneroſis, & gratia utriuſq; factis.

Nec diſpoſitio l. cum accutiſſimi. C. de fideicom.

141 Lex noſtra utrum habeat locum in quauis donatione ob cauſam, & nu. 142. cum ſeq. uſque ad nu. 150. incluſiuè.

142 Donatio ob cauſam propter ingratitudinem non reuocatur.

Donatio ob cauſam non eſt propriè donatio.

donatio. Nec etiam largitio.

Donatio ob cauſam eſt contractus in nominatus.

143 *Donatio ob cauſam, inſinuationem, non requirit.*

144 *Donatio ob cauſam, non habet priuilegium, ne donans conueniatur vltra quàm facere poßit.*

145 *Donatio non dicitur ob cauſam cum ea fauorem donatarij reſpicit, & num. 146.*

146 *Pater emancipando filium perdit, filius autem lucratur.*

Patria poteſtas res inæſtimabilis.

Emancipatio apud iudicem fieri debet.

Filius emancipatus aduerſus emancipationem non reſtituitur.

Pater emancipando filium, præmium debet conſequi & non dare.

Donatio incontinenti à patre filio in præmium emancipationis facta, non requirit inſinuationem.

Pater emancipando filium, pietatem exercere dicitur, Item & liberalitatem.

Pater filium emancipando, illum facit ſui iuris, tribuit ei poteſtatem teſtandi, & ut illi acquiratur non ſolùm aduentitia, ſed etiam profectitia.

Emancipatio patris, beneficium dicitur.

147 *Donatio facta in præmium emancipationis, pura cenſetur & liberalis, ac inſinuationem requirit.*

148 *Donatio ob cauſam cenſetur pura in exceſſu, & in eo requirit inſinuationem, in eoq; exceſſu, habet locum priuilegium, ne conueniatur ultra quàm facere, poteſt, & nume. 149. & 150.*

151 *Diſpoſitio legis noſtræ, an locum habeat in donatione tacita uel præſumpta, aut etiam facta, & nu. 162. cum ſeq. uſq; ad nu. 170. incluſiuè.*

152 *L. ſi quis argentum C. de donatio, an procedat in donatione tacita uel præſumpta, & nume. 166. 167. & 168.*

153 *L. Vltima C. de ſac. ſanct. eccle. an habeat locum in donatione tacita, & præſumpta, & n. 166. 167. 168. & 169.*

154 *Statutum prohibens confirmationem donationis inter uirum & uxorem, an habeat locum in donatione præſumpta.*

Donatio tacita fieri poteſt inter abſentes, licet expreſſa non poßit.

155 *Exorbitantia trahuntur ad eum caſum, qui ex lata ſignificatione comprehendi poteſt, & numero 178. cum ſeq.*

156 *Præſumptio nonnunquam fallax.*

Præſumptio præſumptionem tollit.

Expreſſa non tam facile retractantur, quàm tacita, & præſumpta.

Profeßio expreſſa difficilius reuocatur, quàm tacita.

Offenſa tacita vel ficta, facilius aboletur, quàm expreſſa.

157 *Fictio non plus operatur quàm veritas.*

Tacitum non plus habet uirium quã expreſſum.

Donatio tacita facilius reuocatur, quàm expreſſa.

Expreſſum potentius, tacito præſumpto.

158 *Præſumptio ſpecies probationis, & nu. 159.*

Præſumptio, liquidißima probatio.

159 *Probatio, admittitur contra præſumptionem ex inſtrumento venientem, licet ex ſtatuto non admittatur contra inſtrumentum.*

160 *Probatio facta ex præſumptione uera eſt.*

Filius certa probatione probari non poteſt, & nu. 161.

162 Fi-

162 *Filius uerus.*

163 *Dolus præſumptus æquè facit ſtare iuramento in litem ut uerus.*

Maleficium probatum per tacitam, uel præſumptam confeſſionem, vel præſumptionem, probatum eſſe dicitur.

Poſſeſſio uera eſt, quæ ex actu ficto transfertur.

164 *Lex prohibens, annullans, infirmans & irritans, trahitur quoque ad actum præſumptum & fictum, & nume. 165.*

Donatio etiam præſumpta, non ualet inter uirum & vxorem.

Donationes præſumptæ inſinuari debent.

Donatio præſumpta, comprehenditur à ſtatuto prohibente donationem ſine præſentia iudicis.

165 *Fictio non fit de re impoſſibili.*

167 *Duplex ſpecialitas non debet concurrere.*

Actio ex nudo pacto non oritur.

170 *Statutum uiro deferens lucrum certæ partis dotis, locum habet in dote præſumpta.*

Matrimonium præſumptum eaſdem uires babet, quas uerum.

Diſpoſitum in caſu uero, habet locum & in præſumpto.

171 *Diſpoſitio legis noſtræ, utrum locum habeat in remiſſione, uel renuntiatione rei, aut debiti, uel iuris quæſiti, & numero. 172. cum ſeq. uſque ad nu. 179. incluſiuè.*

Remittere an ſit donare.

Maritus non poteſt, reddere dotem conſtante matrimonio, ſed eam, nondum traditam, poteſt remittere.

172 *Remiſſio ſeu liberatio, an inſinuationem requirat, ut donatio, & numero. 176.*

Donatio abſenti fieri non poteſt, niſi per nuntium uel epiſtolam, liberatio autem ſic. & nu. 177.

173 *Remiſſio gratis facta uim habet donationis.*

Ius patronatus remitti non poteſt ſine conſenſu epiſcopi.

Procurator exceptionibus, peremptorÿs nec declinatorÿs renuntiare non poteſt.

Procurator non poteſt, pacem facere.

Gabella non debetur ex remiſſione, ſicut ex donatione.

174 *Gratis remittere non poteſt, qui non poteſt donare.*

Adminiſtrator etiam cum libera, non poteſt remittere.

Procurator non poteſt appellationi renuntiare, & nu. 175.

Prælatus appellationi renuntiare non poteſt.

175 *Procurator non poteſt liti renuntiare, nec exceptionibus domino competentibus.*

Prælatus non poteſt renuntiare exceptionibus, eccleſiæ competentibus.

Eccleſiæ debitum remittens, non minus punitur, quàm qui donat.

Simonia committitur remittendo ius ſeu debitum.

178 *Renuntiatio in officioſa, ut donatio reuocatur.*

Renuntiatio, in fraudem facta, reuocatur ut donatio.

Lex exorbitans & correctoria extenditur ad caſum qui comprehenditur ſub lata & improuiſa ſignificatione, & nu. 179.

180 *Lex noſtra an habeat locum in renuntiatione iuris querendi. & nu. 181. cum ſeq. uſque ad nume. 188. incluſiuè.*

Renuntiatio iuris futuri, inſinuationem non requirit, & nu. 181.

181 *Ius quærendum non tantum habet roboris, quàm quæſitum.*

182 Renuntiare hæreditati non eſt donare.

Renuntiatio iuris quærendi, non intelligitur facta in fraudem creditorum.

183 Inſinuatio non requiritur, cùm dominus vaſallo remittit, offenſionem aut pœnam.

184 Pœnæ remiſſio, inſinuationem non requirit.

Iniuriæ remiſſio, an requirat inſinuationem.

185 L. Cum auus. ff. de condi. & demon. an locum habeat in iure quærendo.

186 Lex noſtra utrum habeat locum in renuntiatione donationis nondum acceptatæ.

Ius quærēdū nō, eſt in bonis, noſtris.

Verba legis non conueniunt, cui eius diſpoſitio non conuenit.

187 Lex noſtra an locū habeat in renūtiatione ſucceſſionis futuræ, & n. 188.

189 Lex noſtra utrum in remiſſione non gratuita locum habeat.

Renuntiatio non gratuita non eſt donatio, nec inſinuatione indiget.

Quid ſi partim eſt gratuita, & partim non gratuita.

190 Renuntiatio utrum in dubio præſumatur gratuita, nec ne, ut ſit locus, uel non ſit, huic legi. & nu. 191.

191 Alleganti qualitatem incumbit onus probandi.

192 Lex noſtra an obtineat in renuntiatione facta ad commodum eius, à quo res renuntiata prius prouenerat & nu. 193. 194. & 195.

Verbum radicatum quid ſignificet, & quod ſit latinum.

Damnum patitur perdens, lucrum iam quæſitum.

Incorporatum quid dicatur, & an ſit uerbum latinum.

193 Donatio facta ei qui prius donauerat non reuocatur ob ingratitudinem.

194 Statutum requirens conſenſum propinquorum, an habeat locum in donatione, quæ ei fit, qui prius donauerat.

195 Lex noſtra an habeat locum in donatione facta ei qui prius donauerat, cùm aliud donatur, quàm quod prius donatum fuit.

196 Lex noſtra an habeat locum in renuntiatione iuris non liquidi & requirat inſinuationem, nu. 197. cum ſeq. uſq; ad nu. 201. incluſiuè.

Adminiſtrator an poſſit ius non liquidum remittere, & nu. 197. & 198.

197 Remiſſio iuris non liquidi non inducit ſimoniam.

199 Ius non liquidum eſt alicuius æſtimationis.

202 Lex noſtra an habeat locum, in remiſſione debiti vſurarū iam ſoluti.

Adminiſtrator quilibet tenetur bonam fidem agnoſcere.

Anima cunctis rebus præferenda.

Vſurarum remiſſio, non habet vim donationis.

Remiſſio uſurarum non requirit inſinuationem.

303 Lex noſtra an locum habeat in litis renuntiatione, & nu. 204. & 205.

Renuntians liti, an donare intelligatur.

Renuntians liti & appellationi, an uideatur fateri ius aduerſarij, in re controuerſa eſſe. & nu. 204. 205. 206. & 207.

206 Donatio non præſumitur, potius quā res à lege prohibita, & error iuris & facti præſumitur, & alia quæuis coniectura, magis quàm donationis capitur, etiam ſi id faciendo actus redditur inutilis & inefficax, Sed nec ex poſſeſſione decennali præſumitur, & nu. 207. & 208.

209 Lex noſtra an habeat locum in renuntiatione hypothecæ.

Donare prohibitus, an poſſit remittere pignus uel hypothecam.

An & idem poſſit remittere quar-

tam

tam, numero.210.

210 *Remiſſio quartæ an ex hac lege, reuocetur,& requiratur inſinuatio.*

211 *Vſusfructus remiſſio, an reuocetur ex hac lege,& nu.212.*

Pater poteſt filioſa. uſumfructum, quem in eius bonis habet remittere.

213 *Lex noſtra, utrum in re pro derelicto habita, locum habeat,& nu.214.*

Habere pro derelicto ſpecies eſt donationis,& nu.214.

Gabella debetur de re pro derelicto habita, ab alio occupata.

214 *Donare prohibitus, non poteſt pro derelicto habere,& nu.255.*

215 *Inſinuatio an requiratur in re habita pro derelicto.*

216 *Pactum lucrandi dotem, an ſit oneroſum uel lucratiuum, et reuocetur ex hac lege, et nu.217. cum ſeq. uſq; ad nu.238. incluſiuè.*

218 *Damnum reputatur id lucrum, quod habet originẽ à damno, et è cõtrario.*

Dos quãtũ ad uirũ titulus eſt oneroſus.

219 *Statuta lucrum dotis differentia, an uideantur conſtituta propter onera matrimonij, an ſecus,& nu.221.*

221 *Maritus an lucretur dotẽ ex ſtatuto, uel pacto cũ matrimonium momẽto tantum durauit,& nu.229.*

222 *Statutum quòd præmortua uxore uir lucretur dotem, an habeat locum ſi nec dum uxor fuit traducta ad domum uiri. et quid ſi necdũ uxor fuit à uiro cognita. nu.223.& nu.230.*

223 *Copulatum matrimoniũ dicitur etiã ſine coitu,& nu.224. contra Bal.*

224 *Copula,& copulandi uerbum quid ſignificent,& quid Coeundi uerbum.*

225 *Cauſa deficiente, deficit effectus.*

226 *Onera matrimonij uix tolerabilia.*

Additamentũ ſiue augumentũ eiuſdẽ eſt naturæ ac uirium, ut principale.

228 *Pactum de dote lucranda, an requirat inſinuationem.*

231 *Maritus qui non ſuſtinet onera matrimonij, an debeat conſequi dotis lucrũ, ſibi ex pacto uel ſtatuto delato.*

232 *Matrimonium eſt cauſa proxima lucri dotis, quod ex pacto uel ſtatuto defertur,& nu.233.234.235.*

Cauſa appellatio intelligitur in dubio de proxima.

Cauſa proxima attenditur.

233 *Lucrum dotis dicitur eſſe aduentitium.*

234 *Maritus poteſt uxori lucrum dotis remittere.*

235 *Dos datur propter matrimonium, nec ſine eo poteſt conſiſtere.*

236 *Cauſa etiam accipitur, pro non immediata, modo non ſit multum remota.*

Cauſa non multum remota propinqua reputatur.

239 *Lex noſtra an habeat locum in remiſſione facta uxori per uirum, de lucro dotis, quod facit ex pacto uel ſtatuto*

240 *Lex noſtra an locum habeat in donatione quæ fit ab extraneo ad dotandum puellam,& nu.241.242.243.& 244.*

Dotis datio ab extraneo facta, donatio eſt,& inſinuationem requirit, nume.241.

242 *Extraneus donans dotem puellæ, non cõuenitur niſi in quantũ facere põt.*

244 *Lex noſtra an procedat in donatione facta à patre cauſa dotis.*

Et quid in donatione propter nuptias à patre facta.

Quid ſi fiat ab extraneo.

Simplex donatio cauſa dotis ualet ſine inſinuatione.

245 *Donatio cauſa mortis utrum ex hac lege reuocetur,& nu.246. cum ſeq. uſq; ad nu.258. incluſiuè.*

Donatio cã mortis nõ ẽ ꝑprie donatio.

Nec comprehenditur ſub promiſſione facta alicui, ut poſſit donare.

Nec ſub ſtatuto loquente ſimpliciter de donatione,& nu.258.

246 *Argumẽtum de cõtractibus adulti-*

mas uoluntates ualet.

247 *Statutum prohibens mulieres donare, comprehendit donationem cauſa mortis.*

Vaſallus cui prohibitum eſt donare, non poteſt donare cauſa mortis.

248 *L.ſi quis argentum.C.de donatio. an trahatur ad donationē cauſa mortis.*

Donatio cauſa mortis an nudo pacto fieri poſsit,& nu.249.

250 *L.Cum auus.ff.de cond.& demo.an locū habeat in donatione cā mortis.*

253 *Donatio cauſa mortis, libere poteſt reuocari, ſola donantis pœnitentia.*

Adultus curatorem habens, eo inſcio uel inuito, cauſa mortis donare poteſt,& nu.258.

254 *Adultus liberè teſtari poteſt de immobilibus, ſine decreto & auctoritate curatoris, illi tamen non competit reſtitutio in integrum, nu.255.*

256 *Teſtamentum ſola pœnitentia non reuocatur, niſi aliud æquè ſolenne, fiat.*

257 *Animus qualis ſit, ex ſequentibus deprehenditur.*

259 *Lex noſtra utrum procedat in legatis & nu. 260. cum ſeq.uſq; ad nume. 273.incluſiuè.*

Auct. ex cauſa.C. de liber. præteri. an locum habeat in poſthumis, & quid ſi ipſi aut etiam iam nati ſint præteriti.

Et quid ſi appoſita ſit clauſula codicillaris, & nume. 260.uſq; ad nu. 273.incluſiuè.

266 *Clauſula codicillaris ceſſat, ceſſante uoluntate teſtatoris.*

267 *Antimonia Appoline indigens.*

268 *Hetruſcorum lex uetus.*

273 *Papinianus aliquando fuit ſibi contrarius.*

274 *Lex noſtra an in adoptione, procedat & nu. 300.*

275 *Lex noſtra an locum habeat in legitimatione facta per matrimonium, ita vt iam nati ſuccedant, cum legitimis poſtea natis,& numero. 276. cum ſeq.uſque ad numerum. 322. incluſiuè.*

277 *Lex noſtra an obtineat in legitimatione per reſcriptum facta.& num. 278.cum ſeq. uſque ad nume. 322. incluſiuè.*

278 *Subſtitutio exemplaris expirat liberis poſteà ſuſceptis.*

Legitimatio, donatio dicitur.

Legitimatio ob ingratitudinem reuocatur.

279 *Noua cauſa, priuilegium tollit.*

282 *Legitimatio perfecta, irritari non debet.*

Quod ab initio ualuit, durat etiam ſi contingat caſus à quo initium ſumere non potuit,& nu.292.

283 *Nobis iam quæſitum, non debet facto alterius tolli.*

284 *Filios temporales habere non poſſumus.*

Libertas ad tempus, dari non poteſt.

Legitimus quis & illegitimus ſimul eſſe non poteſt.

Liber & ſeruus, quis ſimul non poteſt eſſe.

Legitimari an quis poſſit quo ad quædam tantum & nu.299.

Quid non poteſt diuerſo iure cenſeri.

Emancipatio filij ad unum tantum actum fieri non poteſt.

285 *Legitimus, & adoptiuus æquiparantur.*

286 *Adoptio non tantum habet uirium, quàm legitimatio.*

Legitimatio fauorabilior, quàm adoptio.

Filius adoptiuus non excludit filias ex ſtatuto repellente fœminas exiſtentibus maſculis, legitimatus, uerò ſic.

287 *Libertas ſemel collata auferri non poteſt*

poteſt, niſi ex cauſa, nu. 301.
Libertus, & legitimatus æquiparantur.
Legitimatio ſpecies eſt libertatis.
Legitimatus ob ingratitudinem, in priſtinam libertatem reuocari, poteſt.
288 Affectio conſideratur ex iure naturali, non autem ciuili.
Naturæ non facit differentiam inter legitimos & naturales.
Naturalis proles pro legitima habetur, quantum ad naturale fœdus.
Pater ſicut poteſt ſe defendere ita & filium naturalem.
Conſtitutio naturam immutare non poteſt, nec coarctare naturales ſtimulos.
Filius, patrem naturalem & ſeipſum defendere poteſt.
Patrem naturalem aut filium occidens, ut parricidia punitur.
Filijs naturalibus alimenta denegare non licet.
289 Filius naturalis non poteſt patrem in ius vocare ſine uenia.
Filius naturalis nihil differt à legitimo, in ijs quæ meram naturam reſpiciunt.
Pater reuocare poteſt confeſſionem criminis à filio naturali factam, & probare contrarium.
290 Legitimatus per reſcriptum, nihil differt à legitimato per matrimonium, & nu. 306.
Legitimatus per reſcriptum ſine oblatione curiæ à legitimis nō differt.
291 Legitimatio non poteſt conditionem recipere.
292 Actus perfectus non reuocatur ex ſuperuenienti caſu.
293 Fideicommiſſum datum ſimpliciter à filio uel nepote non uidetur datum, ſi filius uel nepos habeat liberos.
294 L. Cum auus. ff. de cond. & dem. locum habet, etiam cùm eſt filius teſtatoris.
295 Extraneus adoptari poteſt in filium, & ſuccedit.
Filius naturalis non poteſt adoptari, vt ſuccedat.
296 Filius in hæreditate paterna, ius habet in ſpe.
298 Legitimatio ita fieri poteſt, ut legitimatus uel omnino non ſuccedat, uel ſuccedat in certa re tātū. & n. 319.
299 Emancipari an quis, poſſit ad unum actum.
301 Libertas fauorabilior eſt legitimatione.
302 Affectio & amor an idem in notos, qui & in legitimatos, & nu. 303.
Affectio legibus ſe conformat.
303 Cogitare quis præſumitur, quod lex diſponit.
304 Legitimatio per matrimonium, multo fauorabilior, & efficacior eſt, cæteris.
305 Legitimatio ſub conditione fieri, poteſt.
Actus legitimi, conditiones intrinſecas & legales recipiunt.
307 Legitimatio fieri non poteſt, extantibus filijs, principi legitimanti diſſimulantis, & nu. 310.
Turpius eijcitur quàm non admittitur hoſpes.
312 Paria ſunt aliquid facere tempore, prohibito, aut in id tempus reijcere.
313 Reſcriptum gratioſum, ita interpretari debet, ut minus lædat ius commune quàm fieri poteſt.
314 Priuilegium ceſſat, illius cā ceſſante.
316 Legitimatio nunquam reuocatur quo ad ſtatum perſonæ ex natiuitate liberorum legitimorum.
Legitimatio facta tacitis filijs legitimis, licet non ualeat ad eorum præiudicium, ualet tamen in cæteris.
317 Legitimatio integra remanet, licet ſuccedendi effectus tollatur.

Filiationis ius, ſeparatum à iure, ſuccedendi

318 Filius, poteſt renuntiare ſucceßioni patris uiuentis, et nō deſinit eſſe filius.

Renuntiatione agnatio nō tollitur à radice, licet à ſucceßione tollatur.

Cognationis ius ſeparatum ab ipſa cognatione.

319 Legitimatio fieri poteſt, ut is non ſuccedat.

320 Legitimatus reaſſumit effectum ſuccedendi, ſi legitimus moriatur.

321 Legitimatio per oblationem curiæ, in quibuſdam eſt potentior cæteris.

323 Diſpoſitio legis noſtræ an procedat in libertate data ſeruis. & nu. 324.

Serui ſunt in bonis noſtris.

Liberti in noſtris ſunt bonis.

Serui appellatione rerum noſtrarum continentur.

Rerum & locorum appellatio idem continet.

Homines noſtri, ut vaſalli & cæterii id genus, appellatione rerum noſtrarum veniunt.

324 Rerum appellatione non ueniunt perſonæ.

Libertates noſtrorum libertorum non ſunt in bonis noſtris.

325 Libertas fauorabilior eſt quàm legitimatio, aut filiatio, & nume. 326. cum multis ſeq.

Libertatis fauore ſemper primum tempus certæ ætatis facit idem.

Tempus certæ ætatis, non ſemper facit idem filiationis fauore.

326 Piæ cauſæ magis fauetur quàm filiationi excepta legitima, & nu. 327.

Teſtamentum nutu factum ad pias cauſas ualet.

Teſtamentum nutu factum non ualet inter liberos.

327 Pactum de futura ſucceßione, licet non ualeat, ualet tamen piæ cauſæ fauore.

328 Pia cā tā fauorabilis eſt, ut in eā tranſeat dominium ſine traditione.

Filiatio tā fauorabilis eſt, ut in filios ſine traditione dominium tranſeat.

329 Libertas eſt pia cauſa, ſed fauorabilior quacūq; alia, & n. 330. & 331.

Legata piis cauſis relicta, non minuunt legitimam.

Legata libertatum an minuant & tollant legitimam, & nu. 330.

Teſtamentum inter liberos nō per omnia par eſt et teſtamētū ad piā cām,

330 Lege correcta, non cenſetur correcta ratio legis.

Libertatum legata debentur, etiam ſi hæreditas non ſit ſoluendo.

Alimentorum legatū, eſt pia cauſa.

Libertas poteſt concedi abſenti, etiam ſine nuntio, uel epiſtola.

Abſenti donatio piæ cauſæ fieri non poteſt.

331 Libertas filiatione fauorabilior.

Libertas omnibus rebus, fauorabilior.

Libertas uitæ anteponenda.

Libertas rerum perſarum, anteponenda.

Seruitus morti ſimilis.

Onocentaurus morti præbet ſeruituti.

Libertas infinita æſtimatio.

Libertas res inæſtimabilis.

Libertatis æſtimatio ad infinitum, extenditur.

Libertas beatos homines facit.

Filiatio ſuperueniens non tollit libertatem iam conceſſam.

332 Lex noſtra an locum obtineat in publicatione bonorum.

333 Filij cur ob parentum ſcelera puniantur.

334 Lex noſtra an locum habeat in ijs quæ ludo amittuntur.

Ludo quæſita cenſentur ne ex cauſa oneroſa, uel lucratiua.

Alienare dicitur, qui ludo amittit.

335 Lex noſtra an procedat in conceſſione feudi, & numero. 336. uſque ad nume.

nume.341.incluſiuè.
Feudum eſt uelati quædam dona-tio, & beneficium, & beneuola a-ctio, & gratia.
336 *Feudum ex eiſdem cauſis reuocatur, quibus & donatio,*
Feudum facile reuocatur, & nu-mero.340.
337 *Donatio potius præſumitur, quam feudi conceßio.*
Verborum diuerſitas, rerum diuerſi-tatem denotat.
338 *Feudum eſt datio ob cauſam.*
Conditio ob cauſam, pro ſeruitio feu-dali competit.
339 *Vaſallus nunquam eximitur capitu lis iuramento fidelitatis in feudo quantumcunq; franco.*
Feudum non diceretur ſi vaſallus li-ber eſſet ab omni ſeruitio & onere, ſed potius donatio.
Feudum exemptum ab omni ſeruitio, feudum tamen dicitur.
340 *Fœminæ in feudis non ſuccedunt.*
Feudũ & donatio in multis differũt.
Inſinuatio non requiritur in feudi conceßione.
341 *Feudum quod pro mercede aut pen-ſione conceditur, non dicitur pro-priè feudum.*
342 *Lex noſtra, an in indebito ſcienter ſo luto locum habeat.*
Donat qui indebitum ſolutò ſoluit, hu iuſmodique ſolutio inſinuationem, requirit.
343 *Lex noſtra an procedat, cum quis do nationi rei ſuæ conſenſit, & nu.344. uſq; ad nu.352.incluſiuè.*
Donare & conſentire donationi an ſint diuerſa.
Mulier quæ ex ſtatuto ſine aliqua ſo-lennitate uendere non poteſt, poteſt citra eam ſolennitatem uendenti conſentire.
Conſenſus alienationi præſtitus, alie-natio non dicitur.

Venditor non dicitur, qui venditioni conſenſit, nec illi competit remedium l.ij.C.de reſc.in.uendi.
Differentia inter contrahentem & conſentientem contractui.
Manumittere qui non poteſt, poteſt manumittenti conſentire.
344 *Conſentire an poßit alienationi, qui alienare non poteſt.*
345 *Legatum ita demum ipſo iure tran-ſit in legatarium, ſi res ſit ipſius te-ſtatoris, non ſi alterius, etiam hære-dis ipſius, etiam ſi dominus conſen-tiat & nu.348.*
Legare et legãti cõſentire sũt diuerſa.
346 *Donare cui non conceditur, nec donan ti conſentire permittitur.*
Conſentiens donationis, an habeatur pro donante.
Conſentire an poßit alienationi, qui alienare prohibetur.
348 *Qui alij cõſentit ſua iura perdit.*
349 *Donatio rei alienæ conſentiente do-mino, debet inſinuari tanquam facta à domino ipſo.*
Alienanti conſentiens, alienare uide-tur, & facere cenſetur ac ſi ipſe face ret, nu.350.
352 *Lex noſtra an habeat locũ in cõfeßio-ne ſine cauſa facta in iudicio.*
Confeßio ſine cauſa facta in iudicio ef ficax eſt, habetq; uim donationis, nec inſinuari debet.
353 *Lex noſtra an locum habeat in dona-tione iuris patronatus, & nu.354. 355. & 356.*
Ius patronatus ſine epiſcopi conſenſu donari non poteſt.
Ius patronatus, ita iudicatur, ut cau-ſæ ſpirituales.
Ius patronatus iudicio eccleſiaſtico diffiniri debet.
Ius patronatus conſtitutionibus laico-rum ſubijcitur.
Paria ſunt forum laicorum ſortiri, & eorum legibus ſubijci.

354 *Lex*

353 *Lex ciuilis generalis rationabilis & fauorabilis, eſt ſeruanda in cauſa eccleſiæ & clericorum.*

Leges per ora principium diuinitus promulgatæ.

Ius patronatus eſt ineſtimabile.

Statutum loquens de re æſtimabili, non habet locum in re inæſtimabili.

Ius patronatus an ſit in bonis noſtris, & nume. 355.

355 *Laici iure patronatus, & cæteris rebus eccleſiaſticis ſunt ſubditi legibus & ſtatutis laicorum.*

Ius patronatus an veniat appellatione bonorum.

356 *Statutum quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella, non obtinet in contractu, ſuper re ineſtimabili, niſi aliquod æſtimabile intereſſe, contineat.*

357 *Lex noſtra an habeat locum in donatione rei alienæ.*

Donatio rei alienæ an inſinuationem requirat, & nu. 358.

359 *Lex noſtra an procedat in donatione vel venditione ita facta, ut quod plus valet res quam pretium, id ipſum venditor donet.*

360 *Lex noſtra an obtineat, cum id fit quod fieri aſſolet.*

DONATIONE LARGITVS.

1 EX HIS † verbis ſatis conſtat hanc l. locum habere tantum in donatione, & ea quidem propria, ſimplici, mera, gratuita, liberali, vt etiã tradit Bald. in 2. lect. & Ang. hic. & Ro. conſil. 26. pro deciſione, col. 2. verſi. concludo ergo. & Iaſ. conſil. 171. viſo inſtrumento dotis, col. 3. ver. ſed pmiſſis, libr. 4. & doc. vbiq;, vt videbimus ex ſeq. † Nam & ea propriè etiam dicitur donatio. l. j. in prin. ff. de dona. † & largitio quoque ea propriè eſt quæ fit gratis, & liberaliter, vt diximus & probauimus ſuprà in verbo, omnia, vel partem aliquam. nu. 11. incip. adde & his verbum largitus. Et cum hæc. l. loquatur in ſpeciali ac ſingulari caſu, ſitque exorbitãs, vt latè diximus in verbo libertis, nu. 19. & ſeq. conſequens eſt, vt dicunt Ro. & Iaſ. vbi ſuprà, eam debere intelligi propriè ac ſtrictè de vera ac propria donatione. l. filiusfa. ĩ prin. ff. de do. cũ ſi.

2 EX QVO † illud primùm ſequitur, hanc. l. non procedere in venditione, quod omnes vbique admittunt. Quod tamen velim intelligas, niſi ea facta fuerit paruo quopiam pretio, habito quidem reſpectu rei venditæ, quæ ſcilicet multò pluris valebat. nam huiuſmodi [gratioſa] venditio [ſuam ita poſſum appellare poſt imperatorẽ in l. 2. C. de fid. inſtru. & iu. haſtæ fiſca. lib. x.] reuocabitur ex hac. l. peræquè ac donatio, vt voluit Bald. hic ante fi. j. lec. & iterum in 2. lec. col. 2. & Cyn. in l. j. in vlt. q. & ibi quoque Bald. col. j. in 3. not. Fulg. & Franc. Aret. col. vlt. verſi. veruntamen ſi venditio, & Iacob. à S. Georg. col. j. [Claud. Aquen. col. 2. verſi. fortius voluit.] C. de pact. & ipſe Bald. in rubr. ext. eo. tit. col. 2. verſi. quæro an venditio, Ang. in l. j. C. de inoff. teſta. Ro. in l. ſi quis cùm aliter, col. 5. in 9. q. verſi. attẽde tamen. ff. de verb. obli. vbi id dicit ſing. Petr. Ferra. in ſua pract. tit. for. libel. quo agit. p don. in verb. irreuocabiliter. [Barb. in c. cùm dilecti, col. vlt. de empt. & vendit.] Sozin. conſi. 215. viſa prædicta facti contingentia, col. j. lib. 2. quod repetitur in conſi. 22. lib. 4. & Fran. Cur. ſenior conſi. j. prima fronte videtur dicendum, col. 3. & Philip. Dec. qui Cyn. & Bal. tãtùm memorat, in l. imaginaria. ff. de reg. iur. [Carol. Ruin. conſi. 98. viſa renuntiatio-

tiatione,col.9.nu. 20. libr.j.& iterũ conſ.170.de tribus,col.4.nu.15. lib.j.& conſi.60.de re quidem,col. 5.nu.16.lib.3.& cõſi.140.circa caſum,col.3.nu.6.lib.4.] Pantal, qui & Cy.& Bald. tantùm citat in repe. l.2.col.36.verſi.duodecimò limita. C.de reſcin.vendi.[& D.Boer.dec. 143.& quò ad ſecũdã,col.3.ĩ prin.]

3 ¶†Horum ratio eſt,quia talis uenditio facta minori pretio,pro donatione habetur.l.ſi vir vxori.ĩ prin. ff.ad S.C.Velleian.& l.ſi quis donationis.ff.de contrah. empt.& l.j.§. ſi quis in fraudem,cũ ſeq.vſq; ad.§. ſi mutuam.ff.ſi quid in frau.patr.& l.ſi ſponſus.§.circa.ff.de dona.inter vir.& vxo. & l.cum hic ſtatus.§.ſi inter,verſi.planè,& in l.ſed ſi vir.§. ſi duo.ff.eo. quibus probatur iura loquentia in donatione habere locum in huiuſmodi venditionibus: quod & voluit gloſſ.in l.apud Celſum.§.auctoris in verb. cauſa.ff.de except.dol.Pet.à Bel.Perti. in ſuis not.8.not.incip.ſi quæratur,in fi.& in l.j.& ibi Cyn. poſt eum in 7.q. C.de inoff.don.Bald.conſi.261.primò quæritũ,ſtatuto cauetur, col.3. lib.j.Bart.in l.non vſque.ff.ſi à par. quis manu.fuer.& conſi.164.in nomine dñi amen.proponitur, paulò ante fi.Colle.in c.vlt.col.3.verſ.ſed quid pater,ext.de dona. Io.Plat.in l.j.col.2.verſi.in tertio dicto.C.de impo.lucra.deſcrip. vbi dicit†cenſeri cauſam lucratiuam,cùm res magni pretij paruo emitur. & in hoc dicit not. gloſſ.in d.§.auctores. & Alex.conſi.55.conſideratis uerbis, col.2.verſi.quod non excedit.lib.j. & Alcia.in l.nominis.§.verbum.ff. de verb.ſig.cũ alijs multis concor. à me collectis in noſtris commẽta. in Pictonum cõſuetu.ti.14.§.10.in gloſ.j.in 2.declaratione.2.fal.Quibus adde text.loquentem in condu ctione vno nummo facta,ĩ l.ſi quis. ff.locat.vbi & ea inſtar donationis eſt. Et quod ſcribit Suetonius in Iulio Cæſare.c.50.Ante alias dilexit M.Bruti matrem Seruiliam, cui & primo ſuo conſulatu ſexagies ſeſtertium margaritam mercatus eſt, & bello ciuili ſuper alias donationes ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ minimo addixit, aut vt Budæus in tit.de in diem addic. & quidam alij.& meliùs meo iudicio, legunt,nummo quod tamen in idẽ recidit,quantum ad rem de qua loquimur,pertinet.Nã ex ipſius Suetonij ſnia,eſt veluti quædã donatio, rẽ ampliſſimã minimo ſiue nũmo vẽdere vel addicere. Ex quo ẽt illud Horatij li.ſermonũ.2.ſatyr.5.ad fi.

Seu fundi ſiue domus ſit
Emptor, gaudentem nummo, te addicere, &c.

Quo in loco Porphyrio interpres, Genus,inquit, erat donationis, in qua quãdo aliquid donabatur,nummum dabant,vt emiſſe viderentur. Ex noſtris autem Accurſius ſcribit hanc venditionem vno nummo factam eſſe imaginariam, in §.præterea,Inſt.qui.mod.ius patr. poteſt. ſol.& in §.j.ĩ verbo,libripẽdi Inſt. de teſta.[& Philip.Dec.in l.imaginaria.ff.de reg.iur.]Ex quibus magis placet apud Suetonium legi nũmo quàm minimo, nihil tamen refert,quod ſuprà diximus,vtrum horum legas, ad eam rem de qua tractamus.Quãquam habemus caſum in iure noſtro, quo huiuſmodi venditio habet aliquid momenti,in l.ſi vſusfructus.ff.de iur.dot. De quo tu vide gloſ.in l.ſi quis ante,ĩ verb. ſolum teneat, & ibi Bar.& alios.ff. de acquir.poſſ.Sed & tu vide de his vend.tionibus factis vno nummo, Cyn.poſt Petr. in l.maritus. circa medium.C.de procur. [& in l.non ideo.

ideo.C.de hered. inſtit.] Bar. in l. vſufructu,col.3.verſi.vlterius not. ff.ſol.mat. Collec.in c.vt menſuræ, quod eſt.2.ext.de empt.& vẽdit.cũ alijs concor.adductis ab Alex.in d. l.ſi quis ante. Sed vt redeamus, ex his quæ diximus,fit, vt quod in ea vẽditione minori pretio facta,deeſt à vero ac iuſto pretio,tanquam donatio debeat inſinuari, ſecundum Per. Anca.& Imol.in c.cùm cauſa, ext.de empt.& vendit.& Rom.in l. 2.in prin.col.3.ff.de verb.obli.per d.§.ſi quis donationis.& reprehendit Calder.qui contrarium conſuluit,conſi.2.tit.de empt.& vẽdit. De quo & per Alex.in d.l.ſi quis cùm aliter,col.3.verſi. item quæſiuit.ff. de verb.oblig.& Firmia. in tracta. gabella.in 3.par.8.par.prin. q.12. & Soz.d.conſi.215.col.j.lib.2.

4 ¶ † Id quod primo loco intelligunt Cyn.Bal.& Sozin.ſub dubiius tamẽ in d.l.j.C.de pact. procedere, ſi ea uenditio ita facta fuerit animo donandi facta, aliàs ſecus,quia principale propoſitum contrahentiũ eſt inſpiciendum,ut eſt text.licet non allegent,in l.rogaſti,in princ.& in l.ſi quis nec cãm.ff.ſi. certũ pet. & apertè declarat tex.ĩ d.l.ſi quis donationis cã.ff.de contrahen. empt. & in d.l.ſi uir uxori.ff. ad S.C.Vell. & in d.l.ſi ſpõſus.§.circa.ff.de don. inter uir.& ux. Ex quo et uoluit Io an. And.& poſt eum Pan. Barba. & alij in c.ad qõnes,ext. de re. perm. † quòd ſi pro fundo alterius, ei do alium fundum,& pecuniam,primũ inſpiciẽdum eſt quid principaliter inter contrahentes actum ſit, ut iudicemus,ſitne hic contractus permutationis,an uẽditionis. Id quod et uoluit Bar.in l.j.ad fin.ff.eo.ti.& in l.Ariſto,& ibi quoq; Bal.& Paul. Caſt.ff.de dona.& idem Bart. in l.ſi in emptione,in prin.ff.de contrah. emp. Bal.in l.j.col.2.uer.quid ſi data eſt res.C.de rer.permu. vbi & ad hoc allegat optimum text.in d.l.ſi ſponſus.§.circa,ubi & ipſe Bal.tradit auctoritate illius text.& l.is qui C.de his qui propt.met.iud. † quod iudicamus actum ſecundum animi præualentiam,quæ poſtrema dictio (ne tu eam repudiandam in hac ſignificatione exiſtimes) eſt Pauli iuriſconſulti in l.rem actio.§.in omnibus.ff.de rei uend. Sed ut redeamus,illud idem quod diximus, uoluit ipſe Bald.conſi.66.inter uirum & uxorem,in prin.lib.j.Pan. conſi. 15.quæritur an prędictus,col.j.li.j. cũ multis cõcor.à me cõgeſtis ĩ [noſtro tra.Retra. ti.j.§.30.gl.j.nu.2.]

5 ¶ † At fortè quis,quãtum ad caſum. l.noſtræ pertinet, non ſimpliciter quid actum ſit inter partes, ſed primo loco iudicaret eatenus reuocatam eſſe huiuſmodi uenditionẽ minori pretio factam,quatenus res uẽdita excedit pretium, ut & voluit Franc. Are.illam Cyn.& Bal.reſtrictionem ſiue limitationem reprobans in d.l.j.col.ul.C.de pac.per id quod in ſimili dicit Bar. in d.l.non vſq;.C.ſi à pare. quis manumi. fuer. quod uenditio minori pretio facta, in eo quidem quod pluris ualet res uendita,quàm ſit pretium, donatio eſt,per d.l.j.ff.ſi quid in fraud.patr. & ideo poteſt eatenus tantùm reuocari per querelam inofficioſæ donationis.& idem tenuit Bald. in d. l.j.col.antep.uer.vlterius quæritur C.de inof.dona.& Cano.in c. Raynutius,ext.de teſtam.Ale.conſi.55. conſideratis uerbis.col.2.li.j.Et ita quidem loquuntur iura quæ ſuprà adduximus,uer.3.& optimè declarat tex.in d.l.ſi ſponſus.§.circa uẽditionem.de dona.inter uir.& uxo. Et bene faciunt quę infra dicemus ſuper donatione facta ob benemerita

rita,nu.77. incip. ſecunda declaratio.& ſeq.

6 ¶† Verùm ego, lector amantiſſime, hic ſubſiſto,ut vtar uerbis Iuriſcon ſulti in l.ſeruum quoq;, in princ.ff. de proc.& in l.ſi & me.ff.ſi cer. pe. ſubſiſto,inquam , in caſu. l.noſtræ , quæ omnino reſpicit mentem donātis,eamq; pedetentim ſequitur , ut ſecundum eam locum habeat , uel non habeat,ut ex iis patet quæ longè lateq; diximus ſupra in præfati. nume.63.inci.ex quo fit , & multis ſeq. Si ergo hic qui minoris uendit non id facit donationis cā, ſed quia putat iuſto ſe pretio uendere,& ita quoq; facturus ēt ſi de liberis cogitaret,quanuis donaturus non fuiſſet ſi cogitaſſet , quid cauſæ eſt cur locus eſſe debeat huic.l.etiā ſi alio reſpectu & cōſideratione hæc eſſet reputanda donatio ? cum iſte donare ſe non putat , nec cogitat , nec uult, ſed tantùm uendere, id etiam facturus ſi haberet liberos , aut de futuris cogitaret,ut diximus . Nec mouet quod de querela inofficioſæ donationis dictum eſt,quia ea competit,etiam ſi ſcienter facta ſit , ut plenè not.in l.j.C.de inoffi.teſta.& dicemus poſtea latius in uer.totum nu.3.& ſeq.& in uer.reuertat, poſt prin.Hic aūt ſecus eſt,cùm ſola cogitatio liberorum uim huius. l.impediat,vt dictum eſt ſupra in prin. l.d.nu.63.Ideo cogita,& uide etiā interim Calca.conſil. 25. Titius nobilis,col.vj.uerſi.ſeptimò facit, & uerſi.ſeq.&,Rom.in d.l.ſi quis cum aliter,in 9.q.ff.de uer.obl.ubi id uidetur ſentire,quod diximus,ut.ſ.hæc l.habeat locum in hmōi uēditionibus,cùm ſcienter quis uendit minoris,& ſic animo donandi,ut ipſe nūcupatim ſcribit, quaſi ſit ſec⁹ aliàs.

7 ¶† Sed hoc tamen ſecundo loco intelligendum, ſi modò id quod excedit pretium, tanti ſit,ut hinc contractus ex capite læſionis retractari poſſit. Aliàs.n.fruſtra tractamus de donatione; quia ex natura contractus licet illud retinere.l.item ſi pretio , in fin. ff.locat.& l. in cauſæ,in fin.ff.de min.uerbi gratia,'fundum pendentem. 20. aureos annos & qui uera iuſtaq; ac cōi patriæ æſtimatione ualet quadringentis aureis,uendo ducentis tantum aureis & ita non eſt læſio ultra dimidiū iuſti'pretij,iō ex capite minoris pretij reſcindi non poteſt . propterea cùm ex natura contractus illud qđ excedit,retineri poſſit,nihil eſt,cur donationem dicere debeamus . Et ita in caſu noſtræ.l.hanc rem limitat & intelligit Frā.Are. in d.l.j.C. de pact.Cui adde quod ſcribit Bal. in rub.C.de contrahē.empt.in . 12. q.quòd viliùs uendere non eſt donare,etiā ſi apponatur clauſula donationis,quia eſt actus cōſecutiuus naturæ uenditionis, in qua licitum eſt contrahentibus ſuam utilitatem procurare , niſi excederet dimidiā iuſti pretij,quia tunc,cum excederet terminos æquitatis , eſſet uera donatio totius eius qđ excedit iuſtum pretium,per d.l.ſi quis'donationis.Sed tu ſuper hac re uide etiā quæ dicam poſtea.nu. 81. inci. Sed ſup hoc illud eſt animaduertendū, & duobus ſeq.

8 ¶† Intellige tertiò,ut non ſolum id tanti ſit,ut contractus inde reſcindi poſſit,ſed ēt ut ſit eiuſmodi , ut aſcendat ad dimidiam partem omnium bonorum,ſecundum eā opi. quæ id exigit,aut ſaltem tale ſit, & tantæ æſtimationis,quòd uerisimiliter uēditor noluiſſet donare,ſi cogitaſſet de liberis, ſecundum aliam & cōiorem opi.Nam ſi in donatione expſſā illud obtinet,multo magis in tacita, imaginaria, adumbrata, ne

ta,ne plus habeat uirium tacitum quàm expreſſum, & imago quàm ueritas.l.filio quem pater ff.de lib. & poſt.cum ſi.Et ut intelligas quid interſit inter hoc,& illud quod diximus in præcedenti uer. Pone qd. quis habens in facultatibus ducentos aureos annuos,uendit fundum pendentem decem tantùm aureos annuos,& ita ualẽtem,ſi iuſtè ematur,ducentos aureos, quinquaginta tantum aureis. Certè is contractus reſcindi poteſt ex capite læſionis infra dimidium iuſti pretij. Ex capite aũt huius.l.non poterit,quia non tanti eſt is fundus pro portione omnium bonorum, ut ſi apertè, & expreſsè donatus fuiſſet,reuocari deberet ob filios poſtea ſuſceptos, ſecundum ea quæ plenè diximus in gl.omnia,uel partẽ aliquã.

9 ¶†Intellige quartò, quando hmõi contractus pro maiori parte eſſet donatio quàm uenditio,uerbi gratia,res quæ ualet centum aureos,uẽditur 20.aureis.uenditio eſt uſque ad illos uiginti aureos, in reliquis octoginta aureis donatio. Et ita is contractus cenſetur potius eſſe donationis,quàm uẽditionis. quòd ſi è diuerſo pretium excedat id quod abeſt à pretio,eſt omnino uenditio habita eius tantum ratione, quod pluris eſt. [ut expſſim uoluit Gui. Cu.in l.quæritur,per illum text.ff. de ſtat.homin.& Bal.in l.uſufructu, col.ult.ff.ſol.mat. & facit quod] in ſimili traditur, quòd ſi ſpecies, & pretium dentur pro alia ſpecie, ſi ſpecies pretium excedit, cenſetur eſſe permutatio, ſin contrà pretiũ excedit ſpeciem,uenditio.Ita enim uoluit Bar.& alij,in.d. l. Ariſto, ad fin.ff.de dona.& Cano.in d.c.ad quõnes,de rer.per.cum alijs multis cõcord.quas ego tibi affatim congeſſi [in d.tract.Retract.ubi ſuprà, nu. 9.ſi autem non conſtat.] Et ita in caſu.l. noſtræ nuncupatim uoluit Philip.Dec.in d.l.imaginaria.ff. de reg.iur.Et hoc nõ admodum abeſt ab eo quod diximus ſuprà nume.7. quanquam non omnino idem eſt.

10 ¶†Intellige quintò, quando ſimpliciter uẽditio facta eſt minori pretio,nullo alterius rei reſpectu;ſecus ſi certæ rei contemplatione. Nã cũ ea res ſit ueluti pars pretij, ut eſt tex.expreſſus in l.fundi partem. ff. de contrahen.empt.& facit.l.ſterilis.§.ſi tibi.ff.de actio. emp. & l. ſi ſeruus.ff.de condi.fur.& c.cũ Ioannes,ext.de fi.inſt.Certè uenit in cõſiderationẽ,ut uenditio non debeat cenſeri facta tm̃ illo exiguo pretio, quod in cõtractu interuenit:ſed poſſit reſcindi ob eã rẽ,cuius contẽplatione facta eſt illo modico pretio, per tex.in l.cũ te C.de pact. inter emp.& uẽd.fac.Nã & ob id res ipſa minoris ualet,ut per Pan.in c. cùm aliquibus,col.2.ext.de deci.& in c. ad noſtram,col.vlt.ext.de empt.& vend.Maria.in d.c.cùm Ioannes,in 7.not.& in c.vlt. in 22.prin.art.q. 9.verſi. 9. effectus, extrà de dilat. cum alijs multis concor.à me adductis in commentarijs noſtrarum cõſuetudi.tit.23.in rubr.Et facit optimè tex.in l.quinetiam.ff.de calum. vbi accepiſſe videtur, qui minoris rem emerit calumniæ cauſa.

11 SECVNDO HINC † ſequitur, quòd cùm donatio remuneratoria non ſit mera,ſimplex, gratuita, & propria donatio, ſed potiùs quædam permutatio, remuneratio, compẽſatio,& vt titulus oneroſus, ut manifeſtè probat text.in l.Aquilius Regulus.ff.de don. ibi,defendi nõ meram donationem eſſe,uerùm officium magiſtri quadam mercede remuneratum Regulum.& in l. ſed & ſi lege.§.conſuluit, in fin. ibi,&

ibi,& uelut genus quoddam hoc eſſe permutationis.ff.de petit. hære. & uoluit per illum tex,Bald.ibi, & Bar.in ſuperſcrip. procemij.ff.col. ult.& in l.per diuerſas, col.2.uerſi. iuxta hoc quero.C.mand.& Io.An. in additi.Specul.ti.de inſtru.edi.§. porrò, col.ult.Alberi.in j.par.ſtat. q.122.prædicta materia.Pan.ĩ rub. ext.de don.& in c.per tuas,eod.tit. & conſil.3.nitar in preſenti.col.antepen,lib.2.Alex.in l.iuriſgentium. §.quinimo,col.4.uerſ.iuxta prædicta.ff.de pact.& cõſ.217.nec arguẽdi ſumus,col.j.lib.2.& cõſ.43.uiſis & ponderatis,col.6.uerſ.nec obſtat qđ ſtatutũ,lib.4.Frã.Are. cõſi.17. cõſideratis,col.5.& omnes ubique.

243 ¶†Hanc autem Alex. ſententiam vt ad eum tandem redeamus,refert & ſequitur Thom.Parpal. in rep.d. l.2.in prin.col.11. verſic. in eadem glo.ibi,item fallit ſi extraneus ff.ſolu.mat.Quamuis,vt ipſe dicit,multa inconuenientia inde ueniant,uidelicet quòd dos repetitur conſtante matrimonio,contra ius commune . Item quòd matrimonium erit ſine dote. Poſtremò quòd fit reuocatio contra fauorem publicum . Adde & tu ad Parpal. in præiudiciū mariti,reſpectu cuius dos ipſa eſt titulus oneroſus, ut patet ex iis quæ diximus in præcedenti gloſſ. & qui ideo veriſimiliter illam vxorem ſine ea dote non duxiſſet.Et propterea poſſet dici , quòd licet reuocetur huiuſmodi datio dotis in præiudicium ipſius mulieris.cuius reſpectu dos ipſa eſt mera , vt diximus donatio,& titulus lucratiuus : non tamen in præiudicium mariti,cuius reſpectu dos contra onus eſt,niſi dicas imputandum eſſe viro, qui debuit cogitare dotem hanc eſſe reuocabilem natiuitate liberorū donantis.Sed in alia donatione,quam extraneus facit ſponſo fauore matrimonij, eſſe locum huic l.expreſſe conſuluit Alex.ſecutus Iaſ. conſ. 171. uiſo inſtrumento dotis,col.2. verſi.nec prædictis,& iterum col.5. ver. hinc eſt ꝙ quando extraneus, lib.4.Steph.Bert. nulla tamen Alexan.mentione facta, conſi.76. viſo inſtrumento,ad fi.l.2.iterumq́; conſi.257.ſiue donatio,eo.lib.2.& rurſus conſi.383.viſo caſu, eo. libro 2. De quo &nos diximus ſuprà in præfatione,nu.72.ſecundò intellige.

244 ¶†Nec abs re ſuprà locuti ſumus in prin.huius q.de huiuſmodi donatione facta ab extraneo : nam ſi fieret à patre cauſa dotis , certè talis donatio non reuocaretur per natiuitatem ſequentium liberorum, tū quia non eſt mera aut ſimplex donatio , ſed ob cauſam , ut probatur in l.cum multæ.C.de donatio.ante nup.& ibi glo.in ver. antiqui iuris, & Bal.col.2.Et hinc patet quòd nō valet ſimplex donatio inter patrē, & filiumfa l.donationes C.de don. inter vir.& vxo.cum ſi. valet tamē cauſa dotis l.Pomponius Philadelphus ff.fa. erciſ. Et quòd habemus

diuerſos

diuerſos titulos,de inof.dona.& de inof.dot. Ex quo & diuerſitas utriuſq; in potentia & effectu ſatis apparet,per l.ſi idē,& ibi Bart.& Bal. C.de codicil.Nec ualet ſimplex donatio ſine inſinuatione l. ſancimus C.de dona.ualet tamen cauſa dotis l.ulti.in prin.& ibi Bar. Bal. & alij C.de iure doti.& l.vlt.C.de don.ante nup.Ex quibus & aliis quibuſdā rationibus Iaſ.d. conſi.171. nuper allegato aſſeueranter reſpondit huiuſmodi donationem factam à patre filiæ cauſa dotis, non reuocari ex hac l.& ante eum Sozi. cuius & ipſe meminit, conſi.147. viſa facti contingentia,col.vlt.lib.j. † Et idē de donatione propter nuptias facta à patre filioſa. aut emancipato, tenuit Imo.in c.vlt.col.3. verſi.3.caſu,extr.de dona.† Sed & idem in ea donatione propter nuptias facta ab extraneo,apertè ſentit Steph.Bert. d.conſi.383.lib.j. [Sed huic contra dicunt quæ diximus de dote data ab extraneo, neque enim hæc donatio ob nuptias plus habet fauoris quàm dos.]

245 X I I I. † vtrùm etiam donatio cauſa mortis reuocabitur per ſuſceptionem liberorum? Videtur quòd non.nam cùm iſta l. ſit exorbitans, vt ſuprà latè docuimus in ver.liberis,poſt prin. eſt ſtrictè, & propriè intelligenda l. ſi verò §. de viro ff. ſolu.mat.cum ſi.Ea autem de donatione ſimpliciter loquitur. Ideò de ea tantùm intelligenda eſt,quę propriè donatio eſt, ut diximus etiam ſuprà in prin.huius glo.†Sed donatio cauſa mortis non eſt propria ac vera donatio.l.j.ff.de dona. & l. ſenatus §.ſed mortis ff. de dona. cau. mor. † Ideo nec aliàs comprehenditur ſub permiſſione, quæ fit alicui,vt poſſit donare l.filiusfa.verſi. ſed enim,& ibi no.Ang.ff. de dona. † Ex quo etiam Bart.ibi, & ante eū Iac.Aret. negant comprehendi ſub ſtatuto loquente ſimpliciter de donatione,quod & uoluit ipſe Bar.in d.l.j.in fi.eo.ti.& Bal.in auth.eo de curſum,ante fi.C.de don.ante nup. & conſi.168.incip. iſta conſtitutio, lib.4. [vbi dicit quòd ſtatutum requirens quandam ſolennitatem in donatione minoris:non habet locū in donatione cauſa mortis,] & Corne.conſi.107.videtur in hac conſultatione,lib.4.& Iaſ.& Philip.Deci. in l.ſi tibi pecuniam, vterque in 2. no.ff.ſi cer.pet.cum ſi.quæ tibi collegimus in tracta. de legib. connubia.in gloſſ.3.in 4.q. [Ex quo item Bal.in c. quia G.ad fi.extra de iudi. dicit, quòd ſi ſtatuto prohibeatur donari forenſi,poterit tamen ei donari cauſa mortis, quod dicit bene notandum, quia ſæpe ex facto contingit, & id dicit ſing. licèt dubitet Iaſ.in l.2.col.pen.verſi. noua. ff.de leg.j.& expreſſim hanc l. non habere locum in huiuſmodi donatione cauſa mortis, reſpondit Caro.Rui. conſi.62.ex duobus, colum.vlti.nume.12.lib.2.]

246 ¶ † Verùm Pau.Caſt.conſi.434.reſpondeo per ordinem,in 5.dub.li.j. expreſſim conſuluit hanc l.& in donatione cauſa mortis obtinere. Nā cum loquatur, in quit, ſimpliciter de donatione, & ſine dubio habeat locum in donatione ſimplici, & inter uiuos, multò magis & in donatione cauſa mortis,quæ minori nititur firmitate. Et hoc dicit uoluiſſe Bar.in l.filio præterito, col.4.verſi. præterea certum eſt quòd donatio. ff.de iniuſt.teſta. vbi nihil dicit de donatione cauſa mortis,ſed de legatis,de quibus poſtea dicemus in ſequen.q.Sed hoc idem in hac donatione cauſa mortis uoluit & conſuluit Corn.nulla tamen Pau. mētione

ne facta', conſil. 244. videtur in hac conſultatione, col. 3. verſi. vt in ſimili uidemus, li. 4. motus quidem præter illam rationem, alijs duabus. Primum enim, quia eſt eadem vtriuſq; ratio, & loquitur lex noſtra generaliter ff. de leg. præſtan. & l. ſi pluribus. ff. de lega. 2. & c. quia circa, de priuileg. lib. 6. † Item quia valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates l. ſeruum filij §. qui chirographum ff. de leg. j. & l. ſi ex legati cauſa ff. de verb. obli. & l. vlt. C. de lega.

247 ¶ † Tu autem ad Pau. & Corn. potes addere tex. optimum in l. alienatum §. donationis ff. de ver. ſig. vbi ita ad uerbum ſcribitur, donationis verbum ſimpliciter loquendo omnem donationem comprehendiſſe videtur, ſiue mortis cauſa, ſiue non mortis cauſa fuerit, quem tex. dicit no. Signo. conſi. 171. cuius exordiũ eſt, Ser Antonius quondam, col. 3. verſicu. item quod fortius. Idq; eſt quod uoluit Bal. [poſt Iac. Ardi.] in c. j. in prin. col. 4. ver. quæro ſi uaſſallo, ti. de prohi. feud. alim. per Fred. quod ſtatutum prohibens mulieres donare, comprehendit etiam donationem cauſa mortis. Nam licèt cõceſſa ſimpliciter donatione, nõ cenſetur conceſſa donatio cauſa mortis, per d. l. filiusfa. ideoq; vaſſallus cui permiſſum eſt donare, non id poſſit facere cauſa mortis, tamen prohibita econtrario donatione, includitur cauſa mortis donatio: quia à quo remouetur genus, & quælibet eius ſpecies remota eſſe intelligitur, per d. l. filiusfa. §. pari autem ratione. quod dicit eſſe notandum, & ſequitur Card. Alex. ibi, & Fran. Are. in l. qui in poteſtate, poſt prin. ff. de teſta. [& Barb. conſi. 23. clemẽtiſſimum, col. j. li. 4. vbi id dicit ſingu.] & Bertha, qui id dicit ſingu. in tract. Gabel. in 3. parte 8. par. princ. in 12. q. [& Fran. Ripa in l. 2. col. 4. nu. 10. in fi. ff. de leg. j.] Ex quo etiã ſequitur, quòd l. noſtra loquẽs ſimpliciter de donatione, habeat locũ in donatione cauſa mortis, cum tendat ad ipſius donationis nõ permiſſionem, ſed potiùs deſtructionem.

248 ¶ † Confirmatur item ex eo, quod licèt l. ſi quis argentum C. de don. diſponens, vt ex nudo pacto donationis oriatur actio, & ita exorbitãs à iure communi, ut aſſerunt Rayn. Bal. & Ang. in l. iuriſgentium §. ſed cùm nulla. ff. de pact. & Bar. in l. ſi tibi decem millia, in prin. ff. eod. ti. & ſuprà alibi diximus ver. 152. incip. ſicut etiam videmus. Et ea tantùm loquatur de donatione ſimpliciter ſicuti hæc l. noſtra. Tamen trahitur ad donationem cauſa mortis, ut uoluit gl. in l. cùm pater §. Mæuio, tũ in ver. donabat, tum quoque in ver. reuocaretur, & ibi etiam Bar. Bal. & alij. ff. de le. 2. quam Bal. ipſe & multi ex iis quos ſtatim citabimus, dixere vnicam & ſingu. Sed eſt alia in l. 2. in fi. magnæ gloſ. in illis uerbis, & ſit inualida iure ueteri. [& ibi Bal.] C. de iur. doti. Et alia quoq;, ſi ſolerter expẽdatur, in §. j. in gl. j. Inſti. de don. prout etiam annot. ibi Io. Plat. in 2. not. qui id ſequitur & Ang. Aret. col. j. Et alia item in l. vt hæredibus, & ibi etiam Bal. ff. de lega. 2. & uoluerunt etiam Dy. qui illam primam dicit ſing. & Ang. in l. qui in poteſtate ff. de teſta. & Cy. in l. j. colum. j. & ibi quoque Bal. poſt prin. & iterum ver. item hæc l. C. de dona. cau. mor. & idem Cy. in l. vlt. ante fi. C. eo. Bar. & alij in l. j. ff. eo. Bal. in l. cùm hi, in prin. [in vtraque lect.] colum. 2. ff. de tranſ. & in l. 2. & ibi etiam Ang. qui illam dicit ſingu. Imo. Alex. col. 2. Fran. Are. co. j. [Iaſ. col. 2.] ff. de leg. j. & idem Bal. in

in l.j.in 2.lect. col.3.ff.de lega.2.& ſidem Bal.] in l.ſi quidem, in fi.C. de ac.& ob.[& in l.ſi donatione C. de contrah.emp.] & in auth. ex teſtamento,col.3.C.de colla.& in l.ſeruum,circa medium C.qui teſt.fac. poſ.& in l.j.§.ſinautem aliquid ſub conditione,[& ibi quoque Sal.uterque,] in fi.C.de cadu.tol.ubi & illã primam glo.ipſe Bal. dicit ſingu.& in l.executorem, col.2. ver. modò vidi dubitari C.de execu. rei iud.& in l.cùm virum,col.j.ver.ex hoc C. de fideicom.vbi etiam dicit illã gl. ſing.& in l.ſi mortis C. ad leg.Falci.& in §.aliæ, & ibi etiam Io. Fab. Inſti.de don.& in c.j.ad fi. extra de confirma.vti.vel inuti. vbi negat illam [priorem] gl.eſſe alibi, & in c. ex parte decani,col.2.verſi. & not. quòd mandatum,extr.de reſcri.vbi & eam dicit unicam cum ſuo tex.& in c.cùm ueniſſet,col.j. de teſti.vbi item illam dicit ſing.& in c.cùm cõtingat,col.6.verſ.nunc ſequitur,de iureiur.& in tracta. de pact. col.12. verſi.item quæro cum glo. dicat,& in ſua margari. in ver.donatio, col. j.& iterum vlt.& conſi.294. quæritur vtrum vſurarius,poſt princ.lib. 2.& Aluiſius Peru.inter conſi. ipſius Bal.conſi.248.an cæcus poſſit,colum.j.lib.5.Collect. in c.paſtoralis, col.2.verſi.& pro euidentia, ext.de dona.Io.Fab.Ange.& Saly. in d.l.ſi quis argentum §.vlt. & idem Ang. in l.licet inter priuatos,col.2.& ibi quoq; Fulg.Alex.[Fran.Are.] & Alcia.in prin.C.de pact. & idem Ang. in repe.l.ſi certis annis,col.2.eo.ti. & in l.cùm ex cauſa, & ibi ẽt Alex. qui eam l.legit cum l.tempus ff. de re iudi.vbi Ang.dicit eam glo.ſing. & idẽ Ang. in l.in ædibus §.j. & ibi quoq; Imo.ff.de do.& ipſe Ange.in diſput.incip.Aſtenſis miles,& conſ. 183.ex themate prædicto,colum.3. verſi.item non ualet quod quidem conſi.iterum ingeſtum eſt in conſi. Pet.Anc.conſi.203.quo etiam dicit dictam gl.ſing.& ipſe item Ang. cõſi.383.non oportet,col.j.vbi etiam aſſerit illam glo.eſſe unicam, [Pet. Anc.conſi.76. per modum, colum. 2.ver.ſed ad hoc dubium.] Fulg.cõſi.151.uiſo exemplo, col.vlti.verſi. tertiam autem, [& conſi. 217.viſo exemplo,col.vlt.]Pau.conſi.40.factum in effectu ſic proponitur,col. 2.lib.2.Pau.Caſt.conſi.75.notandũ eſt quòd præfatum ſtatutum, ad fi. lib.2.Ro. ſingu. 525. ſed quæro tu ſcis.Aegid. Bellamer. conſi. 39. factum eſt tale, dominus Humbertus col.4.ver.nec mirum,[Petr. Ferra. in ti.fo.lib.quo agi.pro don. in gl. j.col.3.ver.amplius quæritur.] Alexan. in l.iuriſgentium §. quinimo, col.pe.& ibi latè & doctè Fort.Garcia.char.vlt.ff.de pact. & ipſe Alex. in l.qui Romæ §.Flauius, col.vlti. ff.de ver.ob. & cõſ.113. perſpectis, col.2.lib.6.[Ang.Aret.in §.in perſonam,col.4.ver.& prædicta procedunt,]& ibi etiam Iaſ col.10.verſi. an autem,Inſti.de act.] & idem Iaſ. in l.ſi quis cum debitore, in fi.ff.de iureiur.[Corn.in l.2.col.2. ver. itẽ in donatione ff. de lega.j..vbi hanc dicit communiorem opi.]Corn.cõſi.92.in hac cauſa,ad fi.lib.j.& cõſi. 129.videtur prima facie,col.j.lib.2 & cõſi.107.videtur in hac conſulta tione,poſt princ. [& iterum col.3. ver.nec etiam ibi dictis,] lib.4.vbi & illam glo.dicit ſing. & conſi.237 viſo themate,col.j.eo.lib.4.[Barb. qui hoc latè diſputat, in rubr.extr. de dona.col.2. verſi. ſecundò quæro.]Soz.conſi.112. multùm abſide, co.4.ver.ſuccedit nunc tertia,lib.j. quod repetitum eſt conſi.172.lib.2 & idem Soz.conſi.235. viſa contingentia,col.3.verſic. nec primo obſtat,

ſtat,lib.2.& conſi.125.non inſiſten do,col.2. lib.3.Philip. Dec.in rub. C.de pact.ad fi.[& in l.ſemper qui non prohibet,col.j.ff. de reg.iur.& Steph.Bertr. conſil.156.ex themate,num.11.lib.4.& lib.j.]& Anto. Rube.conſil.93.viſo themate,paulò ante fin.

249 ¶ † Quibus accedo, etiã ſi diuerſum cenſuerunt Signo.conſi. 171. Ser. Anto.col.6.& Imo. ſibi cõtrarius,qui tamẽ Signo. nullã mentionem facit in d.l.cũ ex cauſa.& Ro. ſibi item contrarius,in l.j. & in l.ſi mortis.ff.de don.cau.mor.& ſubobſcurè Io.Ana.ĩ c.quia in oĩbus,col. 14.ver.tertiò quærit, ext. de uſur. & Ang.Are. ſibi quoq; cõtrarius in d.§.j.Inſtit.de do. & Soz.ſibi etiam contrarius, in d.l.2.[verſi. ex qua cõcluſiõe,]col.2.ff.de leg.j. & clanculum ante hos gloſ.in l.j.in verb. actio,ad fi.C.de don.cau.mor.

250 ¶ † Denique huc ſpectat, ꝙ l.cũ auus.ff.de cond.& demõ. & ſimiles ex quarum intimis prçcordiis eruta eſt hæc l.noſtra, ſuprà ĩ præfatione,vt diximus, habent locum in donatione cauſa mortis, ex ſententia glo. Cyn. Bal. & aliorũ in l.j. C.de don.inter vir.& ux.Imo.qui illã gl. dicit ſing.in l.ſi cui ff.de don. cau. mort.& recentiorũ in l.cũ acutiſſimi C.de fideic. & in l.generaliter. §.cũ autem C. de inſtit. & ſubſt. & Soz. in repe.d.l. cũ auus, col.57.in fin.8.q.vbi & hoc probat & lege,& ratione,vt ibi uidere poteris.Et tamen ſatis conſtat eas leges eſſe exorbitantes,vt hãc noſtram l.ex ſententia Imo. & ipſius Soz.in d.l. cũ auus.& latè diximus in ver.libertis nu.26.incip.ex his planè.

251 ¶ † Ex quibus ſatis,vt opinor,euidenter apparet nõ obſtare quod in prin.huius q.pro cõtraria parte adductum eſt, hanc l. eſſe exorbitantem, quia hoc non impedit, quin trahat ad donationẽ cauſa mortis ſicut & d.l.ſi quis argentũ, pſertim cũ ſit eadem vtriuſq; ratio vt dicit Corne.Imo maior eſt in donatione cauſa mortis,qđ aſtruit Paul. Sitq; hęc l.fauorabilis,vt ſæpius ſuprà diximus,veniatq; donatio cauſa mortis appellatione donationis ſimpliciter,ſaltem ſub lata & impropria ſignificatione, quod nemo negat. Ideò hæc l.ad eam trahẽda eſt, per tex.ĩ auth.vt hi q obli.ſe hab.perh. res mino.in prin.& ibi glo.& Ang. cum multis concordan.à me adductis ſuprà in ea.glo.verſ.178.incip. ſimiliterq; renuntiatio.

252 Sed vt vides † in hoc vertitur cardo huius quęſtionis, an ſit eadem in utroq; ratio, ſi nõ maior ſit in donatione cauſa mortis.Nam mihi prima ſtatim frõte nõ eadem eſſe videtur,ſed multo maior in donatione ſimplici,nec itẽ verba huius l.videntur poſſe aptari & côuenire donationi cauſa mortis. Nam quantũ ad uerba pertinet (nihil.n. refert vtrum iſtorũ prius examinemus)nõ eſt incertæ opinionis,donationẽ cauſa mortis nõ habere effectũ uiuo teſtatore, ſed eo tãtũ mortuo.fit.n.cum donãs habere ſe mauult,ꝙ eũ cui donat,magiſq; eũ cui donat,ꝙ hęredẽ ſuũ.d.l.j.ff.de don. cau.mor. Igitur cũ donatio iſta nõ ſortiatur effectũ, niſi poſt mortem donantis,qũo põt res donata ad eũ reuerti,quã nõdũ habere deſiit? ut ſupra in alio caſu diximus in glo.in ver.libertis,in vl.q.ver.112. incip. his autem Cor.& Alex. & iterũ in hac eadem gl.ver.186.incip. porrò quod ad caſum.

253 ¶ † Ratio aũt ĩ caſu noſtrę l.multũ eſt diuerſa. Nã donatio ſimplex ſuapte natura eſt irreuocabilis.l.perfecta C.de don.cũ ſi.à me ſupra adductis

duđis. Ideoq; magnū infertur præ iudiciū donāti,& ipſius liberis,niſi hoc l.noſtrę remedio ſubueniatur, natis ipſis liberis. At donatio cauſa mortis liberè pōt reuocari, & quidem ſola donātis pœnitentia.l.non oīs,in prin.ff.ſi cer. pet.& l. mortis cauſa donatio ēt.& l.qui mortis, & l.ſenatus §.mortis cauſa.ff.de don. cau.mor.& l.Seia.ff.de dot.præleg. †Ex quo fit, quòd licèt adultus habens curatorē nō poſſit donare aut cōtrahere ſine authoritate curatoris l.ſi curatorē habēs.C.de in inte. reſtit.min.cū ſi.pōt tamē libere donare cā mortis in cōſulto, inſcioq; ipſo curatore,ut uoluit Bal. & poſt eum Alex.in d.l.ſi curatorē, & idē Bal.in l.j.in prin. circa mediū.ff.de tutel.& ratio.diſtra. & cōſi.108.domina Ioāna,col.pē.uer. ſextò eſt uidendū,lib.3.& Io.Ana. in c.quia in oībus,col. 15. in 4.q.extr. de vſur. [Iaſ.in l.2.col.3.ver. licèt oīs.ff.de leg.2.]& And.Alci.[in l.2.in prin. nu.11.ff.de uerb oblı.]& in li.3.de verb.ſig.in 5.principali axiomate. Ant.Rub.cōſi.27. difficultas caſus, in fi. [Et facit tex.ī l.j.in prin.ff.de tut.& ratio.diſtrah.ubi dicit, quòd ſicut teſtamēti factio non eſt pupillis cōceſſa, ita nec mortis quidē donatio,quaſi dicat hæc à pari procedere,& is permitti donare cā mortis,quibus & teſtari, & ediuerſo.]

254 ¶ Nā & idem liberè teſtari pōt.l. ab Aurelio §. Caius, & ibi gl.ī uer. intra legitimā.[& ibi Bar.in prin.] ff.de liber.legat. & l.ſi frater.C.qui teſta.face.poſ.& volunt ēt glo.Bar. Ang.Imo.Raph.Co. Alex. & alii in l.j.§.fuit quęſitū.ff.ad Treb.& Bal. in l.ea lege,col 4.in 2.q. C.de cōdi. ob cauſ.[& conſi.83. an prohibita alienatione,ad fi.lib.2. & Barb.conſil.23. clementiſſimum,colū.3.lib. 4. vbi in hoc dicit ſing. text. in d. §.Caius]Idq; ſiue habeat curatorē ſiue non habeat, ſecundum [glo.& Bar.in d.§.Caius,]& Bal.in c.ī præſentia.col.5.ver.nota quòd adultus extr.de prob.per d.glo.[in d.§.Caius]quam ad hoc dicit ſing. & eundem Bal.cōſi.233.verba ſtatuti, circa med.lib.2.ubi dicit illam gloſſ. ad hoc not.Sed & id ēt ſine authoritate ipſius curatoris, vt[illi ſatis innuūt,& apertè aſſerūt Dyn. & Alb. in l.cū pater.§.curatoris.ff.de leg. 2.& idē Bal.in l.j. tam in lect.col.4. verſi.deinde quęro quid de prodigo,quā in repe.col.8.uerſ.duodecimo quæro C. de ſacroſan. eccl.& in l.2.C. quando decre. opus non eſt, vbi ex hoc dicit quòd adultus in teſtamentis habet iura maioris,]in d.l.j.ff.de tutel.& rati.diſtra. & in c.eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. & utrobiq; per text.in d.§.Caius, quem dicit ſing.& Pau. Caſt.conſi. 342. conſiderandum eſt. col.3.uer. nec obſt.lib.j. [Et Iaſ.in d.l.2. col. 3.ff.de leg.j.] Imo uerò etiam ſi curator ipſe cōtradicat.d.l.cum pater §.curatoris.ff.de leg.2. & uoluerūt Bal. & alii in d.l.ſi frater[Iaſ.in l.q̄ de legato, col.ult.ff.de leg.j.] Atq; etiam circa alienationē rerum immobilium citra decretum iudicis, ſecundū Bal.i l.j. in prin.ff.de reb. eor.& in d.l.2.C.quand. decre. op. non eſt, & in l.ea lege, col.4. uer. ſecundo quæro,& ibi Saly.col.pen. uerſi.quæro quidam donauit.C.de condi. ob cau. & idem Bal.[in c.j. col.j.verſ.quid ubi.ti.per quos fiat inueſt.&]cōſ.351.in bonis feudalibus,col.2.uerſi.ad euidentiam.lib. j.[& d.cōſ.108. domina Ioāna, ubi ſuprà,lib.3.& conſi.310. ad euidentiam,in prin.eo.lib.3.] & Alex.cōſ. 215.pōderatis narratis in themate col.j.lib.6. & in d.§.fuit q̄ſitū, col. 3.uer.ſed iuxta p̄dicta, & ibi quoq;

Iaſ.in fin. qui hoc multũ cõmmendat,& dicit mirabile, ſicut etiam dicit ĩ d.l.ſi frater,in fin.& Phil.Dec. in l.ul.col.2.verſ. & iſta concluſio. C.de pact.[& in c.in præſentia,col. 2.in 14.no. extra de probatio.]& Hippo. Marſil. ſingu. 465. aliqua ſunt, & ex recent. Alcia.in l. verba contraxerũt.ff.de verb.ſig.& D.Benedict.in rep.c. Raynutius,in verb. Adiectæ impuberi, nu.90.ext.de teſta.[Nec ſolũ alienare poteſt in teſtamento res immobiles, ſed etiam iubere,vt alienẽtur:Bal.in l.prædiũ quam legit cum l.illud C. quando decre.op. non eſt,& Iaſ.in. d.l.quæ de legato,vbi ſuprà.]

255 ¶ † Ad quæ omnia facit & tex. in l.fundum,quę eſt.3.§.minor.25.anno ff.de fun.inſtru.& tex. omnium optimus, quẽ nullus illorum citat, in §.cum ergo,Inſti. quib. ex cau. manu. non licet,qui loquens de maiore 14. annis, ſed minore 25. hæc verba adſcribit, is cui totorũ ſuorũ bonorũ in teſtamẽto diſpoſitio data eſt.Nẽpe cũ nulla hinc læſio oriri põt, q̃a põt q̃ncũque, cũ uoluerit & ita alio remedio ordinario reuocare. Nã & hãc rõnem aſſignant Ang.Imo.Raph.Co.& Alex.in d.§. fuit quæſitum. Ex eoq́; negant ei competere reſtitutionem in integrũ aduerſus huiuſmodi teſtamentum,cum uia ordinaria ſibi conſulere poſſit, ſcilicet reuocãdo. [quod & repetit Phil. Dec.conſi.279.placet mihi,col.j. & iterum 2. & ante eos uoluit Bar.in l. verba contraxerunt ff.de uerb.ſigni.]

256 ¶ † Quæ ratio magis obtinet in donatione cauſa mortis, quæ liberius faciliuſq; reuocari põt,quã teſtamẽtum. Nam ea ſola pœnitentia reuocatur,ut diximus, nõ ẽt teſtamentũ, niſi fiat aliud teſtamentum æquè ſolẽne,p̃ tex. optimũ in §. ex eo ſolo.Inſt.ex quib.cau.teſt.infir. & voluit Fed.Senẽ. aut alius quiſquis eſt,inter cõſi. illius conſi. 165 gloſæ referunt in dubium, & Bart. in l.de iure.ff.de leg.3. Igitur cum ſit etiam in libero arbitrio donantis cauſa mortis,poſt natos liberos donationem reuocare, & id quidẽ iure cõmuni & ordinario, certe uidetur non competere hoc remediũ extraordinariũ, & exorbitans ab ipſo iure cõi. l.j.§. ait prætor ff.de dol.mal.cũ iis q̃ latè diximus ſuprà in uer.libertis,in ult.q.uer. 114.incip.ſuperioribus quoq; rationibus.

257 ¶ † Et id quidem eò magis,quòd ſi pater ſuſceptis liberis nõ reuocat hanc donationẽ cauſa mortis,quod liberè poteſt facere etiã non ſuſceptis,non obſcurè oſtẽdit eo ſe ſemper animo fuiſſe, vel ab initio donationis,ut donaturus fuiſſet,etiam ſi de liberis cogitaſſet, arg.tex.no. in l.3.C.de inoffi.teſta.† Nã & aliàs ſæpe ex ſequẽtibus colligitur, qualis animus in præcedentibus fuerit.l. ſed Iulianus.§.proinde.[ibi, intelligendumq; ab initio ſic accepiſſe.] ff.ad Macedo. & l.poſt contractum & ibi Bar. & cæteri.ff.de don.& l.ſi ſeruus pluriũ. §.ult.[& ibi Flor. & Iaſ.]ff.de leg.j.[& l.ſi uxori.§.vlt. & ibi not.ff.de leg.3.& l.ſed ſi maritus §.ul.ff. qui & à quib.& l.q̃dã.ff. de reb.dub.] & l. ſi concubinã. §.ſi res amotas.ff.rer.amo.& l.cũ quis, circa fi.C.de natu.lib.& l.uenter,in fi.ff.de priuil.cre.[& §. pauonum, ibi reuertẽdi aũt, Inſti.de rer. diui. &]c.officij,de elec.& c.peruenit,& ibi glo.18.diſt.& c.cum per bellicã 34.q.2. cum ſi. & hoc argumento vſus eſt [Bart. in l.cætera §.ult.ff. de le.j.Raph.Co.cõſ.5.nauta quidã col.vl.Pet.Anc.cõſ.251. ex his quę ſuperius,col.j.] Pau. Caſt.[conſil 331. in cauſa Silueſtri, col.2.verſic. ſed-

ſed ex eo quòd dictus, lib.j. & rurſus conſil. 343. quia ex allegationibus, in fin.eo.lib.j.&] in d.conſil. 434.col.j. uerſi. præterea dico, lib. j.[ubi loquitur non quidem de iſto caſu,ſed de alio ad hanc l.noſtram pertinente,& conſi.74.in cauſa mota per dominam Dorotheam, in fi. lib.2.& conſ.256. videtur manifeſtè,col.j.uerſi. & quia poſt,eo.li.2. & conſi.398. in cauſa uertēte in curia,col.ult.eo.lib.2.]Sufficit autē ſi ab initio donationis animus fuerit donandi, etiam cogitāti de liberis, vt ceſſet l.noſtra, quicquid poſtea contingat,ut not. Bar.in l.Titia Seio.§.imperator ff.de leg.2.& alibi diximus,& dicemus poſtea abūdantius.Quin ſi non præſumamus ex eo in præteritum, quod non eſt neceſſe,tamen nunc ſatis conſtare uidetur donantem nolle reuocari donationem,cùm non reuocet, quod etiam ſufficit,ut non ſit locus huic l.cui poteſt & expreſsè & tacitè renuntiare ſiue derogare,ut ſatis oſtendimus in prin. & facit quod latè dicemus infra in gloſ. ſuſceperit liberos,uerſic.211.incipen. ſecundo ītelliges procedere, & aliis multis ſequen.

258 ¶ † Cogita tamē,& uide quid dicam in ſeq. q.& quid etiā dixerim ſuprà in uerb. libertis, in ult.q.in qua tractauimus an donatio inter uirum & uxorem reuocetur ex hac l.& Archi. in c.quicūq;. 17.q.4.qui uidetur innuere eum tex.huic ſimilem habere locum in donatione inter uiuos tantum,quod & expreſsè tenuit in caſu noſtræ l.[Bal. in rep. l.j.col. quæ antepe. præcedit, in 4. quæſtio.C.de ſacro.eccle.& Caro. Ruin.conſi.123.quia agitur, col.3. nu.7.lib.j.& conſi.62. ex duobus, col.ult.nu. 12.li.2.&] Steph. Bert. cōſi.86.Chriſti &c.uiſis tribus.col. 2.uerſi.ſed ubi teneremus,lib.2. ea tantum ratione motus,quòd legata nō reuocantur per natiuitatem liberorū, cum alia ſit ratio donationis,de qua loquitur hæc l. quàm legati,nam donatio plus affert præiudicii,ut quæ ſit irreuocabilis, legatum uerò poſſit & expreſsè & tacite reuocari,ideoq; lex uoluit prouidere in donatione, quia ubi maius periculum, &c.Et idem eadem ratione dicendum colligit in donatione cauſa mortis,quę regulariter æquiparatur ultimæ uoluntati & legatis,& c. Sed & de hac re diſſerit Ant.Rub.conſ.111.uiſo inſtrumento,per tot.ſed ita confusè & obſcurè,vt vix intelligas quid hic ſibi uelit.Cæterū ſup eo qd ſuprà dixim⁹ ꝙ minor pōt libere donare cauſa mortis, uide quę diximus in tract. de legi. connubia. in gloſ.3.in 3.q. [Sed & ſup eo quod in prin. huius q.tractatum eſt.an appellatione donationis ſimpliciter ueniat donatio cauſa mortis, uide pleniſſimè omnium Barb.in rep.rub. extra.de dona.col.2.uerſi.& pondera.]

259 XIIII †utrū hæc l.hēat locū ī legatis, v.g. Si filius fuerit inteſtamēto pteritus,irritū eſt teſtamentū,legata tamē rata manent p auth.ex cauſa C.de libe.pte. Quid igitur ſi poſt teſtamentū natus eſt filius teſtatori nihil tale cogitanti, aut etiā tpe teſtamēti habebat filiū, ſed ſibi ignotū,quia fortè neſciebat uxorē abſentē peperiſſe,aut credebat filiū mortuū.Parui.n.refert,non habeas filiū,an habere te ignores ut latè diximus ſupra in uer. filios nō habēs uer.15.incip.ſed & illud in quęſtionem uocatur.Nunquid igitur tunc cōſeruabūtur legata, per d.auth.ex cā,an uerò irrita manebunt ex hac l.noſtra?In quam rē multa poſſent adduci,q̄ diximus in pręcedenti.q.

quæ tu uidebis, ne repetã. Sed & tu præterea uidebis omnes hanc rem latiſſimè tractantes. tum in d.auth. ex cauſa.tũ in l.filio preterito.ff.de iniuſt.teſta.ex quibus facile intelliges rem hanc eſſe admodum obſcuram fuiſſeq; multos qui aſſerunt reuocari, multos qui contra negant, multos item qui(ut fieri aſſolet in diuerſis ſententiis) diſtinctionibus, & alii quidẽ aliis temperare, & ueluti opinionum controuerſias componere nitunt ur, & omnes multis magniſq; rationib' ſubnixos, quas huc adſcribere ſuperſedimus, ne quod in vno ac altero loco abundè ac penè ſuperfluenter tractatum ab aliis cõperimus, huc ueluti tranſplantatum inſerere uideamur. Erimus igitur nunc contenti ſolã doc. nomenclaturam ſubſcripſiſſe.

260 ¶ † Sunt enim qui ſimpliciter negant d.authen.ex cauſa, habere locum in poſthumis, quin aſſerunt eorum natiuitate reuocari legata. In quibus eſt Accurſius in l. 2. C. de poſthu.hære.inſtit. Azo præceptor illius, & Iac.But. prout illos retulerunt doc. in d.auth. ex cauſa, & in d.l.filio præterito. Et hanc quoq; ſententiã ſecutus eſt Ray. Forl. vt retulit Bar. & alii pleriq; in d.auth. ex cauſa, eandem quoque ſequitur Oldra.conſi.149.ſuper prima quæſtione, in 2.dubio. Cyn.& Ray.in l. j.ff.de teſta.tute.ut retulit Bal. ibi, ſequitur etiam Alber.in l.generaliter.§. ex teſtamẽto.ff.de fideicom. lib.& latiſsimè Signo. conſi.24. ſi quæratur nunquid. & rurſum conſ. 113.quæſtio eſt an rupto teſtamento, vbi in fin. dicit quòd legens Bononiæ de hoc conſultus in quadam quæſtione Neapolitana idem conſuluit cum multis aliis doc. & cõſ. item 220. factũ ſic præſupponatur quidam ciuis, col.2.vbi & illud idẽ refert de dicta quæſtione Neapolitana Bar.in l.in cõfirmando, in fin. ff.de confir.tut.& in l. qui filiabus, in fin.prin.ff.de leg.j.& cõſi.13.ex facto propoſito, col.3. verſi.de tertio autem principali dubio, ubi & hoc dicit tenere Dyn. Odof. Mar. Sil.Iac.But. Oldra.& alios,[& Bal. in l.& poſt litem, in addi.col. pen. verſ.ſuper quæſtione qua quæritur ff.de tranſactio] & Cardi.Flor. conſil.20.cum in teſtamentis, in primo dubio.

261 ¶ † Idq; etiam affirmant nonnulli non leuis quidẽ authoritatis procedere, ſi in teſtamento fuerit appoſita clauſula codicillaris, nihilo enim ſecius reuocari legata natiuitate poſthumorum. Cuius ſententiæ fuit Albe.Galio.in ſua Margarita, tit.de teſta.uerſ.pone q̃ſtionẽ de facto & Spec.ut illum nonnulli allegãt, ti.de inſtr.edi.§. cõpendioſè, ver.pone quidã facit teſtamentũ,& ibi quoque Io.And.in addi. ipſius. & Card. Flor.d.cõſ.20.in.2. dubio, & Soz. cõſ.93. teſtamentũ pręmiſſum, col.3.uerſ.ſed tamen his non obſtantibus, lib.4.

262 ¶ † Contrarium ſimpliciter, uidelicet legata non irritari per natiuitatem poſthumorum, ſed conſeruari ex d.auth.ex cauſa, tenuit Accurſius ſibi contrarius in d.l.generaliter.§.ex teſtamẽto, in uer.cõſtat, ff. de fideic.lib.& in l.ſi pater, in ver. aut fideicõmiſſa, eo.ti.& in l.bona. §.ulti.in ver. teſtamentum.ff.de capti. & poſt l.reuer. & ĩ d.l.j.ff.de teſta.tut.& in l.iure noſtro.§.ul.& in l.ſi pater.eo.tit.& in l.ſi quis teſtamento facto.ff.de leg.2. & in l.j. & ibi ẽt Paul.Ca.C.de codicil.& in l. j.C.de bon.poſſeſ.cont. tabu.Petr. Iac.Areti. Iac.Ray. Cyn.ſibi ẽt contrarius, Frã. Rãp. & Bal.in d.aut.ex cauſa. Nicol. Mat. Bald. & Saly.in d.l.

d.l.j.C.de poſth.hær.inſti. Pet.Iac. in ſua pract.tit.de condi. ex leg.om nimodo pro legitima portione debita filiæ,col.17.uer. item poſthumo præterito. Bar. ſecum quoque præter morem pugnans, conſil.52. in nomine domini Salumben.Ioannelli.Bal.in l.Titia.ff.de inoffi.teſt. vbi tamẽ dicit quòd prima op. continet æquitatem,& conſi.215.teſtamentum,circa medium, lib.4. vbi dicit de hoc eſſe tex. ſing.no.a Ia. Are. in d.l. generaliter.§.ex teſtamento.& Ang. conſi.211. ex facto propoſito,col.2.in.3. dub. Imo. in d.l.filio præterito.Raph. Ful.conſ. 69. punctus talis eſt, Marianus, in fi.Cor.[conſi.158. pro defenſione, col.5.ver.præterea lex,li.2.&] conſi.234.placẽt mihi, col.2.uer. circa ſecundã,li.2. & conſi.225. antequã aggrediar,col.2.li.3. ubi dicit ſe ſæpe ita reſpondiſſe & tenuiſſe conſulẽdo & legẽdo, & hãc op.Iaſ.í d. auth.ex cã,col.4.dicit eſſe cõem.

263 ¶ † Sed hæc op.ita à multis ſcinditur, vt eã cum priori cõcordent, vt videlicet poſthumus non reuocet legata ſecundũ poſteriorẽ op. ſi is fuerit ſciẽter pteritus, quia teſtator de eo cogitabat, & nihilominus illum præteriit.Secus ſi poſthumus ipſe,aut etiam iã natus(vt nũc vtrũq; cõiungamus) ignorãter fuerit pteritus,quia teſtator nõ cogitabat de poſthumo, aut iã natum filium ignorabat,uel eum mortuum putabat.Nam tunc, inquiunt,nõ locus eſt d.auth.ſed huic noſtræ l.Ita uoluerunt Bar. huius diſtinctionis veluti anteſignanus,& poſt eũ An. Paul.Caſt.Guid. Pap. & Io.à monteſer.in d.auth.ex cauſa.Bar.Bal.& Ange.in d.l.filio præterito. Bar.in l.cum mater ff.de inoffi.teſta.& in l.j.in 6.q.ff.de iu.condi. & in l.confirmando, in fin.ff.de confir. tut.& in l.tale pactũ.§.ul.in fi.[per illum tex.]& ibi Ange.& Pau. Caſt.ff.de pac.& idem Bar. in rep.l.j.in 2.q. 5.q in prin.C.de ſac. eccle, ubi & hoc quoq; dicit procedere in relictis ad pias cauſas, & cõſ.146. uiſo pdicto pũcto,& cõſ.204.Cechus cõdidit teſtamentũ, & cõſ.210.oẽ illud,& cõſ.235.Lap9 fecit teſtamentum,Bened. Plum.in d l. generaliter.§. ex teſtamento.ff.de fideic.liber.Bal.& Ang. in l.Titius,in prin. [& ibi Frã.Are.]ff.de lib. & poſt.& ipſe Bal. in d.l.j.ff.de teſta.tut. [& in l.ſi totas C.de inoffi. don.& in l. 2.§.ſi quid ex te.ff.de condi.inde.] & cõſ.239.quia ultimus paſſus,col. j.lib.3.& conſi. 424.pſuppoſito qd dictus teſtator,li.4. Ang.hic, & í d. l.j.C.de bon.poſ.cont. tab. & in l. militis codicillis §. in ſupremis.[& iterũ in l.qui iure.]ff.de mil.teſt.& in §.ſiue igitur,col.4. uer.dici põt in auth.ut cũ de app. cog.& cõſ.76 poſita pro cõſtãti,col.ul.uerſ.ſecundo de ſecundo,& cõſ.108,iſta qſtio in 2.dub.Pet.An. & legẽdo & conſulendo, ut retulit Imo. in d.l.filio pterito. Nã & ita eũ cõperi tenuiſſe in c.ſi pater,in.7.no.de teſta.li.6 Car.Flor.cõſ.20.cũ teſtamẽtis,col. j.uer.quo ad primum, & Rom.cõſ. 122.circa id quod effectualiter,col. 2.uerſ.quo ad ſecundum Io.Ana. conſ.28.uiſis & põderatis,col.3. & ibi ẽt Bol.in addi. col.4.uer. de prima præteritione. Alex. conſi.41.uiſo tenore,col.pen.lib.j. & cõſi.47. abunde p celeberrimos,col.2.uerſ. quo ad quintum, lib.2.ubi dicit q periculoſum eſſet tenere cõtrariũ. Barb.in rep.l.cũ acutiſſimi, col.3. uer.nihilominus credo C.de fideic. [& in rep.rub.C.qui admit.col.21. uer.18.adduco.]& i rep.c.Raynaldus,col.6.uer. non obſtat cum dominus,ext. de teſta.[& conſi.60.il-

lud afferam, col.2.uerſi. & ex iſtis, lib.2.] Fran.Are.conſi.24. quatuor dubia,col.j.uerſi.pro iſta cõcluſione,[& conſi. omnium ult.ubi & ita dicit conſuluiſſe Bapti.Sanſauer. & hanc eſſe communem opin. Steph. Bertr.conſi.10.uiſo teſtamẽto, per tot.lib.4.] Soz.d. conſi.93. quo loco ſuprà citauimus, lib.4.[Caro. Ruin. qui & hanc dicit æquiorem, con.2. quæſtio.col.j.li.3. vbi hanc rem latè tractat, & conſil.6. quod eſt eo. initio ẽt,col.j.eo.li.3.]& Alcia.lib.j.de uerb. ſigni.char.ulti.& D.Gui.Benedict. in repeti.c. Raynutius,in uerb. in eodem teſtamento relinquẽs,nu.232. extra de teſt. Et ita quoque uidetur uoluiſſe Signo.in illis conſi. ſuprà in prima parte allegatis,ſi ſolerter legantur. Et hanc opin. dicit eſſe ſeruandam in practica Corne.in d.auth.ex cauſa,col.10. Et pro ea facit tex. in l. idem eſt,quæ eſt 3.ff.de cõd.indeb.

264 ¶ † Et hãc quoque ſententiã probat uetus opinio. Nam apud Plautum antiquum Poetam Comicum in Pœnulo, cum Iachon pœnus falſo exiſtimans.ſed nõ iniuſtis rationibus adductus,filium ſuum unicũ, cui in ea fabula Agoraſtocli nomẽ eſt,naufragio aut aliter periiſſe, patruelli ſuo bona ſua reliquiſſet,cõpertumq; poſtea fuiſſet filium illũ teſtatoris uiuere. Milphio tãquam arbiter quidã honorarius hanc confeſtim ſententiã illi patruelli apertè pronuntiauit.

Paterna oportet reddi filio bona,
Aequũ eſt habere hunc bona quæ poſſedit pater.

Cui patruelis aſſentiẽs atq; acquieſcens,ita protinus reſpondit.

Haud poſtulo aliter, reſtituentur omnia.
Suam rem ſibi ſaluam ſiſtam.

[A quo nec latum quidem unguem diſſidet quod ſcribit Valerius Maximus,lib.7.cap. item.7.cuius tit. eſt de teſtamẽtis, quæ reſciſſa ſunt, Militantis ait, cuiuſdam pater cum de morte filij falſum è caſtris nuntium accepiſſet,aliis hæredibus ſcriptis deceſſit,peractis deinde ſtipendiis adoleſcens domum petit, errore patris,impudentia amicorum domum ſibi clauſam reperit. Itaque depoſitis armis coactus eſt in foro togatam ingredi militiam,cum improbiſſimis hæredibus de paternis bonis apud centumuiros contendit omnibusq; non ſolum conſiliis, ſed etiã ſententiis ſuperior diſceſſit.]

265 ¶ † Idq; dicunt multi ita procedere,ut ſi ignorãter fuerit iam natus aut poſthumus præteritus, irrita ſunt legata, etiam ſi fuerit appoſita clauſula codicillaris, ita enim uoluit Bar. & huius quoque op.princeps in d.authen.ex cauſa, col.ul.& ibi,Iaſ.col. pẽ.& Pau.Pichus,& idẽ Bart.in d.l.j.in.6.q. & ibi etiam Ange.ff.de iure codicil. & idem Bart. in l.penul.eod.titu. & in omnibus conſi.ſupra allega. præterquam in primo,ubi nihil de huiuſmodi clauſula dicit Bald.& Ange.in d.l.ſi Titius.ff.de libe. & poſthu.& in d.l.filio præterito ff.de iniuſt. teſta.Bal. ſubobſcure ĩ l.qui filiabus, in prin. ff.de leg.j.& apertius in d.l.ſi totas C.de inoffic. dona. ubi ita dicit ſe conſuluiſſe,ſicuti uerè conſuluit,in illis duobus conſi. ſupra proximè citatis,& præterea conſil.156.clauſula codicillaris. colum.j. lib.2. & conſil.459.proponitur quòd dominus Antonius,ad fin.lib.5. Ange.in [d.l.qui iure.]ff.de teſta. milit. & & in l.j.ff. de iure. codicil. & in l.j. per gloſſ.ibi relatã ad tex.C.de codicil. ubi id dicit ſing. & menti figendum, & ita determinatum fuiſſe per collegium Peruſinum, & d.

conſil.76.colum.ulti.uerſi. de tertio ueritas eſt.& etiam conſi.51.ex facto propoſito, colum.3. & conſi. 136.in quæſtione vertente, colum. vlt.& d.conſi.211.col.2.in 4.dubio & conſi.364. viſa facti narratione, col.3.Card.Flor.d. conſi.20. col.j. verſi.quò ad ſecundum, Pau.Caſt. in l.ſicut certi,poſt prin.C. de teſt. mil.& conſi. 200. clarum eſt teſtamentum,in 3.dubio, lib.j. vbi hoc dicit æquiſſimum Alex.d. conſi.41. colum.vlt.lib.j. Corne. conſi. 244. videtur in hac conſultatione, ad fi. lib.4.Fran.Are.d.conſi.24. vbi hãc dicit eſſe communem,& rurſum latè conſi.omnium nouiſſimo,in primo dubio,Soz.d. conſi.93. lib.4. & Barb.qui etiam aſſerit eſſe communem,conſ.60.illud afferam, colum. 3.& ſeq.lib.2.& Iaſ.in d.l.j.col.vlt. C.de bon.poſſeſ.contr.tabu.&. Stepha.Bertr.conſi.170.proponitur in facto,num.5.& ſequen.lib.j. & conſi.195.ponitur in facto,nume.4.eo. lib.j.& D.Guil.Benedi. in repeti.c. Raynutius, in glo.in eodem teſtamento relinquens, le j. nume.247. & nouiſſimè Anto. Rub.conſi.112. uiſo teſtamento mihi exhibito, & iterum conſi.125. præſens caſus,colum.j.& 2.Et hanc op.dicit æquam licèt non ſequatur,Bald.in l. vlt.C. de codicil.

266 ¶ † Et hanc op. confirmat quod ſcribit Bald.in conſil. 319. quidam Nicolaus,col.vlt.lib.5.quòd clauſula codicillaris ceſſat,cùm ceſſat voluntas teſtatoris.De quo & per Philip.Deci.in l.precibus,col.10. verſ. vlterius tamen C. de impub. & ali. ſubſt.& conſi.205, in cauſa iſtorum nobilium,in fi.& conſi.248. viſa petitione,colum.vlt, [& conſi.287.in ciuitate Placentiæ,colum.3.]& cõſi.291. viſis & diligenter conſideratis,colum.2. & alibi ſæpe, Nam & ea clauſula non tendit niſi ad conſeruandam uoluntatem teſtatoris, vt dicit Bald.in l. vltima , columna quarta, verſiculo nunc aliqua C.de codicil.

267 ¶ †Sunt & qui contrarium tam in primo quàm in ſecũdo aſſerunt,videlicet (vt primum primo loco expediamus)conſeruari legata, etiam ſi poſthumus aut iam natus fuerit ignoranter præteritus,videlicet gl. in l.ſi vxorem prægnantem, iuncto tex.in ver.ignoranter ff. de manu. teſta.& Fran.Rampo. in d.auth. ex cauſa,& in repe.d.l. filio præterito, prout ibi illum retulit Imo.qui id tenet,& Bal. ſibi contrarius , in l. ſi cum vel in utero C. de teſta.mil. & idem Bald. qui hoc dicit præſertim procedere in legatis modicis, & relictis pro anima uel pro coniunctis in d.auth.ex cauſa, & ibi etiam Saly.Fulg.& Corn.qui dicit hanc eſſe veriorem de rigore iuris, ſicut etiã dicit & latè eam comprobat conſi. 195.in hac conſultatione, per tot. lib.j.& conſi.158.pro deciſione,colum.9.libr.2.& conſi. 244. videtur prima facie dicendũ, col.4.ver.nec ob aliud,& ſeq.eo.lib.2.& con.150 prima facie, colum.2.verſi. ſed hoc non habet obſtare, libr.3.& conſi. 194.videtur in præſenti, col.3.ver. & licèt magnum,eo.li.3.& d.conſi. 225.anteq̃ aggrediar,col.4.verſi.& quia preteritio,cũ multis ſeq.eo.li. 3.in quibus locis tamen dicit q̃ nõ auderet firmare, propter authoritatem Bar. & ſequacium, & rurſum ipſe Bal.in rep.d.l.j.col.antep.ver. aduertatis C.de ſac.ec.& Step.Ber. conſi.225.poniť in facto,col.2.ver. ſed quicquid ſit, lib.2. & Io.Ign.in d.auth.ex cauſa,cha.19.ver.3. inuenio.Et pro hac ſententia bene facit tex.in l.cùm mater ff. de inof. teſt. quæ ex diametro contraria eſt d.l.

idem eſt ff.de cōd.inde.quod à paucis expēſum eſt,nec uideo quo pacto ea antimonia tolli poſsit, nam utrobiq; pater falſo putabat filium quē præteribat,obiiſſe, & ita re tantum,& non conſilio,ut noſtri dicūt præteribat. Et tamen in una lege præſtari non debent legata, in altera debent. Soluat igitur Apollo.

268 ¶† Et hanc partem obſeruaſſe Hetruſcos illos Italorū antiquiſsimos, iuriſq; & diuini & humani peritiſſimos, planè cōſtat ex eo quod ſcribit Liuius lib. primo. ab urbe condi. Lucumo,inquit. Demarathi Corinthi filius erat,qui ob ſeditiones domo profugus, cū Tarquiniis forte conſediſſet, uxore ibi ducta, duos filios genuit,noīa his Lucumo atq; Aruns fuerunt. Lucumo ſuperfuit patri bonorū oīum hęres. Aruns priuſq̄ pater moritur, uxore grauida relicta, nec diu manet ſuperſtes filio pater,qui cum ignorās nurū uentrē ferre, immemor in teſtando nepotis deceſsiſſet, puero poſt aui mortē ī nullā ſortē bonorū nato,ob inopiā Egeno inditum nomen.Hæc Liuius. In quibus uides Lucumonē,cū ignoraret nurū prægnantē eſſe ex filio Arunte,alteri filio oīa reliquiſſe, idq; ratū firmūq; manſiſſe,nec aliquid nepoti ex filio ignorantiam aui profuiſſe. Eadēq; fermè tradit Dionyſius Alicarnaſſeus li.originū Romanorū tertio.

269 ¶ † Qui item cōtrarium dicūt de clauſula codicillari, uidelicet quòd ob eā cōfirmant legata,etiā ſi ignoranter fuerit poſthumus præterit⁹ ij ſunt Dy.Iac.Are.& oēs penè ſcriptores ante Bar. ut ipſe refert,in d.l.j.in 5.q.ff.de iure codic. Oldra.d. conſi.149.in 3.q. & iterum conſil. 171.thema tale eſt,Titius filium,in ul.dubio,Ray.& Bal.ſibi cōtrarius in l.ex ea.§.ul.ff.de teſta.Spe.ti. de inſt.edi.§.cōpendioſè,uerſ.itē uide. Bar.ſubobſcurè: conſ.6. uiſo teſtamēto,col.2.Bal.Raph.Cu. & Alex. in addi. Bar.ī d.l.j.ff.de iu.codicil. Bal.in l.pe.eo.ti. & ī d.auth.ex cauſa,col.4.& ibi ēt Saly. & Fulg. qui & hanc op.dicit æquam.Alex. [ſibi contrarius, qui eam dicit eſſe communem,]& Io. à monte Sperello. ibi.Idem Bal.in l.ult.col.pen. uerſ. ſed quæro nunquid iſta clauſula, & ibi quoque Saly.C.de codicil.& ipſe Bal.in l. ſi ita fuerit ff. de leg.3. [& in l.generaliter.§.ex teſtamento ff.de fideic.liber.& in d.l.& poſt litem,in addi. col.pen.uerſ.ſuper ſecunda quæſtione.ff.de trāſ.]& conſil.391.factum tale eſt, quidam nomine Colla.in fi.eo.lib.3.Saly.in d. l.j.ad fin. & ibi etiam Paul. Caſt.ſibi item cōtrarius.C.de poſthu.hęr. inſtit. Ang.ſibi etiam contrarius d. conſi.108. col.ult. Imo.in d.l. filio præterito,col.9.& in l. qui filiabus in prī.ubi & hoc dicit ſenſiſſe Bar. ibi.ff.de leg.j. Paul.Caſt.cōſ.15.incipiendo à ſecundo, col.2.lib.2. & conſ.271. quanquam multa ſcripta fuerint,col.ult.eo.lib.2.Raph. Co. in l.ſi quis cū nullum in prin.ff.de iur. codicil.Ro.d.conſi.122. Alex. [conſi.26 circa primum col.3.uerſ. uel poteſt reſponderi, lib.j.&] conſil.37.in cauſa mota per Ang.col.2. uer.& conſtat de iure,lib.j. vbi,hāc dicit eſſe communem op.& conſi. 123.diſcuſsis hæſitationib⁹, col.pē. uerſi.uel etiā dato, eo.li.j.ubi dicit hanc eſſe ueram & communem op. & cōſi.142.circa primam dubitationem,col.4.uer.tertio poteſt reſponderi,lib.2.quod errore impreſſorū iterum repetitum eſt cōſi.103.li.3. & iterū,cōſi.50.lib.6.ubi dicit hāc eſſe cōem ſnīam.idem Alex.cōſ.30. pōderatis his,col.j.& 2.li.3.& conſil.ſeq.eiuſdē prin.col.j.& Cor. ſibi

cótrarius cōſ.195.in hac cōſultatione,col.pē.ver.& idcirco, & ſeq.lib. j.& cōſ.118. uidetur primo aſpectu col.pē.uer. & licèt Bar. li.2.ubi & hoc dicit tenuiſſe Pan. in duob.cōſ. q̄ reperire nō potui,nec credo fuiſſe impreſſa, niſi ſint ex iis quæ ex Paul. Caſt.ſuprà citauimus, vtpote quorū ſimilia ſunt initia, quod magis credo. & idem Corn.d.conſi. 158. col.antepen. uerſicu. & idcirco.eod.lib.2.& d. conſil.244. colū.5.& ſequen. eod. quoque lib.2. & cōſ.133.in hac cōſultatione, col.3. verſi.ideo inſtitutio,li.3.& Bened. Capra.conſi.106. punctus cū prout in facto,ante fi. & iterū cōſ.115.Ieſu Chriſti nomine repetito cū prout,col.2. Ang. Aret. qui ita dicit ſæpius conſuluiſſe,in §.j.poſt mediū, Inſti.de codicil.Barb.ſibi etiā contrarius,conſ.6. vbi Chriſtus nō eſt, in 2.dubio, per to.lib.2.& Iaſ. ſibi etiam contrarius,in d.l. qui filiab° col.ult.ff.de leg.j. Lud.Bolo.conſ. 73.Antonius Pergamenſis, col.ult. [Carol.Ruin.con.19.circa præſentem, col.3.ver. ſed prẹmiſsis,eo.li. 3.Philip. Dec.latè conſil.490. uiſis & circunſpectis,col.j.& ſeq.]& Stepha.Ber.ſibi item contrarius, cōſi. 130.Chriſti &c.uiſo caſu, nu.1.lib. j.& Fran.Ripa.hic in 21.quẹſtio.

270 ¶ † Sed circa hanc poſtremā op. debes ītelligere,multos ex iis quos proximè citauimus dixiſſe ſimpliciter clauſulam codicillarem operari, ut debeantur legata etiam ſi poſthumi fuerint ignoranter præteriti, ſed & multos ex iis non ita ſimpliciter locutos fuiſſe, ſed nuncupatim intelligentes in clauſula codicillari, quæ ad futurum quoque tempus refertur, nedū ad præſens,his ſcilicet uerbis, ſi non ualet aut ualebit &c. Nam ita,inquiunt, teſtator uidetur cogitaſſe de futura ruptura teſtamenti,& uoluiſſe ſibi aduerſus cauſas rumpentes aut rupturas prouidere.Et ideo ſaltem implicitè & in genere cogitauit de poſthumis, quod ſatis eſt arg.l. placet,& l. ideoque ff. de lib. & poſth. & l.qui iure.ff.de teſta.mili.

271 ¶ † Nec deſunt qui iterum diſtinguunt, an legata ſunt modica,quæ etiam ueriſimiliter legaſſet teſtator,ſi cogitaſſet de poſthumis,& ea non reuocantur, ſed conſeruantur ex d.auth. ex cauſa, alioqui reuocantur,& ita uidetur uoluiſſe Bal. in d.l.Titius, in priu.ff. de libe. & poſth.Ang.in d.§.ſiue igitur,col.4. ver.finaliter dici poteſt,in auth. vt cum de appel.cog.Fran.Are.in d.l. Titius,col.vlt.& conſi.91.uiſo legato facto,col.4.verſi.modò cum præterito,& d.conſi.vlti.in primo dubio.Barba.in repe.l.cùm acutiſſimi colum.45.verſic.pone, teſtator.C. de fideicom.Sozin.d.conſi.93.teſtamentum præmiſſum,col.8.verſi.ex quibus omnibus, libr.4.cum alijs concordan.ſuprà in ver.omnia vel partem aliquam bonorum, verſi.6. incip.ſed illud in dubium,& iterum uerſi.27.incip.& in ſimili.[Et cum his conuenit quod tradit Angel.generaliter, conſil.51. Simon notarius, colum.3.uerſicul.ſolum igitur, quòd per huiuſmodi clauſulam conſeruantur legata, præterito etiam ignoranter poſthumo,aut iam nato, quem teſtaror putabat mortuum, ſi veriſimiliter teſtator legaſſet,ſi de poſthumo cogitaſſet, aut ſciuiſſet filium viuere, per l.pe. ff.de iure codicillor.]

272 ¶†Sunt & qui diſtinguunt inter legata & fideicommiſſa particularia,& uniuerſalia,ut ſcilicet in legatis & fidecommiſſi particularibus clauſula codicillaris operetur conſeruationem legatorum,non etiam

in

in fideicommiſſis vniuerſalibus. Et
ita voluit Iacob. Bel. in ſua diſputa.
cuius principium eſt, quæritur, pa-
ter vel mater condidit teſtamentũ.
Quam quidem diſputationem po-
ſuit poſt l. 3. C. de liber. præter. Prio
rem tamen caſum intelligit proce
dere, quando teſtator ſciuit poſthu
mum natum, & potuit mutare teſta
mentum. Aliàs enim etiam clauſu-
la codicillaris nihil operaretur etiã
circa legata & fideicommiſſa parti-
cularia, & eum ſimpliciter refert &
ſequitur Alex. d. conſi. 252. col. 2. &
ſeq. lib. 2. quem & tu in hoc vide d.
conſi. 142. circa primam dubitatio-
nem, colum. 3. verſi. & hoc primò,
lib. 2. Quin Bald. ipſe in d. l. ſi cùm
uel in utero, paulò ante fin. C. de te
ſta. mili. ſimpliciter dicit legata par
ticularia deberi etiam filio ignorã-
ter præterito, non fideicõmiſſa vni-
uerſalia, nulla clauſulæ codicillaris
mentione facta.

273 ¶ † Quid? quòd nonnulli à ceteris
omnibus penè ex diametro diſtan-
tes tenent reuocari legata ex præte
ritione ſcienter facta, non etiam cũ
fit ignoranter tanquam illic ſit ma-
ior iniuria, maior impietas, maior
dementia in teſtatore. In quam ſen
tentiam dicitur conſuluiſſe Signo.
& concilium Mediolanenſe, ut retu
lerunt Bald. & Imol. in d. l. filio præ
terito, & idem quoq; uoluiſſe Iac.
Are. & Oldr. retulit Corne. d. conſ.
158. colum. 9. libr. 2. Et in hãc quo-
que ſententiam pedibus uadũt, qui
aſſerunt huiuſmodi clauſulam codi
cillarem nihil operari in præteri
tione iam nati, ſed tantùm in præte-
ritione poſthumi: Cuiuſmodi opin.
fuit Old. in d. l. Titia, vt illum retu-
lit Bal. ibi ff. de inoffi. teſta. & idem
Oldrad. & Iacob. Aret. in d. l. gene-
raliter. §. ex teſtamento. ff. de fidei-
commiſſar. liber. prout illos citat.
Sozin. dicto conſi. 93. colum. 2. lib.
4. Et qui item ſcribunt hanc clauſu
lam nihil etiam operari, cùm te-
ſtamentum deficit uitio, aut cul-
pa teſtatoris, ut quia præteriuit uel
exhæredauit. Secus ſi alio quopiã
vitio extrinſeco, videlicet ob defe-
ctum ſolennitatis. In qua ſenten-
tia fuit gl. & omnes penè antiquo-
res doct. in dicta authent. ex cauſa,
& Guil. Cu. in l. vltima C. de codi-
cil. Cyn. in l. ex ea. §. ex his. ff. de te-
ſtamen. & Bald. conſil. 386. factum
ſuper quo, libro. j. & dicto conſil.
391. in vltimo dubio, lib. 3. vbi hãc
dicit eſſe communem opin. & con-
ſil. 431. incipien. gloſſ. in authenti.
eod. libr. 3. & in d. l. j. ff. de iure co-
dicil. ubi ita dicit antiquos doctor.
communiter tenere, & in d. l. ex ea
§. ex his. ff. de teſtamen. vbi dicit ſæ
pe hanc partem conſulendo tenuiſ-
ſe. Adeò Bald. fuit leui maleque cõ
ſtante ingenio, iudicioq;, vt ex tot
ac diuerſis contrariiſque opinioni-
bus nulla ferè ſit, quam non ali-
cuibi ſequatur. Quod uix excuſari
poteſt, cum non hic tantũ, ſed aliàs
ſæpè ſit uarius, ac contrarius. Nam
id aliquando contigiſſe, ut nonnun
quam Accurſio & Barto. excuſari
quodammodo poteſt: † cùm Papi-
nianus uerè iuris aſylum, ac legalis
doctrinæ theſaurus ab Aelio Spar-
tiano in Seuero Imperatore appel-
latus, aliquando etiam in re eadẽ
in contrarias declinauit ſententias,
ſi credimus Iuſtiniano in l. vltima
uerſicu. ſed cùm in ſecundam. C. de
furt. [Et cùm Bald. vbique tam ua-
rius fuerit, auſus eſt tamen con-
ſtanter profiteri non eſſe ſui moris
variare, in conſil. 119. factum pro-
ponitur, colum. 2. verſi. ſed ſi vnũ,
libr. 3. Adeò in ſuis quiſque vitiis
cæcutit.] Sed vt redeamus, tu ſu-
per illa poſtrema ſentẽtia uide do-
ctor.

ctor.hanc rem latè tractantes in d. authen.ex cauſa, ſuper gloſſ. vlti. [Et prętcrea ſuper hac tota quæſtione, Bal.in l. Domitius §.ex his ff.de teſta.& in l.cùm mater ff.de inoffi.teſta.]

274 QVAERO XV †vtrùm adoptio reuocetur, ſi adoptanti poſt adoptionē naſcātur liberi naturales & legitimi In qua re nō opus eſt fruſtra tēpus in longas diſputationes trahere.Nā ea dubitationē non recipit:qn̄quidem habemus tex.apertiſſimum in l.ſi te parens C.de ſuis & legiti.ꝙ filius adoptiuus ſuccedit patri adoptiuo cū filijs naturalibus & legitimis poſtea ſuſceptis. Ex quo nemo non poteſt intelligere non reuocari adoptionem natiuitate filiorum naturalium, etiam quantum ad vim ſuccedendi.

275 QVAERO XVI. †vtrùm reuocetur legitimatio filij naturalis, quam qui purius loquuntur, natalium reſtitutionem vocant, natis poſt eam legitimationem liberis legitimis & naturalibus. Quæ res in legitimatione,quā facit matrimonium ſubſequēs,minimè dubia eſt, vt dicit Bal.in l.cùm quis C. de natura. lib. Nam ibi text.eſt expreſſus,quòd filij ita legitimati ſuccedunt cum poſtea natis,ſicuti etiam cauetur in l.diui, eod.titu. Et hoc quoque pro indubitato aſſerit Bartol.& poſt eum plerique omnes in l.ex facto,in princip.ff.de vulga.& pupillar.per text.in d.l.cùm quis, & in §.j.in authenti.quib.mod.natura.effici.legi.

276 ¶†Quanquam Bal.ipſe in l.eam quam,col.8.verſi.denuo dubitatur C.de fideicom.dicit intereſſe, vtrū poſtea nati ſint ex eadem matre, ex qua & legitimati antè fuerant ſuſcepti,an ex alia:vt priori caſu legitimatio rata maneat, altero irrita.Quam diſtinctionē tū̄ reiicit Raph.Fulg.conſi.65.cuius caput eſt, Titius coniugem non habēs, & Anto.Roſel.in tract.legitimati.in fin. 2.lib. & ferè omnes indiſtinctè de hac re loquentes.Licèt Fran.Aret. in d.l.ex facto,dicat illam eſſe multum æquam, quia leges multum fauent ei qui matrimonium contrahit cum ea, quam iam illicitè compreſſerat.

277 CAETERVM †quātum ad alias legitimationes pertinet,res eſt admodū difficilis, & quæ illuſtrium doct.ingenia variè torſerit.Nam & dubiā & obſcuram eam dicit Bald. cui nihil aliàs propè dubiū eſt.in d. l.cùm quis C.de natur.liber.& Raph.in d.l.ex facto ff.de vulg.& pupil.vbi ob rei difficultatem nō auſus eſt ſuū iudiciū interponere.& ſimiliter Barb.qui & ipſe ſibi omnia aperta, clara, & dilucida facit aut fingit,primū quidem conſi.9. exordio,illud in mediū referam, col.4. ver.unde eſt inter docentes,libr.4. & iterum conſi.49.incipien.clemētiſſimum Deum, col.4.verſi.facit etiam ad hoc,eo.li.4. Quin & eam veluti in medio relinquit Soz.con. 212. prima conſultatione, col. 4. verſi.omitto illam,lib.2.

278 ¶†Verùm Dy.in d.l.ex facto,tenet ſimpliciter reuocari, tū ꝑ illū tex.in quo ſubſtitutio exēplaris expirat liberis poſtea ſuſceptis, tū ꝑ tex.in hac l.noſtra.† Nā vt hoc illi addas,legitimatio dicitur donatio ſiue donū patris & principis, in authen.itē ſine legitimis.C.de natu. lib.& in §.ſiverò is ꝗ ſolūmodo,in auth.quib.mo.natu.effi.ſui, & voluit Bal.ī l.2.ad fi.C.ſi quid ī frau. patr.& in l.j.col.j. C.de iur.aur.an nul.& in l.ſeruis,poſt medi.C.de lega.[& in l.nā ita diuus, col.j.ff.de adop.]& cō.56.an pater,poſt prin. lib.2.

li.2.& iterum con.129.factum proponitur,col.2.verſi.circa tertium, eo.lib.2.& conſi.56.incipio à ſecũdo,col.2.lib.4.& conſi.102.eſt conſiderandum,col.2.verſi.item legitimatio,eo.lib.4.Ideoq; ſicut donatio reuocatur ob ingratitudinem, l.vlt.C.eo.tit.ita & legitimatio, vt dicit Bal.in c.j.§.filij,ti.ſi de feud. fue.contr.inter do.& agn.& dicam pleniùs paulopoſt, ver.287.incip. quinta ratio.

279 ¶ † Idem autem cum Dyn.in d.l. ex facto, voluerunt Guil. Cu.Alber.& Pau.Ca.in l. tale pactum §. vlt.ff.de pact.per tex.ibi,de quo ſuprà in præfatione diximus, dicũtq; ita ipſum Dyn.conſuluiſſe,idẽ quoque voluit ipſe Guil.in l.j.C.de natu.lib.& Oldra.conſi.247.factũ tale eſt,in primo dubio, vbi præter hãc l.allegat etiam l.cùm Papinianus C.de fideicom.& l.generaliter §.vlt.C.de inſt.& ſubſti. & ſimilia quædam iura, de quibus etiam diximus in prin.noſtræ l.& præterea quoque c.dilecti.& c. ſuggeſtum, de deci. vbi noua cauſa ſuperueniens tollit priuilegium,& [Guid. Suza.in l.humilem C.de inceſt.]nu pt.]Bal.in d.l.2.ad fin.C.ſi in frau. patro.dum ſimpliciter citat Dyn. vbi ſuprà, & in c.innotuit, col.3. ver.ſed nunquid legitimatio, ext. de elect.dum vtrobique ſe remittit ad Dy.in d.l.ex facto. Sed & idem apertè tenet Ang. in l. Gallus §.& quid ſi tantum ff.de libe. & poſth. Barb.in repe.l.cùm acutiſſimi,col. 4.ver.facit quod pulchrè C. de fideicom. vbi ita dicit conſuluiſſe Florentiæ & D.Guil.Bened.in repe.c.Raynutius,in ver. & vxorem nomine Adelpham, num.188.ext. de teſta.

280 ¶ † Et his ſubſcribere videntur, qui ſimpliciter negãt legitimatos ſuccedere, ſi poſt legitimationem naſcantur liberi naturales & legitimi.In quibus eſt Gui. Suza.in d.l. j.C.de natur.liber.per hanc l. noſtram,ut retulit Io.And. qui & in eam ſententiam non obſcurè videtur inclinare,in addi.Spec.titu. de ſucceſ.ab inte.§.j.verſi.ſed ex facto.Et idem quoque palam voluerunt Pau.Caſt.& Philip.Corne. in d.l.ſi te parens C.de ſuis & legi.& rurſus idem Pau.Caſt. conſi.22.cuius principium eſt, viſis omnibus quæ narrantur,col.2.lib.2.

281 SVNT TAMEN † maiori numero qui contrà negant reuocari legitimationem natiuitate liberorum,ideoq; legitimatos ipſos ſuccedere cum filijs legitimis poſt ea natis aſſerunt,cuius ſententiæ fuerunt Ray.Cyn.& Sal.hic Ray. Bal. ſibi vbique contrarius, Ang. item ſibi diuerſus, Imo.Alex. & Iaſ.qui hanc dicit eſſe communem & veriorem,& in puncto iuris,& in practica,in d.l.ex facto.Spec.d.titu.de ſucceſ.ab inteſt.vbi ſuprà, & ſeq. quoque ver.vbi &ipſe Io.And.qui alterius factionis eſt, dicit ita tenuiſſe Goffr.& Alber.Gale. in ſua marg.tit.de natis ex damnato coitu.And.Iſer. in c. naturales, & ibi quoque Iac. Alua.& Card.Alexan. col.2.tit.ſi de feu.fue.contro.inter dom.& agn. [Alber. in rub. C.de natu. lib.col.2.verſi. quod autem nati,& in l.licèt,verſi.item queritur,eo.ti.]Bal.& Ang.qui dicit ita vidiſſe ſe ſæpius obſeruari,& Rap. in d.l.ſi te parens C.de ſuis & legiti.Idem Bal.in d.l.eam quam col. 8.verſi.denuo dubitatur C. de fideicom.& conſi.306.caſus quæſtionis,[circa medi.]verſi.[ſecundum motiuum,lib.2.]& in ſua margari.in ver.legitimatio, col.2.ver.legitimatio iam facta. Collect. in c. vlt.

vlt.col.pen.verſi.quid ſi quis legitimauit,ext.de dona.Ang.in d.l.cū quis C.de nat. lib.Ant.in d.c. per uenerabilem, col.33.& ibi etiam Pan.col.antepen.ver.ſed alia quæſtio, & Car.Alex.ibi, in d.§.quòd autem,char.27.ver.quæro 14. principaliter,& iterum char.ſeq.verſi. quæro 16.Petr.Anch.in d.c. ſuggeſtum,de deci. & ibi quoque Pan. col.2.verſi.vltimò ſcias, qui licèt ponat caſum in legitimato per matrimonium, tamen videtur intelligere in omni legitimato, tum per rationem qua mouetur quæ omni legitimato conuenit, tum per doctores quos citat,qui etiam generaliter loquuntur.Idem Petr. Anch. in c.2.de conceſ.præb. lib.6.Anto. Roſel.in ſuo tract.legitima.in ult. q.lib.2. vbi hanc dicit eſſe humaniorem partem. Raph. Fulg. in d. conſi.65. in primo dubio. Rom.d. conſi.194.in vlti.dubio, vbi dicit ſingu. hoc procedere, etiam ſi in priuilegio legitimandi cōceſſo Comiti Palatino eſſent illa verba, ſine legitima prole, quia ea debent intelligi de prole exiſtente tempore legitimationis,nō de ea quæ poſtea naſcitur Bened. Capra. conſi. 157.fuit diſpenſatum, col.pe.ver. nec obſtat quod & tertiò.Alex.cōſil. 138. opportunè conſideratis, col.j.verſi.quinimo dato, libr.j.& conſi.187.videretur prima conſideratione,col.5.verſi.item reſpondeo quod legitimatio,lib.5.Franc. Are.in l. humanitatis, col.2.C.de impu.& ali.ſub.Fran.Cur.ſeni.cōſ. 16.clarus vir,col.10.verſi. quartò comprobantur omnia,& conſi.74. ſuper memorata,col.15.verſi.corroborantur præmiſſa Philip.Deci. qui & hanc dicit communem eſſe opin.conſ.258.in caſu domini Frāciſci,col.vlt.& conſi.37.viſo puncto,col.pen.verſi.quartò non obſtant,& conſi.576.pro reſolutione col.2.verſi.& primò clarum eſt.Et in hanc quoque inclinare videtur Barb. conſi. 49. clementiſſimum, Deum,col.4.verſi. facit etiam ad hoc lib.4. [Et his fauet lex illa è ſcholis declamatorum deprompta. Nothus ante legitimum natus, legitimus filius ſit: poſt legitimum natus,tantùm ciuis;cuius meminit Quintil. libr.3. Inſtitutio Orato. cap.8.]

282 ¶†Horum rationes multæ ſunt, ſed quas ego in octo concludam, eaſq; pro virili confirmabo.Prima Nam cùm legitimatio perfecta fuerit,non debet irritari l.ſi vt proponis C.de cōfir.tut.& l.ſancimus C. de admi.tut.† Nam & quæ vtiliter conſtituta ſunt,durant,licèt poſtea contigerit caſus,à quo initium capere non potuerunt l. pluribus §. & ſi placeat,& ibi Bar.& alij ff.de verb.oblig.& l.in ambiguis §.non eſt nouum ff.de reg.iur. & c. factū legitimè,eo.ti.li.6.& ibi concord. & hoc maximè in priuilegijs, cuiuſmodi eſt legitimatio c. decet, eo.tit.lib.6.& ibi etiam concor.Legitimatio autem cùm primum facta eſt,ſtatim ſortitur effectū, quia facit naturalem legitimū,tanquam ſi ab initio eſſet natus legitimus §. reliqui, in authen. quib.mo.nat.eff.ſui.Ergo ex ſuperuenienti caſu reuocari non debet, vt etiam optimè probat tex.in §.tribus, eo.ti.& in §.ſancitum,in auth. quib. mod. nat.eff.leg.vbi licèt per matrimonium ſequens filij naturales legitimantur ob filios in ipſo matrimonio procreatos:tamen ſi filij in eo geniti, poſtea moriantur, non tamen reuocatur legitimatio,quæ iā ſortita eſt effectum. Et ex hoc, inquiunt, tollitur fundamentum, quod

quod ex d.l.ex facto ff. de vulg. & pupil. ſub. depromunt aduerſarij, quia ibi exemplaris ſubſtitutio fit in fauorē filij furioſi,cui alter ſubſtitutus fuerat. Quanquam & ad eam l.poteſt aliter reſponderi, videlicet ꝙ illa ſubſtitutio fit in fauorem filij,cui ſubſtitutū eſt. Ideo ne in eius damnum vertatur,ſuſceptis filijs reuocatur. Legitimatio autem fit omnino in fauorem legitimati, & in damnum legitimorū. Ideo caſus eſt longè diuerſus.

283 ¶ †Secūda ratio hæc eſt. Nā legitimatio iā quęſita filijs, non debet tolli facto patris matrimonium poſtea contrahētis,ac alios filios procreantis, nullo legitimatorum accedente cōſenſu aut facto, per l.Stichum §.vl.ff.de noua.& l.id quod noſtrum eſt ff.de reg.iur.& ibi concor. Nec etiam debet gratia illa,ut vocant noſtri,natiuitatis, ſuperueniens in perſonam liberorū poſtea natorum ex ſequenti matrimonio, tollere vel impedire ius legitimationis antè quæſitū c.quanuis,& c. ſi propter,de reſcrip.lib.6.

284 ¶ †Tertia ratio. Si legitimatio reuocaretur p̄ ſuſceptionē liberorū, ſequeretur ꝙ quis pro parte tēporis haberetur pro legitimo,videlicet ante natos liberos legitimos:& pro reliquo tēpore,id eſt, poſt natos liberos haberetur pro illegitimo,cōtra l.ſi tibi.ff.de ado. vbi moribus noſtris nō cōuenit filiū tēporalē habere,& l.ideoq; ff.de manu. teſta. †vbi non pōt dari libertas ad tēpus. † Nec pōt quis eſſe partim legitimus, partim illegitimus c.p̄ uenerabilem,ver.præterea etiam, extr.qui fil.ſunt legi. † Et dicit gl. in c.cūm inhibitio,in ver.ſi ambo parentes, ext.de cland. deſpon.id quidē mōſtrum eſſe, ſicuti vt quis partim ſit liber,partim ſeruus,per l.ſi dūobus ff.de ſtatulib. Ita enim errāter allegat, ſed eſt in l.duobus ff.de liber.cauſ.cui concinit & l.ſi pariter.in fi.eo.ti.& l.vlt C. com. de manu.[& l.iudicatæ, in prin. & ibi glo.ff.de except.rei iudic. & l. ult.& ibi quoque glo.C. de com: ſeru.manu.] Et eam glo. ſequitur Paul.Caſtr.conſ.200.viſa ſupraſcripta,col.2.ver.præterea notandum eſt,li.2.vbi ex ea dicit quòd legitimatio non pōt fieri niſi gn̄aliter,& quò ad omnia. Et hoc generaliter dicimus,†ꝙ quid non pōt diuerſo iure cenſeri l.eum qui ædes ff. de vſucap.& l.j.ver.nec ratio patitur ff.de re.permu. & l. pater §.ſi ſeruus.ff.de caſtr.pecu.[& l. Titiæ.ff. de cōd.& dem.]& c.cognoſcimus, in fi.12.q.2.& c.cùm in tua,ext.de deci.& c.quia circa,in fi. extrà de priui.& cle.2.de elec.cū ſi.nec multò magis duplici iure contrario l. ius noſtrū ff.de reg.iu.l.j.§.j.C.de lat.lib.tol. Cuius ar.dicit Bal.ī l.ſeniū in pen.q.& ibi ēt Pau.Caſtr.& Rom.C.qui teſta.fa.poſſ.†ꝙ pater non pōt emancipare filiū, quantū ad unum actum tātum & ſequitur Imo.ī l.ſi is qui pro emptore, col. 11.in 2.q.prin.Bar. & ibi ēt Rom. col.7.ff.de vſucap.Idē Imo.in l.tā his §.j.ff.de don.cauſ.mort.& in l. j.§.in filij,& ibi Raph.Co.Pau. Caſtr.Ale.& Iaſ.in vtraque lect. licèt Bar.ibi dubitet ff.ad Trebel. Paul. Caſtr.in l.qui in poteſtate ff.de teſta.Ang.Are.in §.præterea, col.vl. Inſt.quib.mod.ius patri pot.ſolui. Alex.conſ.vlt.perlectis verbis,li.5. Philip.Fran.in rub.de teſta. lib.6. col.24.ver.quartò quæritur Barb. conſi.omnium primo incip. ex ſacris,col.31.verſi.faciat ſimile, li.j. & conſi.2.ſapienter,col.pe.verſi.& adduco ſimile,lib.2.& in tract. de pręſtan.Cardi.in j.q.j.q.princ.col. pen.

pen.uer. & licèt iſta doctrina,& D. Benedic.in repe.c. Raynutius, in verb.matrem inſuper Cleram, nu. 27.extrà de teſta.& Cæpola,conſi. cauſa. ciuil.66. Titius procurauit, col.10. verſi. præterea etiam hoc probatur,vbi & ex hoc dicit quòd quis non poteſt pro parte eſſe legi timatus,pro parte autem non.

285 ¶†Quarta ratio,nõ reuocatur adoptio ob filios poſtea ſuſceptos, ut diximus in precedẽti q.ideo nec legitimatio, cũ filius adoptiuus & legitimatus cõparẽtur, per not.in l.cum in adoptiuis §.ſed ne articulũ,in gl.in uer.tantummodo,& ibi Bal.& alij.C.de adop.& per glo. in l.j.ad fi.in uer. parentum ff.ad municip.& in l.filios, in glo.j.in fi. & ibi Bar.ẽt in fi.C.de munici.& origi.lib.10.& per Bar.in l. Gallus §. nũc de lege,in pe.q.ff.de lib.& poſth.Signo.conſi.39. quæritur nunquid,col.2.uer.his ita poſitis,& iterũ conſ.218.quidam dictus Ioãnellus,col.ul.Bal.in l. j.col.2.C.de iure aur.annul. per l. iubemus C. de natu.lib.& idẽ Bal. in c. cæterùm, col.pen.uer.itẽ legitimatis, ext.de iudi.& in c.cũ dilectus,in fi.ext. de ordi.cogni.& in addit. Spec.tit. de ſucceſ.ab inteſt.§.j.uer.quid de legitimatis,& in ſua marga.in uer. legitimatio,uer.2.& conſi.102. cõſiderandũ ad fin.lib.4.Saly.inter cõſil.ipſius conſi.17. ſuper legitimatione,col.3.uerſi.ſextò induco, & uer.ſeq.lib.4.& Rom.conſi.194. in propoſita concluſione,in 4.dubio, & Fran.Curt.ſeni.conſi.13.ſtatuto Ianuæ, & Iaſ.in l. cum filiofam. col.antepen.uerſi.tertiò quærit.ff. de leg.j.& Philip. Dec.conſi. 150. dubitatur principaliter, col.2.uer. ſed tamen prædictis.

286 ¶†Imò uerò plus habet uiriũ legitimatio,q̃ adoptio,ut ẽ tex.in §. tribus,uer.noſtri.n.patris,in auth. qui.mo.nat.effi.ſui. Quod & hinc pbatur,quia in legitimatione cõcurrit utrunq; ius ac uinculũ,naturæ.ſ.& legis,ut eſt tex.in §. ſi quis igitur, ante fi.in auth.qui.mo.nat.effi.ſui. & no.Io.An.in addi.Spec.ti.de ſucceſ.ab inte.ad fi. In adoptione aũt alterum tantùm ius ineſt,uidelicet legis,nõ ẽt naturę.Ex quo planum fit,fortiorẽ eſſe legitimationem q̃ adoptionem,ar.auth.ceſſante,&auth.poſt fratres autẽ.C.de leg. hær. & auth.itaque C.com.de ſucceſ.& ſpecialiùs in d.l.cùm in adoptiuis, in prin.ubi fit mentio de eo in quẽ concurrunt naturalia & ciuilia iura.Ex quo not.Bal.cõcurſum rationis ciuilis &naturalis plurimũ operari,duoq; uincula uno eſſe fortiora. †Quod & intelligẽs idẽ Bal.in l.neque abſens ff.de adopt.fauorabiliorẽ dicit eſſe legitimationem,quàm adoptionẽ,cum hæc ſit agnatio datiua, illa aũt inhæreat naturali agnationi.Et idẽ Bal.in l.ſi te parẽs C.de ſuis & legi.quod plus eſt legitimatum eſſe,q̃ adoptiuũ,quia legitimatus habet naturalia primordia Et idẽ uoluit Pet.An.conſi.225. videtur prima facie dicẽdũ, col.3.& iterum conſi. 290. in ſucceſſione, col.ult.[& Anto.in c.per uenerabilẽ, col.15.uer.ſecundò quia filiùs, extrà qui fil.ſunt legi.] & Raph. Ful.conſi.65.Titius cõiugẽ, col.2. uer.ad ſecundũ.& Pau.conſi.86. in quæſtione.q̃ uertitur, col.j.uer.& facit ad materiã,lib.j.Alex.conſ.2. uiſis codicillis,col.8.uerſi.non obſtat 2.arg.lib.j.ubi & hoc allegat l.legẽ C.de natu.lib.Barb.conſ.68. omnipotentem immenſum, col. ult.li.4.Soz.conſi.225.quæſtio prę ſentis conſultationis, col.4.uerſic. præterea filius,libr.2.ubi etiam de hoc dicit eſſe tex.in d.§.adoptionis.

nis,in auth.quib.mod.nat. effi.ſui. Iaſ.in d.l.Gallus §. nunc de lege, col.ult.& in l.ſi is qui pro emptore,col.54.ver.tertiò principaliter ff.de vſuca.vbi etiam ad hoc allegat tex.in d.§.tribus.in auth.quib. mod.nat.effici.ſui.& idem Iaſ.in l. adoptiuum,quam legit cum §.ult. l.2.ff.de in ius vocan.& in rub.ff. de liber.& poſth. col.2.verſi. confirmo & conſ.40.abſolui aliàs,col. 3.verſi.non ob.etiam dum,lib.3.& Lud.Bolo.in addi.Matheſ.in tract. de ſucceſſ.ab inte.chart.7.col.3.in addi.incip.hæc concluſio, & in addi.conſi.Io.Ana.con.27.longa pro fectò.Phili.Dec.conſi.366.pro declaratione,col.3.ver.non ob.quod ſuprà.† Et hoc confirmatur,quia filius adoptiuus non excludit filias ex ſtatuto repellente fœminas exiſtentibus maſculis,vt voluit Ioan. Ana.conſ.27.viſo caſu mihi propoſito,cum concord.quos videbis in glo.ſuſceperit liberos,verſi.11.incip.nec etiam ſtatutum. Et tamen filius legitimatus eas excludit, vt plenè dicemus in eadem glo.ſuſceperit liberos,n.80.incip.hinc quoque fit,de quo tamen vide quæ dicam[in illa eadem gl.n.98.& quanuis multi.]

287 ¶ † Quinta ratio, Libertas ſemel collata liberto,ampliùs auferri aut reuocari non poteſt l. Papinianus §.vlt.cum l.ſeq.ff.de inoffi.teſta.& l.ſicut C.de liber.cau. & §. cauſas, Inſti.qui.mo.manu. lice. cũ ſimil. Ergo nec legitimatio, † quoniam libertus & legitimatus æquiparantur §.j.in authen.vt liber.de cæte. & §.ſi quis ergo non habens, iuncto §.liceat in auth.quib. mo. nat. eff.legi.Legitimatio enim eſt veluti quædam ſpecies libertatis, vt dicit Bal.in l.poſt mortem §. neq; adoptare ff.de adop.in 2.lec. Propterea etiam idem Bal. in c.ſi filij nati,in fi.tit.ſi de feud. fuer. con. int.do.& ag. dicit quòd quemadmodum propter ingratitudinẽ poteſt libertus reduci in priſtinã ſeruitutem l.2.C.de libert. & cor.liber.ita filius legitimatus in priſtinam naturalitatem,ſequitur & cõmendat Ro.ſing.225.vltimò quæritur,& id aureum dicit Fran.Cremon.not.19.tu ſcis quòd ex omnibus cauſis, & ſing. Iaſon in d.l.ex facto,col.5.verſi.tertio pro opinione,& in l.ex hoc iure, in ſecundo effectu obligationis antidoralis ff. de iuſt. & iur.& in l.dedi.§. idem erit, col. vlt.ff.de con. ob cauſ.& Philip.Dec.in l.vlt. col.6.ver. ext. glo.C.de pact.& Catel.in memor, incip.ingratitudo filij,& in alio incip.legitimatio reuocari poteſt. & Ferdin.Loaz.in repe. §. diui.l. filiusfam.chart.20.col.j.verſi.iſtam communem op.ff. de leg.j.& D. Guil.Bene.in repe.c.Raynutius,in ver.in eodẽ teſtamento relinquẽs, le 2.poſt prin.ext.de teſta. Quibus adde quod pulchrè conſuluit Raph.Co.aut quiſquis alius eſt,inter conſi.illius, conſi.87. ſtante dicto ſtatuto,col.j.circa medi.& iterum col.3.poſt prin. quòd ita libertas & legitimatio æquiparantur,quòd ſi ex ſtatuto non requiritur inſinuatio inſtrumenti manumiſſionis,ita nec legitimationis, quia utraque ſunt paria, paribusque initijs orta ac producta vt ipſe eleganter declarat.

288 ¶ † Sexta ratio, Legimatio hoc caſu non poteſt reuocari, niſi ex præſumpta voluntate patris, quæ eſt huius L.noſtræ ratio & fundamẽtum,vt latè ſupra diximus: uoluntas autem & affectio conſideratur inſpecto iure naturali, & non ciuili.l.hos accuſare §.in omnibus ff. de

de accuſa. Ergo ad omnes filios par præſumitur affectio,† quia natura non facit differentiam inter legitimos & naturales d.§. ſi quis uerò non habens, in auth. quibus mod. natu. effi. legi. & §. ſi q̃s ergo filios, in auth. quib. mod. natu. effici. ſui. & bene etiam facit l. adoptiuus §. ſeruiles, uerſi. unde nec uulgò ff. de ritu nupt. †per quam dicit Petr. Anch. conſi. 225. uidetur prima facie, col. pen. ꝙ proles naturalis habetur pro legitima quò ad naturale fœdus, & Bal. in c. quę in eccleſiarum, col. ul. ext. de conſti. dicit, ꝙ filius illegitimus communis eſt amor & natura, per d. §. in omnib⁹. †& idem Bal. in l. j. col. 5. uer. expedita eſt C. unde ui. aſſerit, ꝙ quis ſicut poteſt ſe defendere, ita & filiũ ſiue legitimum ſiue illegitimum, quia natura cõmunis eſt, per d. §. in omnibus †nec poteſt, inquit, conſtitutio naturam immutare, nec coarctare naturales ſtimulos l. amiciſſimos §. Lucius ff. de excuſat. tuto. & facit l. 2. & 3. ff. de liberali cauſa, hęc Bal. †Et idem econuerſo, ut ſcilicet filius poſſit defendere patrẽ naturalem ut ſeipſum, tenet idem Bal. in l. cùm acutiſſimi, col. 2. uer. quæro quid ſi per ſtatutum C. de fideicom. per d. §. in omnibus.† Dicitque eadem ratione eum qui occidit patrem aut filium naturalem puniri ut parricidam: quod & ipſum aſſerit ipſe Bal. Bar. & recentiores in l. parẽtes ff. de in ius uocan. ubi & ipſe Bal. dicit ſingul. text. in d. §. in omnibus, & rurſus idẽ Bald. in l. ius ciuile, col. 2. verſi. & illa faciunt ff. de iuſt. & iur. & in l. cum acutiſſimi, col. 2. uerſi. quæro quid ſi per ſtatutum C. de fideicom. & in l. quiſquis, col. 2. uer. præterea de ſpurio. C. ad legem Iul. maie. & in c. naturales, colum. ulti. uerſi. quęro utrum pater, tit. ſi de feu. fue. cont. [& con. 457. ad euidẽtiã, col. 2. uer. præterea ſicut patri, li. 5. ubi & †eadẽ ratione dicit nõ licere alimenta denegare filijs naturalibus] & Imola. in l. ex facto §. ſi quis rogatus, & ibi recent. ff. ad S.C. Trebel. & in l. Lucius §. ult. ff. de leg. 2.

289 ¶†Et bũ facit [tex. in l. uxorẽ §. codicillis, in fi. ff. de le. 3. ubi pietas quæ propriè eſt parentũ & filiorũ, dicitur quoq; de illis naturalibus tantùm &] t[illegible] in d. l. parentes, ubi nec filius qu[illegible] naturalis poteſt uocare patrem in ius ſine uenia, quia, ut ibi dicit, una oĩbus ſeruanda reuerẽtia. †Ex hocq; dicũt Gui. Cu. Bal. & Ang. & propè oẽs nihil intereſſe inter filiũ mere naturalẽ & legitimũ in his quæ merã naturã tangũt, [cuiuſmodi eſt reuerentia & affectus naturalis.] †Et quod denique uoluit idẽ Bal. in l. j. col. 14. uerſi. pone filius C. de confeſ. quòd ſicut pater legitimus & naturalis poteſt reuocare confeſſionẽ criminis à filio factam, & probare cõtrarium, per multa iura quæ illic allegat, ita & pater merè naturalis, cũ natura ſit communis, per d. §. in omnibus. Et facit etiam quod ſcribit idem Bal. conſi. 267. ad euidentiam præmitto, col. 3. uer. præterea ſicut patri, lib. 3.

290 ¶†Septima ratio. Si filij nõ reuocãt legitimationẽ factã per matrimoniũ, quod nemo negat, ut diximus, nõ debent ẽt alias legitimationes reuocare, cũ legitimatus per reſcriptum, nihil differat à legitimato per matrimoniũ, ut dicit Bar. in d. l. ex facto, per tex. in §. illud in fi. in auth. quib. mod. nat. eff. legi. Et quod plus eſt, nihil differunt legitimati, ſiue per reſcriptum, ſiue per oblationem curiæ, à legitimis, per tex. in §. ſit igit̃ licentia, in authen.

quibus mod.natu.effi.legi.& §.q̃m in authen. quibus mod.nat.effi.ſui.

291 ¶ † Octaua eademq; poſtrema ratio hæc eſt. Nam ſi legitimatio reuocaretur ex hac l. ob natiuitatem legitimorũ, id fieret ex tacita conditione intellecta in ipſa legitimatione, videlicet, ſi pater poſt eam non ſuſciperet liberos ut latiſsimè, & multorũ illuſtriũ doc.authoritate diximus ſuprà in præf.noſtræ l. uer.6.inci.hic dicũt, pleriq; oẽs. Legitimatio aũt cũ ſit actus legitim⁹, nõ põt recipere conditionẽ l.actus legitimi ff.de re.iur. & c.actus, eo.ti.lib.6.& utrobiq; concor.

292 Sed aduerte † lector optime, quoniã hæ rationes nõ tanti ſunt ponderis nec tam urgent, quam prima frõte uidentur, ſi paulo acutius ac penitiùs inſpiciantur. Nam quantum ad primam pertinet, uidemus donationem oĩbus numeris pfectã & abſolutè, nihilominus natiuitate liberorũ donãtis reuocari, ut hic dicitur, & in l.tale pactũ.§.ult.ff. de pact. vt hinc poſſis facile ac manifeſte intelligere, perfectionẽ actus nihil obeſſe, quo minus noſtra l.locũ habeat, nec iura è diuerſo in illa prima rõne allegata obtinere in hoc caſu. Nã etiã eſt admodũ diſſimilis ratio. primũ.n. hic fit reuocatio ex præſumpta uolũtate eius qui actũ facit, nec in illis iurib⁹ dicitur contrarium, ſed illud tm̃, quòd non fit reuocatio actus pfecti ex inhabilitate & impotentia ſuperueniente præter uoluntatem diſponentis, ut qui uolet ea iura cum l. noſtra concordare, ita poſſit dicere, actũ pfectum non reuocari ex ſuperuenienti caſu præter uolũtatẽ diſponẽtis, per illa iura, ſed bene ex p̃ſumpta illius uoluntate, per hãc l. Quã differentiam, ſiue diſtinctionẽ malis appellare, ſubtiliter ut alias ſemper expendit & declarat Frã. Are.in d. l.ex facto, col.5. & in d.l.humanitatis.C.de impub.& ali.ſubſt. & Soz. conſi.226.quæſtio præſentis conſultationis, col.pẽ.uer. ſed iſta reſponſio, li.2. Licèt ſibi adſcribere uideat Iaſ.qui eam poſuit ueluti à ſe compertam, ut qui nullam Aret.mẽtionem faciat, in d.l.ex facto.

293 ¶ † Item factum legitimè nõ reuocatur eo caſu, quo cẽſetur, factũ ſed legitimatio quæ cenſetur facta ſub conditione, ſi pater nõ ſuſciperet legitimos filios, non cenſetur facta quò ad effectum ſuccedendi eo caſu, quo naſcerentur filij legitimi, ſicut fideicõmiſſum datum ſimpliciter à filio uel nepote, nõ uidetur datum, ſi filius uel nepos habeãt liberos. l. cũ acutiſsimi C.de fideicõ. cũ ſi. Igitur cũ hoc caſu cenſetur facta, nõ tractaẽ de reuocatione actus perfecti, ex quo deficit conditio.

294 ¶ † Quòd ſi dicatur, quòd in hac l.& in d.l.cum acutiſsimi, excluduntur extranei, quod nõ eſt in hoc caſu, in quo excluderentur filii, licèt naturales, uel rẽſpõdet Imo. & alii quidam recẽtiores, in d.l.ex facto. Id certè eſt contra tex. in d.l. cum auus.ff.de cõd.& demõ. ubi excluditur ẽt filius teſtatoris ſubſtitutus p ſubauditã conditionẽ, ſi alter filius decederet ſine liberis, ut expendit Raph.Co. ibi & Bal.qui dicit not. in d.l. cum acutiſsimi, col.j. uerſi. quæro ſi pater, & ibi quoq; Saly.& Pau.Ca.[& Barb.]in repe.col. 26. uer. nihilominus ſubtiliſsimus, & ſeq.ubi illum tex.dicit ad hoc ſing. & ẽt Ang.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus, & ibi Alex.col.5.uer.in eandem glo.ibi, ex deſcendentibus.ff. ad Trebel.Imo.& Ro.in l.ſi cui.ff. de don.cau.mor. & idem Ro. conſ. 370.in propoſita cõſultatione, col. j.Paul. Ca.in l.filiusfa.§.cum quis: ff.de

ff.de leg.j.in lege.Bononienſi. & in l.cum quidam, col.2. uerſi. ultimò quæritur.C.de imp.& aliis ſubſt.& conſi.14. ſi contingat dictam dominam Liſam, col.j.li.j.& conſi.198. ſuper primo quæſito, col.j.lib.2.& Conſi.309.caſus iſte frequéter contingit,col.2.uer.nec ob.l. cû auus, eo.lib.2.& Alex.in l.generaliter.§. cum autem,& ibi & Io. de monte Sperel.& Cor.col.j.& Iaſ.col.item j.uerſi. ultra tres extéſiones.C.de inſt.& ſub.& idem Alex.cõſi.5.circa primum dubium, col.2.uerſi.& illud eſſet uerum, lib.3.& cõſ. 38. perſpectis his quę in themate, col. ult.lib.6.& Fran. Are.cõſi.156.diligenter uiſis,col.5.uerſi.ex his infertur.& Corne.[conſi.83. uidetur in hac conſultatione,col.2.li.j.ubi in hoc dicit ſing.d.l.cum auus. &] conſi.276. uiſo ſupraſcripto themate,col.5.verſi. & iuuantur præmiſſa,li.3.[& conſi.42. uidetur prima facie,col.j.lib.4]& Barb.qui illum tex.ad hoc dicit ualde ſing. in rep. c.Raynaldus,col.23.uerſi.præterea adduxi rationẽ,ext.de teſta. & conſi.61.ſcribit ſapientiæ ſeptimo,col. 4.uerſi. nec uidetur illud, lib.j.& conſi.63. præclarè ſcribitur, lib.2. ubi illum tex.ad hoc dicit ſing. & conſi. 85. quod eſt eiuſdem initii, col.pen.uerſi.capio primum, lib.4. & Fran.Cur.ſenior conſil.45. ſtatuto ſeu cõſuetudine,col.8.verſ.quia diſpoſitio & iterum conſil. 63. antiquiſſima, col.12.uerſic. non ob. ſecunda obiectio. & latè Soz.in d.l. cum auus,col.17.uerſicu. primum correlarium.ff.de con.& demõ. & conſi.182.licèt filia, col.2.uer.confirmatur & ſecundo,lib.2. & conſi. 6.in præſenti conſultatione, col.j. uerſi.ſecundo,lib.3. ubi hanc dicit eſſe cõmunem op.& Iaſ.conſi.141. Chriſtophorus,col. 3.uerſ. ad idem & fortius, & iterum uerſi. quartò in fauorem, lib.2.& conſil.ſeq.uenerabilis,colum.8.uerſic. nonò in fauorẽ,eo.lib.2. [Philip. Dec.conſil.568.domina Daria,col.ult.verſ. nõ obſtat quòd neptis Carol. Rui. conſi.131.in themate,col.3. nu.4. lib.3.]& Steph. Bertran. conſi.13. uiſo conſultationis themate,ad fin. lib.3.& Bart.Chaſſe.conſi.53. ex facto,col.2.uerſi.primo ſic,& iterum col.5.verſi. duodecimo uidetur. & conſi.67.nobilis & potens, colum. 5.uerſi. & primò ad primum. [& Ludo.Gozad.conſi.4. prima facie, colum.4.num.15.] Et ad hoc allegant.Imo. & Rom. in d.l.ſi cui, & alii nonnulli gloſ.quam dicunt ſingul.in l.j.C.de dona.cauſ.mort.quę nihil de hac re loquitur.

295 ¶ † Sed tu tamen interim uide quæ dixi ſuprà in uerb.libertis, nu. 176.incip.& ſicut hæc l.ubi uidebitis alios diuerſum tenẽtes. Sed hęc op.uerior eſt,& text.claro comprobatur, ut diximus. Sed & illud quoque quod ſuprà diximus in princ. præced. uerſi.eſt contra iura, quę magis fauent extraneis, quam filiis naturalibus quantum ad ſuccedendum patribus naturalibus,quia extraneus adoptari poteſt in filium & ita ſuccedit, ut toto tit.de adop. filius autem naturalis adoptari nõ poteſt, ut ſuccedat.l.legem. C.de nat.liber.& §.& nos non latuit, in auth.quib. mod.natu.effi.leg.&.§. generaliter, in authen. quib. mod. nat.effi. ſui. Itaque ſi ſubintelligitur conditio ad excludendum extraneum, debet magis ſubintelligi ad excludendum naturalem.

296 ¶ † Nec videntur ualere reſponſiones, quæ in loco dantur ad d.l.ex facto, quia quantum ad primũ,licèt ante mortẽ filij furioſi,cui ſubſtitutio facta eſt, & cuius ideo

ipſa ſubſtitutio cenſebatur teſtamẽtum, nondum fuiſſet ſortita effectũ ante mortem ipſius: tamen poteſtas reuocandi nõ erat penes ipſum, ſed penes patrem ſubſtituentem. Igitũ poſt mortem patris fuit quęſitũ ius irreuocabile ſubſtituto, licet conditionale, ſi furioſus præmoreretur in furore. Nam & in l. nec fratris. C. de don. dicitur quòd quando filius donat cã mortis conſentiẽte patre rẽ ipſius patris attenditur quoad confirmationẽ donationis mors patris, & non filij, quia ipſe eſt qui reuocare poteſt. Similiter ergo hic uidetur ius quæſitum filio legitimatq in uita patris, habet enim in hęreditate paterna ius in ſpe, per tex. in l. nec ei. §. ulti. ff. de adopt. & not. per Bar. in l. is põt. ff. de acq. hęr. Igit ſicut ſuperuenientia, ut ita cum noſtris loquar, liberorũ excludit vnũ casũ, ita & alterũ. In refellenda aũt ſecunda rñſione diutius nõ immorabor, qñ & ijs qui eam partem ſequũtur, pro qua eſt adducta, nõ placeat Ale. dico in d. l. ex facto, & Franc. Are. in d. l. humanitatis.

97 ¶ † Non obſt. ẽt ſecunda ratio, qua dictum eſt legitimationẽ iam perfectam & conſummatã non eſſe reuocandã ob factũ ipſius patris naturalis poſtea matrimoniũ cõtrahẽtis, & ex eo liberos ꝓcreãtis. Nã ſi ea rõ eſſet alicui⁹ momẽti, idẽ dici poſſet de donatione ẽt ꝑfecta. ſcẽ nõ poſſe reuocari facto donantis poſtea filios ꝓcreantis, qđ ex diametro eſt cõtra casũ l. noſtræ. Idq; fit ob cõditionem tacitã & ſubintellectã, qua deficiente deficiunt & cæteri actus.

298 ¶ † Tertia quoq; ratio non magis urget, quoniam ab initio quis legitimari poteſt quo ad quædam tantum. §. filium. & §. ſeq. in auth. qui. mod. nat. effic. legi. vbi etiam dicitur quòd legitimatus ꝑ oblationem curiæ, quò ad quædã habetur pro illegitimo, ſicuti ibi not. Auge. & c. innotuit, ext. de elec. & per Hoſtiẽ. Ant. & alios, in c. per uenerabilem, ext. qui fil. ſunt legi. Barto. in l. quæſitum. ff. de acq. hære. in lec. antiq. Rom. in l. qui ſuperſtitis, eo. ti. & in l. pactum. C. de colla. Frã. Cre. not. 16. incip. pater põt, cum alijs multis concord. congeſtis ab Alex. Iaſ. & Phil. Dec. in d. l. pactũ, & eo. Ale. conſ. 25. circa primum dubium col. 3. uerſi. accedit ad prædictorum confirmationem, lib. j. & conſ. 30. iuxta ea quæ aliàs, lib. 4. & Frã. Curt. ſeniore conſi. 16. clarus vir, colũ. 3. & iterum conſi. 74. ſuper memorata, col. 7. & ipſo, Iaſ. in l. j. col. 12. verſic. pro hac eadem parte. C. de iure emp. Apud quos ẽt reperies legitimationem ita fieri poſſe, ut legitimatus vel nõ, ſuccedat omnino, uel ſuccedat in certa re tantùm, quod huc maximè pertinet, ſed de hoc poſtea ẽt dicem⁹ ver. 319. inci. Ideoq;.

299 ¶ † Sicuti ẽt emãcipatio, de qua & in ea tertio rõne locuti ſumus, põt fieri quo ad quædam tantum, ex ſententia Old. conſ. 26. cuius caput eſt pater conſenſit filiæ. & Io. An. illius diſcipuli: qui ne latum quidem digitum ab eo ferme diſcedit, quãuis rariſſimè eũ memoret, in addi. Spe. titu. de inſtr. edi. §. porrò, uerſ. quid ſi filiafamilias & Fran. Are. qui multum commendat dubitans tamen, in l. placet. ff. de acquiren. hæredi. & in l. qui in poteſtate, col. vlt. ff. de teſt. Cęp. caut. 113. incip. filiusfam. ver. dixi in præſenti & iterum caut. 147. hoc exordio, eſt magna qõ, uerſic. de iure communi, & Geor. Nat. in repet. c. 2. col. 2. uer. quartò facit de pac. lib. 6. Et dicit Imo. qui contrariam ſententiam ſequitur, in l. j. §. in filij. ff. ad treb. vidiſſe ſe conſilia excellentiũ doc. ita tenentium,

& eſt

& eſt optimus tex. in l. ſi ab eo, vbi not. Ang. C. de legi. hær. Et hæc ſnīa haud dubiè obtinet, cùm id fit ex legis diſpoſitione, quæ pōt facere, ut quis ſit in patris poteſtate, uel ſit legitimatus quantum ad aliquid tm̄, ut apertè probatur ex iuribus in præcedenti ver. allegatis, & voluit ēt Barb. qui alterius eſt ſniæ, ita tn̄ vtrāq; concordans in tract. de præſ. Car. in j. q. j. q. pri. col. pe. vbi & alia iura allegat. Hoc aūt de quo tractamus, ut. ſ. quis ſit pro parte temporis tantum legitimus, faceret l. noſtra legitimationem reuocans.

300 ¶ † Quarta rō de adoptione ex eo facilè refellitur, quod diximus ſuprà in reſponſione primę rationis, quia magis fauemus extraneo adoptato, quantum ad ſucceſſionem patris adoptiui, quàm naturalibus ipſius liberis, qui adoptari non poſſunt vt ſuccedant, ut ibi diximus, & ꝓbauimus: Propterea nihil eſt qd' mirari debeamus, ſi adoptio non reuocetur per natiuitatem liberorū naturalium & legitimorum, legitimatio autem reuocetur.

301 ¶ † Quinta item ratio non cōcludit, tum quia quod dictum eſt, libertatem auferri non poſſe, intelligit̄ ſine iuſta cauſa, ut cauetur in multis ex illis ipſis iurib⁹ ibi allegatis. Hæc autem cā reuocandi legitimationem, admodum iuſta eſt & legima, per hanc l. & ſimilia iura. Tum quoq; quia libertas eſt multo fauorabilior, quā legitimatio. Illa enim inter pias cauſas, quibus nihil fauorabilius eſt, annumeratur. l. j. §. vlt. ibi, ad hanc rationem pietatis, & ibi Bal. C. de com. ſer. manu. & in l. contra volūtatem, ibi, iura pietatis. C. de teſta. manu. & voluit Bart. in l. ſi cui annuū, poſt prin. ff. de annu. legat. cum alijs multis concor. à me latè cōgeſtis in noſtris cōmentariis conſuetudinū, ti. 16. §. j. in glo. vlt. paulò ante fi. Imò & cæterarū omnium piarū cārū fauorabiliſſima, ut plenè dicemus infrà in 17. qō. quæ hanc ſequitur. Legitimatio aūt nō pia cā eſt. Itē libertas non impedit̄ ꝑ exiſtentiam liberorū legitimorum & naturalium, ut videre, licet in d. l. Papinianus. §. vlti. & l. ſeq. ff. de inoffi. teſta. Legitimatio aūt impeditur. §. illud, in auth. quib. mod. nat. effi. ſui. Ex quibus apertè conſicitur, non ſemper, nec in omnibus pares eſſe libertatem & legitimationem, nec rectè ab illa ad hanc argumentum duci. An aūt reuocetur libertas ob natiuitatē liberorū ex hac l. dicam in d. ſeq. q. vbi & alia quædam huc pertinentia dicemus.

302 ¶ † Sexta ratio, quę aſtruit eundē parentum affectum & amorē in naturales, qui eſt in legitimos, poſſet habere locū, ſi natura ipſa māſiſſet in illa ſua prima libertate variæ libidinis, nec fuiſſet quibuſdam vinculis [ſinitibus, cancellis] coercita ab ipſamet natura progredientibus, id eſt matrimonio, quod frænū libidinibus paſſim ac ſine delectu vagantibus ad poſuit, [& iniecit.] Nā poſtea quam ius gentium ac ciuile diſpoſuit, ne ſuccederet filius ancillæ cum filio vxoris, Geneſ. 21. c. & ad Galatas 4. & repetitur in c. dicat aliquis 32. q. 4. vt interim omittā quæ Romanorū legibus in eam rem cōſtituta ſunt. C. de natur. lib. per tot. certè affectio paterna cēſetur ijs iuribus velle ſe cōformare, vt ēt anponat legitimos ſimul naturales mere & naturalibus, per no. ꝑ Bar. in l. hæredes mei. §. cū ita, col. j. uer. & aduerte ꝙ requiritur. ff. ad Treb. cum concor. ibi adductis per Alex. & recentiores, & quos multos tibi colligemus ī uer. ſuſceperit liberos, ver. 101. incip. ſed illud hic quæro.

303 ¶ † Ex

303 ¶ † Ex quibus vnum hoc ad ſcripſerim huic loco accommodatiſſimum, quod dicit Bal. in l. precibus, col. antepen. ver. procedo ulterius. C. de impub. & ali. ſubſt. quòd quis præſumitur cogitare id quod lex diſponit, arg. l. ſi duo. ff. de acq. hære. Et hinc videmus in caſu noſtræ l. cuius ratio eſt illa præſumpta volũtas donantis, qui ſi cogitaſſet de liberis, non donaſſet, ideò cēſetur donaſſe, ſi liberos poſtea nō ſuſcipet, quòd ea non procedit in filijs naturalibus poſtea natis, ut dicemus in d. gl. ſuſceperit liberos, uer. 56. inc. ſed & quod naturales, tanquam. ſ. non cenſeatur illos voluiſſe reuocare, etiam ſi de illis cogitaſſet, qđ nō ob aliud eſt, quàm quòd lex eos hic non conſiderat, propterea, nec pater conſideraſſe, nec eorũ rōnem habuiſſe cenſendus eſt. nec enim ēt aliàs in dubio quis intellexiſſe videtur de filijs naturalib⁹. l. vl. ff. de iu. dot. quia nec lex quoq; de illis ī dubio intelligit̄ l. generaliter. §. cũ autē, in fi. C. de inſt. & ſubſ. q̄ loquit̄ in caſu nō admodũ noſtræ l. diſſimili.

304 ¶ † Septima ratio non ualet, quia multò maior eſt ratio, cur legitimatio quæ fit ex matrimonio, non reuocetur per filios poſtea ſuſceptos quàm quæ fit alijs modis, quoniam præſumitur quòd propter affectionem filiorum naturalium natorum ante matrimonium pater ducat matrem ipſorum, ut dicit text. in gl. & l. cum quis, & in l. nuper. C. de nat. lib. & in §. ult. in auth. quib. modis nat. effi. legi. & in §. tribus, in auth. qnib. mod. na. effi. ſui. Et hmōi legitimatio per matrimonium eſt multo cęteris fauorabilior, & efficacior plusq; roboris habet & pōderis, ut patet ex multis, quæ late congeſſimus in noſtro tract. de iure primogeni. q. 34. Et ſi res ita habeat, ut in quibuſdam nihil differant cæteri legitimati à legitimato per matrimonium, imò nec à legitimo quidem, ut dictum eſt in ea ſeptima ratione, hoc certè tantiſper obtinet, dum durat legitimatio, uel eo tantùm caſu, quo cenſetur fuiſſe facta. At hic aut reſoluitur ipſa legitimatio, aut in hunc caſum non cenſetur fuiſſe facta, per l. noſtram.

305 ¶ † Deniq; octaua eademq; poſtrema ratio nihil facit, quoniam legitimationem poſſe fieri ſub cōditione, præſertim ea cōditione, quæ hic ſubintelligitur, uidelicet ſi pater legitimos & filios naturales non ſuſceperit, non incertæ eſt opinionis, nam id expreſsè conſuluit & elegāter probauit Rapha. Co. conſil. 98. ſuppoſito tenore, cui ſubſcripſit Pau. Caſtr. ibi, multaq; vterque in eam ſententiam allegant, ut cuique uidere licet, & idem Paul. in rubri. C. de iure aur. annul. ante fin. & Philip. Dec. in l. ſi ſuper, in 2. not. C. de tranſac. Quibus & illud adducere potes, actus legitimos, conditiones intrinſecas & legales, cuiuſmodi iſta eſt, recipere, ut dicit Bal. in l. ſi quis à certo, uerſicu. opponitur ꝓ acceptilatio. ff. de condi. ob cau. & in l. 3. ff. de leg. 3. & in l. cũ index C. de ſent. & Ro. cōſ. 401. ut declaratione, col. 2. cũ concor. allegatis ab Ale. in l. à diuo pio. §. in uenditione, col. 5. uer. quarta ſolutio. ff. de re iu.

306 Haec svnt † quæ pro utraq; parte aut iam adducta ſunt, aut adduci poſſunt. Verùm antequàm ulterius progrediamur, noſtrumq́ue iudicium interponamus, illud ſciendum eſt, eos quos ſuprà pro poſteriori opinio. citauimus, diuerſimodè locutos fuiſſe. Nonnullos enim ſimpliciter dixiſſe legitimatos ſuccedere patri, etiam ſi ei nati fuerint filij legitimi poſt legitimationem.

Alios

Alios item ſimpliciter legitimationem non reuocari, nulla diſtinctione facta, fueritne legitimatio facta per matrimonium, an per reſcriptũ an per oblationem curiæ. Alios uerò diſcrimen feciſſe inter eam quæ fit per reſcriptum, & eam quæ fit per oblationem (de alia quę fit per matrimonium, taceo, quia iam ſuprà de ea diximus in princi. huius quæſtionis.) Illam enim quæ ex reſcripto eſt, negant reuocari, ſicuti nec eam quę eſt ex matrimonio, cũ parem uim habeant, per d. §. illud in fin. in authen. quibus mod. nat. effi. ſui. & in §. ſi quis ergo, in auth. quib. mo. na. eff. leg. Iſtã aũt quæ fit oblatiõe curiæ, reuocari voluit Bar. q tñ dubitãter loquit̃, in d. l. ex facto, & ibi quoq; Ang. qđ & uidetur voluiſſe Ro. d. cõ. 194. & Dec. d. cõ. 307. quos ideo hic authores laudauimus, quia uix alios reperias.

307 ¶ † At ſolus omnium, niſi nos fallat memoria, Pau. Caſt. in d. l. ex facto, contra omnino aſſerit legitimationem per reſcriptũ reuocari. illa enim fieri non poteſt extantibus filijs legitimis & naturalibus, ſi id principi diſſimulet̃. d. §. ſi quis uerò non habens, in auth. quib. mod. nat. effic. legi. & d. §. illud, nuper alleg. & ſuprà alibi diximus, & paulo poſt quoq; dicemus. Per oblationẽ aũt fieri poteſt. §. ſi quis igitur fuerit, & §. ſeq. e. tit. Ex quo patet legitimationẽ hanc plus habere roboris, præſertim reſpectu filiorũ legitimatorũ. Et ideo ſicut nati illã impediunt, ne fiat, ita factam facilius reuocant. Huic aũt nihil obſunt, & ita etiam non reuocant. Sed ad hãc rationem quidam reſpondent facilius impediri faciendum, quàm factũ reuocari. l. patre furioſo. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iu. Nã & ex Ouidij ſñia lib. 5. de triſtibus, [eleg. 7.]

Turpiùs eiicitur, quàm non admittitur hoſpes.

Quæ nuncupatim authoris nomine ſuppreſſo citatur in c. quemadmodum, extra de iureiur.

308 ¶ † Quocũq; me verto lector cãdidiſſimè, eſt cœlũ vndiq;, & undiq; põtus, nec ſatis video in tanto tãq; turbulento fluctu opinionũ, ne ventorũ dicam, dextrorſumne, an ſiniſtrorſum nauis ducenda ſit, quò in portũ ſatis tutũ cõferre nos poſſumus. Si tñ ĩ dubijs ſñia libera cuiq; eſt, ego in hac re ita dicendũ puto. Quòd ſi pater & prĩceps legitimis cogitarint de filijs ipſius patris legitimis, nõ reuocat legitimatio ꝑ liberorũ ſuſceptionẽ, ſuccedítq; legitimatus cũ poſtea natis. Et hoc mẽbrũ, vt appellamus, minimè dubiũ eſt, ꝑ ea q̃ ſuprà in princip. huius l. diximꝰ, in uer. 63. inci. ex quo fit ꝙ ſi don. is cogitaret. & multis ſequẽ.

309 ¶ † Si verò nõ cogitauerint, id qđ veriſimilius eſt, niſi pater ita rẽ ipſã narrauerit, vt poſſit conſtare, ipſum poſſe ducere vxorẽ, & ꝓcreare liberos: tũc certè nõ ſuccedũt ita legitimati cũ legitimis natis ante vel poſt donationem, ꝑ iura & rõnes ſuprà poſt princ. huius. q. allegatas, atque ẽt ꝑ tex. in §. ſi qs ergo, circa med. in aut. qb. mo. nat. effi. leg. & in §. illud, ibi, q. d. n. ſi ad ſacerdotiũ, in authẽ. quib. mod. nat. effi. ſui. Quibus ſatis videt̃, qđ tum demũ poſſunt legitimari naturales per reſcriptũ, qñ ille qui petit eorũ legitimationem, eſt deſtitutus omni ſpe ꝓcreãdorũ liberorum. Si ergo Imperator legitimans hæc ignorauerit, reddit reſcriptum ſubrepticiũ, quia ſi fuiſſet expreſſum, uериſimiliter princeps non cõceſſiſſet, cùm id expreſſè prohibeatur de iure cõi, præſertim in aliorũ præiudiciũ, arg. l. 2. §. ſi qs à principe. ff. ne qd in loc. pub.

 310 ¶ † Sed

310 ¶ † Sed fac ita non eſſe à iure cõ-
ſtitutum, ſed illud tantùm, quod nu
per diximus, non valere legitima-
tionem factam per reſcriptum prin
cipis ignorantis liberos legitimos
iam extare, vt præter Paul. Caſtr. in
d. l. ex, facto, ſuprà à nobis citatũ. vo
luit Io. And. in addi. Spec. ti. de ſuc-
ceſſ. ab inteſta. §. j. verſi. itẽ ſcias. Ia-
co. Bel. in §. & quoniam, in authen.
quib. mod. natu. effi. ſui. Saly. ĩ auth.
item ſi quis. C. de natu. liber. Petr.
Anch. conſi. 241. ex tenore priuile-
gij, col. j. Anto. in c. per venerabilẽ,
col. 13. verſi. credo tamen quòd nõ
valeret, & ibi etiam Iac. Zochi. col.
10. & Pan. col. 6. verſ. his præmiſſis,
ibi, per hoc etiam dico, extra qui fi-
lij ſunt legi. & idem Ant. conſi. 2. re
pet i to cõ. 49. viſis literis, poſt prin.
& Raph. Co. cõſi. 116. Innocentius,
col. 2. Rom. conſi. 194. in propoſita
cõcluſione, in 2. dubio. Mart. Laud.
in ſua diſputa. incip. Augerius Seio,
in qua poſuit tract. legitimationis.
Pau. Caſt. in l. Gallus. §. & qiud ſi tã
tùm, col. pen. verſ. ſed aduerte. & ibi
etiam Fran. Are. col. antepen. verſi.
ſed quęritur pro pleniori. ff. de libe.
& poſt. & idem Pau. conſ. 180. ſuper
eo quòd primo loco quæritur, quis
ſuccedat, col. 2. & 3. lib. j. & conſil.
22. viſis omnibus quæ narrantur, in
prin. lib. 2. & conſi. 34. ſuper primo
dubio videtur, col. 2. verſi. ſecundò
principaliter, eo. lib. 2. & conſi. 429.
præſuppoſito, col. 2. eo. lib. 2. & Ale.
cõſi. 25. circa primum dubium, col.
3. verſi. fortificantur, lib. j. & conſi.
67. conſideratis his, col. pen. verſic.
ad idem adduco, eo. lib. j. [& conſil.
60. viſa legitimatione, col. pen. ver.
tertia ratio, lib. 2.] & Fran. Are. cõſ.
166. eodemque pen. magnifici & ex
celſi domini, col. vlt. & Barb. conſi.
9. illud in medium referam, col. 4.
verſic. vnde eſt inter docentes, lib.
4. & conſil. 49. clementiſſimum
Deum, col. j. & ſeq. eo. libr. 4. & Ni-
co. Peru. ĩ tract. ſucceſ. ab int. char.
8. col. 2. verſic. ſed nunquid requira
tur. Corne. conſ. 34. in hac quidem,
col. j. verſi. & quod legitimatio, lib.
j. [& latè conſil. 93. primo aſpectu,
col. 3. verſi, primò & principaliter,
& multis ſeq. lib. 2.] Fran. Cur. ſeni.
cõſi. 19. viſo priuilegio. in 3. dubio.
vbi adducit alios concor. & iterum
conſi. 35. ſtatuto; ſeu in capitulis,
col. 9. ver. & ideo exprimere, & ſeq.
Cui adde Cæpol. conſil. cauſa. ciuil.
66. eodemque vlt. tunc procreauit,
col. pen. verſ. circa ſeptimũ. & Car.
Alex. qui etiam adfert concor. in d.
c. per venerabilem. §. quod autem,
col. 15. verſi. & licèt nõ requiratur.
& Philip. Dec. conſi. 52. viſo elegã-
ti conſilio, in fin. & conſi. 85. cuius
ſuperſcriptio incipit, de gradibus,
col. pen. verſi. tertiò quæritur. & cõ
ſi. 288. quæritur ĩ effectu, col. 2. uer.
ſecundò non obſtat, & conſi. 307. vi
ſo pũncto, col. 2. verſi. vnde non ob-
ſtat, & col. 3. verſi. ſecundus caſus.
& conſi. 392. quæritur an filia legiti
ma, col. 3. verſic. ſed tamen his non
obſtantibus. & conſi. ſeq. conſului,
col. 3. verſic. & hoc confirmatur. &
Steph. Bertr. conſi. 112. viſis quibuſ
dam, col. 4. nu. 28. lib. 2.

311 ¶ † Nec aliquem reperi qui diuer
ſum ſentiat, præter Fed. Senen. cõſi.
57. videtur mihi quòd in priuilegio
Bald. conſil. 56. an pater qui dicit,
lib. 2. & Iaſ. conſi. 110. contra legiti
mationẽ, col. 3. verſi. moueor in pri
mis, lib. 4. Guido Pap. conſ. 176. pro
diffinitione, col. 2. verſic. plus dico,
vbi dicit ꝙ cùm patre viuẽte & cõ-
ſentiẽte fit legitimatio, nõ eſt neceſ
ſe fieri mentionem liberorũ legiti-
morũ, & allegat Bar. in d. §. & quid
ſi tantum, col. vlt. Sed is admodum
fallitur, nam Bart. non id dicit, ad
quod

quod eum allegat, ſed illud tātum, quod cum ſit legitimatio patre viuente & conſentiente, non opus eſt citari liberos legitimatos. quod lōgè diuerſum eſt.

312 ¶†Igitur vt reaſſumam, ſi id verū eſt, vt non valeat legitimatio facta reſcripto principis ignorantis liberos legitimos extare, vt certè verū eſt: id ſanè ſatis eſt ad probandum quod aſſerimus: tū quia ſi ab initio nō valet legitimatio, ob exiſtentiā, vt vocamus, liberorū, de quibus nō eſt facta mentio: conſequens eſt eā reuocari, ſi poſtea ſuſcipiantur liberi, de quibus non fuit cogitatum, arg. l. in tempus. ff. de here. inſtit. & l. eum qui. ff. de iuriſd. om. iud. cum ſi. aggregatis in [noſtro tract. conſt. poſſeſſ. in 3. par. nu. 3. & ſeq.] quibus plenè ꝓbatur nihil referre aliquid fieri tēpore prohibito, aut idipſum cadere in tempus prohibitum. Tum quod eſt multò efficacius, ſpecialiusque ad caſum noſtrum pertinet, quia paria ſunt ad præſumendū deeſſe voluntatem excludendorum liberorum, diſponentem ignorare liberos extare, & liberos poſt diſpoſitionem naſci, vt clarè probatur in l. qui iure militari. ff. de teſta. milit. & in l. ſi cum vel in vtero. C. de teſt. mili. & latè diximus ſupra in verb. filios non habens, in verſ. 15. ſed & illud. Igitur quemadmodum exiſtētia liberorum ignorata impedit, ne taliter legitimati ſuccedant, ita & ſequens natiuitas debet impedire. Quòd ſi quis dicat eā l. qui iure militari, & ſimilia iura loqui, quando diſpoſitio non eſt perfecta, quia adhuc viuebat teſtator: huic cōfeſtim reſponderi poteſt quod ſuprà diximus in reſponſione primæ rationis perfectionem actus in hoc caſu non conſiderari per hanc legem.

313 ¶†Ad hæc gratioſum reſcriptum principis ita debet interpretari, vt minùs lędat ius cōmune, quàm fieri poteſt, modò poſſit aliquid operari, vt probatur in d. l. ex facto, & in c. paſtoralis, ī prin. ext. de appel. cum ſi. Satis eſt ergo quòd princeps qui concedit gratiā illi de quo ſpes eſt quòd poſſit ꝓcreare liberos, uideatur eam cōceſſiſſe contra ius, quod prohibet iſto caſu reſcriptum cōcedi, vt ſuprà diximus. Sed ut minùs lædatur ius commune, ita debet intelligi reſcriptum, ut uideatur facta conceſſio in caſu minus præiudiciali, ſcilicet cum filij non naſcentur.

314 ¶†Præterea præſumpta cauſa huius priuilegij, ſcilicet legitimationis, eſt defectus, ſiue carentia, ut noſtri loquuntur, liberorum legitimorum & naturalium, ut ſatis conſtat ex ijs quæ diximus. Ergo illorum ſuperuentus illum reuocat: nā ceſſante cauſa priuilegij, ceſſat priuilegium. l. cura. §. deficiētium. ff. de iure immu. & l. Titia Seio. §. uſuras, & ibi gloſ. & Bar. ff. de leg. 2. cum alijs multis ſimilibus, à me late collectis in eo tractatu, cui titulum fecimus, ceſſante cauſa ceſſat effectus.

315 ¶†Denique ne tu lector optime exiſtimes hāc quam diximus diſtinctionem, nunc primum me excogitaſſe, ne ſomniaſſe dicā, ita expreſsè ſecundum eam conſuluit Bal. à nullo eorum qui eam rem tractarunt, quos uiderim, memoratus, cōſ. 306. cuius eſt exordiū, caſus huius quæſtionis talis eſt, A. coniugatus, col. 2. in 2. dubio, libro item 2. ubi tamē nihil allegat, ſola ſua ipſius authoritate contentus, ut ſæpe aliàs. Et idem tñ uoluerūt Paul. Caſt. & Frā. Are. ī d. l. ex facto, ante fi. & rurſum idē Pau. & Corn. in d. l. ſi te parens. C. de ſuis & legitimis.

316 SED

316 SED HOC † ita intellige, vt tunc reuocetur legitimatio, cùm nó fuit cogitatum de liberis, ad eum tantũ finem, ut non ſuccedat legitimatus cum liberis, ut etiam diximus. Neque enim reuocabitur quantum ad ſtatũ perſonæ, quid admittatur ad honores & magiſtratus, & alia naturalibus interdicta, cùm hoc non tendat in præiudicium legitimorum, & ideo ceſſent omnes rationes quas ſuprà adduximus, quæ tantùm reſpiciũt commodum & incommodum liberorum. Et ita expreſsè uoluit Pau. Caſt. in d. l. ex facto. & iterum conſi. 22. hoc capite, uiſis omnibus, col. 2. lib. 2. & Iaſ. in l. tale pactum. §. ult. col. 2. uer. item per iſtum tex. ff. de pact. [& Benedic. in repeti. c. Raynutius, in uer. & uxorem nomine Adelaſiam. nu. 189. de teſta. Nã & in ſimili, ſi quis filius naturalis fuerit legitimatus, nulla facta mentione aliorum filiorum legitimorum, tametſi dicitur huiuſmodi legitimatio non valere, vt latè diximus ſuprà, nu. 310. tamen & id intelligitur, vt faciat præiudicium filijs legitimis. nam in cæteris valet legitimatio, vt expreſsè dicit Car. Flor. c. per venerabilẽ, col. 13. ver. ego dico, & ibi quoque Car. Alex. in §. quod autem, col. 13. ver. reuertor nunc, extrà qui filij ſunt legit. & Carol. Ruin. conſi. 87. quia Mattheus, col. 4. verſ. quia igitur, lib. 3.] Et ita quoque ſenſiſſe videntur ij qui ſimpliciter negant huiuſmodi legitimatos ſuccedere cum legitimis poſtea natis, nulla facta mentione de reuocatione ipſius legitimationis.

353 QVAERO XXIII. † an hęc l.ēt procedat in donatione iuris patronatus facta cōſentiēte epiſcopo, aliter.n.nō ualeret, c.cura ext.de iur. patr. & uoluere Hoſtien. Goffre. Flor. & Pan.in c.illud, eo.ti. Hoſt. in ſumma.eo.ti.§.qualiter transferatur, nerſi. mihi uidetur. Archi.in c.piæ mentis.16.q.7.[Fed. Senen. cōſi.225. ſi opinio, col.j.] Pan.in c. præterea, le 2.in j.no.ext.de iu.pat. [Pau.Ca.cōſ.194. uiſo ſtatuto cōis Florētię, col.2.li.j.]Vtrū igitur, ut repetam, ſit locus noſtræ l.in hm̄oi donatione? Super quo dubio nuncupatim conſuluit Philip.Dec.ſi is eſt, conſi.675. incip.conſuluit, ubi negat locū eſſe.† Nā de iure, inquit patronatus idē iudicatur, quod de cauſis ſpiritualibus.c.quanto, de iudic.& c.de iure, & ibi Pan.col.pen. & d.c.cura, de iure patro.† ideo nō pōt niſi iudicio eccleſiaſtico, diffiniri. d.c. quanto, † nec legibus & conſtitutionibus laicorum ſubiicitur, †quia à pari procedunt forum laicorum ſortiri, & legibus eorū ſubiici, ut poſt Inno.not. Ant.in rub. extra de conſue.uerſi.unā regulam habetis. Et facit ultra Dec. quod tradit Archi.in c.quo iure, 8.diſ.[& c. quæ cōtra, in uerb.peregrini.12. diſt.]& Specu. tit.de conſtitu. §.j. uerſi.& no.& Calde. in diſpu. incip. [quidam Florentinus, & in alia diſpu.incip.ſtatuto ciuitatis cauetur. Bar.Bal.& alii in l.j.C.de ſum.tri.] & Raph. Co. conſi. 139. P. laicus, col.2.

col.2.& Alex.[conſi.150. viſo themate,col.j.uerſi.quinimo dato,lib.2.&]conſi.209. ponderatis his omnibus,col.j.eo.lib.2. [& conſi.257. viſo inſtrumento donationis, col.4 verſi.tamẽ eo ipſo,eod.lib.2.& conſil.44.videretur prima facie, col.3. lib.5.& conſil.13. attentis his, col. pen.lib.7.& conſi.141. uiſo ſtatuto col.2.verſi.& ad hoc eo.li.7.& cõſ. 217.uiſo quodã,col.3.uerſ.hoc confirmo,eo.li.7.Soz. conſ.271. in præſenti,col.2.uerſi. ex quibus, li.2. & conſi.14.capio primũ, col.j.li.4.& & conſi.71.circa præſentẽ, in prin. eo.lib.4.& conſi.79.ſi eſſemus,col. 2.verſ.ſecũda principalis, eo.lib.4. Iaſ.conſi.80.uiſa facti narratione, col.j.lib.3.

354 ¶ † Nec obſtat,vt ſubdit] Dec.vt ad eũ redeamus,ꝙ hæc l.videtur facta in fauorẽ filiorũ principaliter, quo caſu ex cõi cõcluſione leges & iura ciuilia uidẽtur eſſe approbata de iure canonico, vt latè per Pan. poſt alios in c.eccleſia, col.4. verſi. tertius caſus,ext. de cõſt. vbi dicit ꝙ qñ lex ciuilis eſt generalis & rationabilis,nec contradicit canonibus,ſi eſt fauorabilis, eſt ſeruãda ẽt quo ad clericos,& idem Pan.in c.j. in 3.not.extra. de ope. no. nuntia. vbi dicit ꝙ cauſa eccleſiæ debet decidi per ius ciuile, ſi canones deficiant per illum tex. & facit ẽt text. in c.ſi adiutoriũ 10.diſt. † & qd' dicitur, leges per ora principũ diuinitus promulgatas,c.ult.6.q.3. & ſanctam eccleſiam legũ ſeculariũ non reſpuere famulatũ,quæ ęquitatis & iuſtitiæ ueſtigia imitãtur. ca. ſuper ſpecula,de priuil. Quia ad hæc reſponderi põt,quòd habẽt locũ in rebus tẽporalibꝰ & prophanis, in quibus iura ciuilia habent poteſtatem ſtatuendi † ſecus uidetur in iure patronatus, quod reputatur ſpirituale,nec poteſt æſtimari.d.c.dẽ iure, & not.Pan.in c.quærimonia, de iu. patr.vbi & ipſe col.2.ex hoc aſſerit quòd patronus, qui nihil habet in bonis præter ius patronatus, nõ poteſt cedere id ius creditoribus,quia non recipit æſtimationẽ, vt dictum eſt,& ſic verba l.non conueniunt, vt not. Bar.in l.4.§. prætor ait, in fin.ff.de damn.infect. vbi tradit ꝙ ſtatutum loquens de re æſtimabili, non habet locum in re inæſtimabili.& idem Bart. in l. ita autem, in prin.ff.de admi.tut.cum multis ſi. à me latè congeſtis ſuprà in uer. libertis,nu.2.Ideoq; cum l.noſtra loquatur de bonis quæ æſtimari poſſunt,nõ debet habere locum in hoc iure ineſtimabili.[Adde & quòd id ius ſimpliciter non eſt in bonis noſtris,ſecundum Bal.in l. eam quam ad fin.C.de fideicom.& conſil.335. quædam mulier,col.j.lib.j.]

355 ¶ † Sed de hoc admodum dubito.quia nõ ſolum de iure ciuili, ſed & canonico quoq; reuocatur donatio per natiuitatem liberorum, vt patet ex ca.quicunq; 17.q.4. ubi ẽt cauetur id procedere in foro conſcientiæ,de quo latè dicam infrà in gloſ.reuertatur, nu.291. ſecundum diſcrimen.& ſeq. [Quin & ſi id ius eſſet tantum de iure ciuili, tamen quantum pertinet ad perſonas laicorum,ſunt ipſi etiam in re eccleſiaſtica ſubditi legibus & ſtatutis laicorũ,vt de iure patronatus nuncupatim tradit Pau.Ca.d.cõſi.194. in fin.lib.j. Et id generale eſt in ceteris huiuſmodi rebus ut latè diximus in tracta, retractu.tit.j.§.j.in glo.13.in uerbo, *l'achapteur*, nu.8. incip.ſed vnum nõ omiſerim.] Nec verum eſt,quod id ius non ſit in bonis noſtris, cum pro eo habeamus & actionem,& exceptionem,ideoq; in bonis eſſe dicitur l.rem in bonis. ff.de

ff.de acqui.rer.domi. & not.Bar.in l.rem aliquam,colũ.2.ff. de pigno. act. & in l.cum res. C.ſi res ali.pig. dat.ſit. Ideoq; ſi quis vẽdat omnia bona ſua, certum eſt & id ius ſub ea uniuerſitate bonorum compre-hendi.c.ex literis, & c.cum ſeculũ, ext.de iur.patro. & not.in l.in mo-dicis.ff.de contrahen. empt.cum ſi. In eoq; ut in reliqua hæreditate ſuccedimus d.c.cũ ſeculum, & per omnes in c.ex inſinuatione ,eo.tit. de iure patr. Ex quo præter id qđ ſuprà diximus,poteſt ĩtelligi id eſ-ſe in bonis,quando hæreditas in bo nis eſſe dicatur.l.licet,& ibi Bar. & Bal.C.de pact.[†.Et quòd id ius pa tronatus veniat appellatione bono rũ expreſsè uoluit Pan.in d.c.ex li teris,col.ult.uerſi. quid autem ſi di cat,de iure pat.& ante eũ non ob-ſcurè Bal.conſi.32.quidam nobilis, col.j.lib.j.

356 ¶ † Nec requirit]l.noſtra ꝙ res de qua agitur,recipiat æſtimationẽ ſed tantum reſpicit ad veriſimilẽ & pręſumptam donantis uoluntatem an,ſ.donaturus fuiſſet,necne, ſi co-gitaſſet de liberis, ſiue res ſit ęſti-mabilis,ſiue non æſtimabilis quan-tum ad pretium. nã quæcunq; res quantũ ad affectionẽ, & uoluntatẽ æſtimari põt, ut oĩbus perſpicuum eſt. Id aũt ſtatui debet à iudice per ſpectis & cõſideratis perſonis, cæte riſq; reb⁹ ad rẽ ptinẽtibus,iuxta ea quæ latè diximus ſuprà in ver.oĩa vel partẽ aliquã.& alibi ſæpè. [Et huc pertinet qđ ſcribit Bar.in l.4. §.toties,quẽ legit cũ §. ꝑtor ait.ff. de dam.infe.ꝙ ſtãte ſtatuto, vt de quolibet cõtractu ſoluatur gabella 6.denariorum pro libra, id ſtatutũ non habet locum in cõtractu facto ſuper re inæſtimabili. niſi tamen contineret aliquod intereſſe æſti-mabile.Et ſequitur Rom.cõſi.434. in quo quæritur an dicti tres.Quaſi ſcilicet nihil referat ſitne res æſti-mabilis,an cuius aliquo modo in-terſit. Hic autem multum intereſt & donatoris & filiorum eius,ne ius ipſum amittant.Ergo non conſide-randum eſt quod ſit inæſtimabile.

357 QVARTO XXIIII † vtrũ hæc l.habeat locũ in donatione rei alie-næ, quod non uideretur propria do natio. ut dicit gloſ. in l.in ædibus. §.ult. & ibi Roma.ff. de dona. per tex.ibi,& glo.in §.ſic itaque. Inſti. de actio.Ex quo etiã uidetur, quòd in huiuſmodi donatione non requi ritur inſinuatio,quæ tantũ neceſſa-ria eſt in propriis donationibus,ſe-cundum not.per Bar.& alios in l.j. ff.de dona. Et quia etiam res aliena ſtatim poteſt euinci, & de iure eſt quid momentaneum. Ideoq; nõ po teſt excedere ſummam legitimam, quia non uidetur adeſſe quod ſta-tim aberit l.magis puto.§.ult.ff.de reb.eor.cum ſimi.à me adductis in-frà in uerbo, ſuſceperit liberos,nu. 171.facit & quod,& multis ſequẽ.

358 ¶ † Tamen Bal.in l.poſt mortem col. ulti.C.de fideicom. diſtinguit vtrum donans teneatur de euictio-ne,an non, primo enim caſu indi-get ea donatio ĩſinuatione, quia da ri nõ eſt in obligatione, Secũdo ca-ſu debet ęſtimari nuda poſſeſsio,& ſecundũ eã requireẽ uel nõ require tur inſinuatio.l. ſi mulier.ff. quod met.cau.Cõditio aũt uſucapiẽdi nõ æſtimatur. quia procedit cũ iniuria alterius l.deniq;.ff.ex quib.cau.ma ior.Nec obſt.inquit,gloſ. in d.§.ul. quę dicit hanc non eſſe propriã do nationem,imo eſt quo ad titulum, licèt non quo ad dominium. ff. de don.per tot.Hęc ille, quẽ ſequitur Rom.in d.l. in ędibus.§.ul. & in l. Modeſtinus,col.4.ver. ſextò quid in donatione,eo.tit. Et hanc quoq; diſtinctio-

diſtinctione ſeruandam eſſe cenſeo in caſu l.noſtræ,eadem ratione. Et q hæc donatio non indigeat inſinuatione.tenet Alex.in addi.Bart. in d.l.in ædibus §.vlt.per eam glo. quam dicit ſing.

359 QVAERO XXV. †An & hæc l. habet locum in donatione ita facta, quia ſcilicet quis vendit domũ certo aliquo pretio, donatq; quod eã pluris valet. In qua ſpecie conſultus Soz.reſpondit conſi.215.uiſa prædicta,col.j.lib.j.repetito,cõl. 22.lib.4.locum eſſe huic l.ſuperueni entibus liberis,per multa quę il lic allegat,& ſequitur Alcia.in l.2. in prin.nu.16.ff.de verb.ſig. Quod intellige ſi id quod pluris valet, quàm pretium, ſit eius valoris, ut locum faciat huic l. ſecundum ea quæ plenè tractaui ſuprà in glo. in ver.omnia uel partem aliquam,nu me.24.in c.ſi eam op.& ſequ. Nam & tunc huiuſmodi venditio omnino ſimilis eſt ei quæ facta eſt viliori pretio, in qua habet locum hæc l.ſecundum ea quæ diximus ſuprà in princ.huius glo.nu.2.& ſeq. Nihilq; intereſt inter illam & hanc, niſi,quòd in illa tacitè cenſetur donatum quod pluris eſt, in hac expreſsè.Tu tamen interim vide quę de huiuſmodi venditionibus ita factis,vt donet venditor quod pluris eſt,ſcripſimus in tract.retractu.tit. j.§.j.glo.18.in uerbo.*le prix que la choſe aura couſte*,nu.11. ſed in hac, cum multis ſequen.]

360 POSTREMO †illud hic ſcias, non tantum in illis caſibus quos ſuprà adſcripſimus,ſed aliàs ſemp, ubi quis donando aut renuntiãdo facit quod ſolitum eſt fieri, ceſſat hæc l.noſtra,ut expreſsè uoluit Sozi.conſi.53.uiſo inſtrumento, col. 3.uer.ſecundo reſpõdetur. In idq; refert quod alibi diximus, filiam quæ dum dotatur,aut matrimonio collocatur, renũtiat ſucceſſioni in fauorem fratrum,ut ſolet fieri, nõ reuocari hanc renuntiationem ob filios poſtea natos, cum non fecerit,niſi quod aliàs fieri aſſolet in rebus huiuſmodi. Et facit etiã quod ſcribit Pau.Caſ.conſi.15.incipiendo, col.3.uerſic. facit etiam multùm,lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio poſteà an dicat interuallum, & quantum, & nu.2.3.4.5.& 7.*
Dictio poſteà non impedit diem hæreditatis et libertatis ſimul cedere.
Teſtes ſi deponant ſeium inſultaſſe Caium, & poſteà uulneraſſe, intelligitur incõtinenti,ut de ſolo uulnere puniatur,& nu.7.
Teſtis dictum ambiguum, in mitiorem partem interpretatur.
Teſtibus deponentibus teſtatorem, inſtituiſſe Seium, poſteà Sempronium, intelligitur incontinenti, ut ambo hæredes ſint,& nu.7.
2 *Dictio mox, idem ſignificat quod poſteà.*
Dictio mox, propriè interuallum refugit.
3 *Dictio interuallatus quid denotet,et quid dictio intercapedinatus.*
5 *Dictio poſteà, quod interuallum ſignificet & nu.6.& 12.*
8 *Dictio anteà quod interuallum denotet,& nu.13.*
9 *Dictio deindè idem ſignificat quod poſt ſine poſteà,& an incontinenti & ſine interuallo,nu.10.*
11 *Lex noſtra an procedat ſiue confeſtim poſt donationem, ſiue longo poſt interuallo natus eſt filius.*
12 *Dictio poſt an dicat interuallum,& nu.13.cum ſequentibus.*
Dictio poſt & poſteà an differant, &

& nu.13.cum ſequenti.
Dictio poſtmodum quid ſignificet, et nume.22.
13 *Dictio ante & antea an differant.*
14 *Dictiones ante & poſt mutuo ſe reſpiciunt ut anteà & poſteà, tamen aliquando unum ut, aliud mutuatur.*
15 *Dictiones ante, & poſt, aliquando aduerbialiter ponuntur.*
Poſtliminium unde dicitur.
16 *Intellectus l.Iuriſgentium §.quinimo.ff.de pactis.*
Intellectus l.poſt contractum ff.de donatio.
Intellectus l.j.C.ex delict.defunct.
21 *A.dictio,cùm ſignificat poſt, quam uim habet.*
23 *Dictiones poſtea,poſt.& ante, quas alias uires habeant.*

ET POSTEA.

1 HAEC †dictio poſtea, poſſet uideri non neceſſarium habere interuallum,ſed dici etiam de re quæ fit ſimul ac eodem momento & impetu,ex tex.l.quoties §.ſi quis ita.ff. de hære.inſtit.†Ex quo not.Bar.dictionem hanc non impedire diem hæreditatis & libertatis ſimul cedere.†Sed & ex eo not.Bal.& recentiores ibi,quòd ſi; teſtes deponant Seium inſultaſſe Caium,poſtea vulneraſſe;, intelligitur non ex interuallo,ſed incontinenti,vt ſic inſultus confundatur cum vulnere, & de ſolo vulnere puniatur, iuxta gl. ulti. in l. qui de crimine C. de accuſa.& eſt text. in l. illud §.ulti.ff. ad legem.Aquil. † Nam & cum id dictum teſtis ſit ambiguum, interpretatur in mitiorem partem, per cap.in præſentia,& ibi gloſ.ext. de proba.Et idem tenent ipſe Bald. & recentiores in l.diuortio, in princ. ff.ſolu.matri.Raph.Co & Iaſ. in l. fructus ff.eo.Alex.con.116.in cauſa inquiſitionis,li.3.& Barb. in l.j. §.qui præſens,col.4.ff.de ver.obli. & in cle.literas,col.8.ī paruis,ver. tertiò faciat,de reſcri.† Sed & ipſe Bal.poſt.Dyn.in d.§.ſi quis ita, & ibi ēt Imo.& penè oēs ſcribūt,ꝙ ſi teſtes deponāt ꝙ teſtator inſtituit Seiū,poſtea Sēproniū,intelligendū eſt incōtinēti,ita vt ſint ambo hæredes.Id ꝙ ēt tenēt Ray.Dyn.Bal. Bar.Alber.Ang.Pau.Caſt.&[Raph. Co.in d.l.fructus,Cyn.& Alb. in l. j.ff.ſi cer.pet.Ale.in l.diuortio, in prin.col.4.ff.ſolu.mat.Barb. in d. cle.literas,col.8.ver.ſecundò accedat,de reſcript.

2 ¶†Quāquā multi ex illis ēt loquātur in dictione mox, ita videlicet, Seius inſultauit,mox vulnerauit.Siue ita,teſtator inſtituit Seiū, mox Sēproniū. Sed nihil refert dicas in illis exemplis,mox aut poſtea, qñ hæ dictiones in huiuſmodi locutionibus idem omnino ſignificent, ut probat tex.in l.de ætate.§.ex cauſa ff.de interro.acti. ubi in eodē caſu quod per mox prius dixerat,ſtatim ꝑ poſtea dicit,& in l.& ſi ſine §.ſed quod Papinianus ff.de minor. vbi ita dicitur,ſi aūt minor priùs adiit hæreditatē,mox abſtētus eſt,&tex. in l.quod ſi ſeruus §.ſed & ſi errauit ff.de ī rē ver.vbi eſt ſimilis tex. & in l.ad perēptorium ff.de iudi.cū dicit,vt primò quis petat poſt abſētiā aduerſarij primū edictū, mox alterū,nā aptè in illis locis mox ſignificat poſtea.Et ī l.2.ī prin.ff. ad Volleia.& l.ſi ita fuero §.primo ff. de noua.vbi añ &mox iūgūtur,& ī l.æquiſſimū, in prin.ff.de bon.poſ. ſecū.tab.cū ſimi.& uoluit expſſim Pau.Caſt.in l.j.col.3.verſi.ultimo no.ff.ſi cer.pet.&Ful.in l.ſi arrogator.ff.de adop.& ibi Iaſ. col.3. Nā & dictio deinde,ꝗ idē ſignificat qđ poſtea,

poſtea, vt dicemus infrà nume. 9. & iſta dictio mox, idem quoque ſignificant, vt apertè probatur in l. ſi quis filio §. hi autem, ad fin. ff. de iniuſt. teſta. †Quanquam Rom. in d. l. fructus, & poſt eum Fran. Are. aliter dicunt de dictione mox, quoniã ſcilicet ex ſua propria vi & natura omne interuallum refugiat. Quod fateor cũ pro incontinenti vel ſtatim ponitur: de quo dicemus infrà in verbo, reuertatur, in 27. fall. [q̃ eſt in nu. 109.] At cùm ordinem ſignificat, vt poſtea & deinde, de qua etiam dictione poſtea dicemus, utrunque & cum interuallo & ſine interuallo ſignificat: quod videre licet in iuribus ſuprà citatis.

3 ¶†Sed vt redeamus, certè ſi tex. in d. §. ſi quis ita, ſuprà ĩ prin. aduocatus, ſolerter expẽdat, diuerſum ei quod inibi ex eo diximus, ex diametro, ꝓbat, cũ dicit. detracto verbo medio, poſtea, hæc. n. ſunt verba illius l. quaſi. ſ. neceſſe foret eam dictionem detrahi, vt demõſtraretur actus ſimultaneus, vt ita loquar, & non ſeparatus aut interuallatus, ut ſic quoq; loquar cum [Ammiano] Marcellino, aut intercapedinatus, ut vtar verbo Cælij Aureliani: qui quam aliter intelligit Rom. ibi, qui ex eo tex. no. quòd hæc dictio poſita inter ea, de quorum natura eſt, quòd in eodem tempore concurrant, non inducit tẽporis interuallum, & ad hoc dicit illum text. eſſe ualde not. Sed quòd aliàs ea dictio denotet interuallũ, probant & alij multi tex. uidelicet in l. in bonæ fidei C. de pact. ubi ita ſcribitur, in bonæ fidei contractibus ita dem ĩ ex pacto actio competit, ſi incontinenti fiat. Nã quod poſtea placuit, id non petitionem, ſed exceptionẽ parit. Vides enim has dictiones, incontinenti, & poſtea, poni ut diuerſa. Ideoq; glo. ibi interpretatur poſtea. i. ex interuallo. Et tex. in l. qui procuratorem ff. de proc. ubi cõteſtim & poſtea etiam ſcribuntur ut diuerſa & in l. j. §. ſi rem ff. depoſiti, & in l. i. §. deinde ait prætor ff. ne quid in loco publi. cùm dicitur, ſiue ſtatim deterior ſit uia, ſiue poſtea, & in §. vlt. Inſtit. de iniur. ubi eſt ſimilis tex. & etiã in §. ſi ad exhibendum, Inſti. de offic. iudi. Quibus ſimile eſt illud Suetonij in Auguſto. Nec quicquam ultra aut ſtatim aut poſtea inquiſiuit. Et rurſum [c. 95.] Qua fiducia Veletrini & tunc ſtatim, & poſtea ſæpius penè ad exitum ſui cum populo Romano belligerauerant. Et in Nerone. Neque tamen ſceleris conſcientiam, quanquàm & militum & ſenatus populiq; gratulationibus confirmaretur, aut ſtatim, aut unquam poſtea ferre potuit. Illudq; Spartiani in Hadriano. Patris patriæ nomen delatum ſibi, ſtatim, & iterum poſtea diſtulit. Quibus locis ẽt uides ſtatim & poſtea ut diuerſa põi.

4 ¶†Sed ut ad noſtras leges [reuertamur,] hoc quoque probat tex. in l. iuriſgentium §. quinimo, uerſicu. idem reſpõſum ff. de pac. ubi quod primum ex iteruallo dixerat, mox idem poſtea uocat, quaſi idem ſit poſtea, & ex interuallo. Ideo ibi Iaſo. col. 4. uerſi. 4. nouiter ponderat, no. ex eo. tex. hanc dictionem poſtea, ſignificare interuallum. & in l. paciſci ff. eo. ti. cum dicitur, ſiue in ipſo negotio uenditionis gerendo conueniſſet, ſiue poſtea. & in l. ſed Iulianus §. proinde ff. ad s. c. Maced. ubi ab initio & poſtea ponuntur ẽt ut diuerſa. & eſt ſimilis text. in l. antiquæ, in prin. C. ad s. c. Velleia. & in l. nuper, in prin. C. de nat. lib. & in §. ſi uero decretũ, in auth. de nup. & in §. ult. uer. ſed neq;, in auth.

auth.de hære.& falci. & in §. dedimus,& iterum §. ſi aũt mulier, in auth.de æqua.do.Et probatur ẽt in l.ſi quis iniquum §. illud quoq; ff. quod quiſq; iu. ubi tunc & poſtea ponuntur quoq; ut diuerſa. Et eſt ſimilis tex.in l.j.§. rectiſſimè ff. de ui & ui ar.Et ẽt tex.in l.non erit §. ſi neq;,& ibi quoq; glo.& Iaſ.in ulti.no.ff.de iureiu. & in d.l. illud §. vlt.ff.ad legem Aqui.ubi poſtea,& uno impetu,pro diuerſis ponſitur, & in l.j.§. idem Labeo. ff. quod ui aut clam,cũ dicitur, Iſq; deſtiterit in præſentiarum rurſusq; poſtea facere cœperit, & in l. apud Celſum §.in hac exceptione ff. de do. mali excep.cum ſcribitur, de eo duntaxat excipi oportet,qui admiſſus ſit in ipſo negotio quod geritur, non ẽt ſi poſtea interueniſſet, & in l.3. iuncto §.ult.l.j.ff.de ſolu.ubi in re præſenti,& poſtea, ponuntur ut diuerſa.Ideoq; Bald. ibi exponit poſtea.i.ex interuallo, & in l.2. C.de iuriſdic.om.iud. ubi tempore contractus,& poſtea, ponuntur ut oppoſita.Et in l.idemq; §.ſi cui mandauero ff.man.cũ dicitur, uel ilico ſtipulata ſit,uel ẽt poſtea.& in l.ex caſtrenſi,in prin.ibi, nõ ſtatim qui dem,ſed poſteà ff.de caſtr. pecu.& in l.2.§.hoc autem, ibi, nemo neq; eorum qui in præſenti iuris peritiã habent, nec qui poſtea fuerint C. de uet.iur.enucle.& in l. qui ædificium ff.de ſer.urb.præd.cũ dicitur, quæ in præſentia erunt, & quæ poſtea fuerint.& l.ſeq.cum ſcribitur, quæ nunc ſunt, & quæ poſtea quoque fuerint.& in l.2.in princ. C.de quad.præſcri. ubi eſt ſimilis tex.& in l.manifeſtiſſimi,uerſic. ſed ea,& rurſus uerſi.ſinautem neſcius C.de fur.ubi eo tẽpore,& poſtea,ponuntur ut diuerſa.& in l.j.C.de calum. & in §.ult.Inſti.de nupt.cùm dicitur,ſtatim ut nati ſunt,in poteſtate parentis non fiant,poſtea aũt redigantur in ptãtẽ,& in §.j.uerſi. qua de cauſa.Inſti. de loca. & conduct. ubi etiam ponuntur vt ſeparata.& apud Horatium lib.epiſtolarum 2. epiſtola j.ad Auguſtum.

An quos & præſens, & poſtea reſpiciat ætas.

Quibus planè cõſtat, id quod dicimus,hãc dictionem poſtea,interuallum oſtẽdere:quod ẽt uoluit gl. in l.pacta cõuenta ff. de cont.emp. quæ ẽt ĩterpretatur poſtea.i.ex interuallo, [& ibi Bal.in 2.no.] & ſimilis gl.in l.cũ fundum,in uer.poſtea ff.de ui & ui ar.& in l.ſi Titius in uer.poſtea,& ibi quoq; Bar.ff.de fideiuſ.& [Alb.ĩ l.ſi unus §. pactus ne peteret,col.j.in fi.ff. de pac.Io. Fab.in l.per retentionẽ C.de uſu.] Bal.ĩ l.j.in prin.circa med.ff.de ſo. Card.Flor.in c.cũ Vintonenſis,extra de elec. [Pano.ſubobſcurè in c. cura,in vlt.no.de iure pat.] Barb.ĩ l.4.§.Cato,col.21.verſi. & adduco celebrẽ ff.de ver.ob.[& ĩ rep.rub. de reb.eccl.nõ alie.in §.dubio,col. eiuſdẽ vlt.& ĩ c.vlt.col.2.de preca. & in c.potuit, co.3.de loc.& in c.illo uos,col.2.de pig.] & cõſ.25.ſcribit ſapientiæ 7.col. 3.li.j.& cõſ.59 clemẽtiſſimi Dei, col.4.eo.lib.j.& Alex.cõſ.141.uiſo teſtõ,col.2.uer. confirmo ex illa,lib.2.& cõſ. oĩum poſtremo.uiſo proceſſu,ante fi.eo. lib.2.& cõſi.98. viſo & cõſiderato, col.2.uer.& hoc modo, lib.j.Fran. Are.in d.l.fructus, col.pe.ff.ſo.ma. ubi uidetur ſentire,licẽt ſubdubius hanc eſſe eius propriam ac peculiã rem uim ac naturã.Car.Alex.ĩ c.j. col.2.tit.quid iu.ſi poſt alie. Iaſ.in l.ſi quis ante,col.4.verſ. tu põdera dictionẽ poſtea ff.de acq. poſſ.Philip.Deci.in c.2.col.vlt.extr.de off. deleg.& in l.certi conditio. §. depoſui,

poſui, in primo not.ff.ſi cert. peta.
& conſi.639.uiſa cõſultatione, col.
j.Hiero. Cagno.in l.2. col.6.verſi.
4.nota.ff.de orig.iuris.Anto.Burg.
in c.ſi uenditori, in princ. ext. de
empt.& vendit.

5 ¶ † Porrò quãtum interuallum hac
dictione ſignificetur, paruumne, an
longum, non inter omnes conue-
nit. Alij enim modicum dicunt, ob
tex.in l.ab hoſtibus.§.ſed qđ ſim-
pliciter, vbi gl.Pet.& Bar.col.j.[Al
be. col. quoque j.]ff.ex quib.cau.
maio.[& idem Albe. in l.hęc adie-
ctio, poſt prin.ff.de verb.ſig.& Frã.
Are. in l.cum quidã.§.ſuum, col.2.
ff.de acqui.hære.] quod & probarę
videtur tex.in l.ſi fuerit.§.ult.ff.de
reb. dub. qui in vno gemellorum
partu utitur hac dictione poſtea, in
ter natiuitatem utriuſq;, cum dicit
nam ſi poſtea edita eſt, cum tamen
ibi adeo modicum eſſet interuallũ,
vt ambigeretur uter prior eſſet ędi
tus, & tex.in l.quidam.poſt prin.C.
de neceſſ.ſer.hære.inſti. quæ hac di
ctione poſtea, utitur in re in eodẽ
teſtamento facta. & in l. Lucius.ff.
de hære. inſti. qui ſimilis eſt in l.ſi
quis, in prĩ.ff. de leg.j.vbi ita ſcribi
tur, poſtea eodẽ teſtamento uel co-
dicillis. Et ĩ l.impatores.ff.de man.
teſt.q̃ nõ tm̃ de re eodẽ teſtamento
facta, ſed de eadem oratione uno in
teſtamento appoſita, hoc uerbo uti
tur, & in l.ſi is quem.C.de lib. cau.
in illis uerbis, ſed ſi poſtea quã co-
gnouiſti, de ſententia iudicis appel
laſti. Nam illa dictio poſtea, debet
intelligi illico, per tex. in l. litiga-
toribus.C.de appel. aut ad ſummũ
intra eũdem aut alterum diem, per
tex. in l.eos.§.ſi autem.eo.titu.fa-
cit & tex. in c.2. de præſcript. lib.
6. cum dicitur, poſtea quandocũq;
quaſi ſcilicet non fuiſſet intellectũ
de longo interuallo, ſi dictum ſim
pliciter fuiſſet poſtea, ſine illa ad-
ctione, quandocunquę. Et gloſ.in
c.ſcriptum eſt, in princ.extra de ele
ctio.quæ exponit illum tex. qui di-
cit poſtea reuocari, ſcilicet ſine in-
teruallo, quam ſequitur & ſingula.
dicit in ſuo caſu Panor.ibi, colũ.4.
verſicu.j.in gloſ.j.

6 ¶ † Alij autem contra aſſerunt lon
gum interuallum hoc uocabulo de
ſignari. & in iis Barb. in l.ſi à fure,
col.3.verſi. ſed ego pondero.ff.de
uerb.obliga. & in c.cum M.Ferra.
col.25.ext.de conſti. & in rep.rub.
de reb.eccle. non ali.char.25. & in
c.j.ext. quod met. cau. & in d.c.in
præſentia, extr. de prob. & in c.pẽ.
col.2.de for.com. & in c.ult.ext.de
rapt.& Lud.Bol. conſi.37. nobilis
quidam, col.6. verſi. facit pro hoc.
& Hiero.Cagno. in d.l.2.§. poſtea
ne diutius, col.2.uer. põdera in pri-
mis, per illum tex.ff.de orig. iur.
Pro quibus faciunt multi alij tex.
ſuprà in 2.& 3.abhinc uerſi.allega-
ti.& facit etiam tex. in §.j.Inſti.de
S.C.Tertul. vbi ſcribitur Claudiũ
quidem primum, matri ad ſolatiũ li
berorum amiſſorum legitimam eo
rum hæreditatẽ detuliſſe, & confe-
ſtim ſubdit, poſtea autem S.C.Ter-
tulliano, quod diui Adriani tempo-
ribus factum eſt, pleniſſimè, &c.
Nam conſtat inter Claudium & A-
drianum nouem alios imperatores
fuiſſe. Et tex.in l.j.in prin.ff.de mi
lit.teſta. ubi ſcribitur, Iulium Cæ-
ſarem liberam teſtamenti factionẽ
primum conceſsiſſe, poſtea vero Ti
tum ampliſſimam indulgentiam in
eos contuliſſe. At inter Iulium Cæ-
ſarem & Titum fuerunt nouem im
peratores. Et tex in l.quo enim.§.
Iulianus.ff.rẽ rat.hab. & in l.j.iun-
cta gloſ.in uer. poſtea. C.ſi rector.
prouin. & in l.ſancimus.C.de iudi.
iuncta interpretatione, quã ei dant

quod

quos ſtatim citabimus. Nã in ea l. dicitur, quòd ſi contumax poſtea apparuerit, non aliter auditur, quã prius refuſis expẽſis. Quod uidetur intellexiſſe glo.j.in l.& ſi poſt tres. ff.ſi quis cautio.& ibi apertius Iac. But. & ẽt Iaſ.in ea ipſa l.ſancimus, col.3.in j.limitatione, quãdo nõ intra modicũ tẽpus comparet. Quod ſi uerũ eſt, neceſſariò intelligitur illa dictio poſtea poſita in d.l.ſancimus, longo, poſt, interuallo, ſed huius diuerſum uoluit Bal.in d.l.& ſi poſt tres, tum in priore lect. col.7. verſi.quinto opponitur, tũ in repe. col.pẽ.ver.in ea gloſ.in fin. & Aug. col.2.verſi.ſequit, in gl.ibi, & Pau. Caſt.i d.l.ſancimus, ĩ prin.& Barb. in cle.literas, col.8.in paruis, de reſcrip. Ex quorũ ſnĩa, ſi uera eſt qđ nunc non diffinio, hæc dictio poſtea, intelligitur in d.l.ſancimus, ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo.

7 ¶ † Ego autem dico ordinẽ quendã & ſequelam uel loci, uel temporis, vel cuiuſuis rei ad aliam hoc uerbo ſuapte natura intelligi, vt ẽt Priſcianus tradit li.14.& è noſtris Alexã. conſi.141. uiſo teſtamento, col. 2. verſi.cõfirmo ex illa, lib.2. Et nunc quidem incõtinẽti, & ſine interuallo, nũc ex interuallo aut longo aut modico, ex ſubiectæ rei argumẽto. Neq;.n. ſimpliciter certũ aliquod tẽpus demõſtrat, ſed prorſus dubiũ & ambiguum, ſecũdum Dyn. Ray. Bar. Albe. Raph. Co. Ro.& Iaſ.in d. l.fructus. ff.ſol.mat. Cy.in d.l.j.col. ult.ĩ 6.oppo.ff.ſi cer. pet. Bal. Imo. & alios in d.l.quoties.§.ſi quis ita. ff.de hær. inſti. [Bal.cõſi.64. quidã promiſit, lib.j. Albe.in l.rẽ quandã, in fin.ff.de dol. mal. dum dicit ex eo text.hanc dictionem nõ ſemper denotare interuallum. Alex. conſi. 234.uiſo proceſſu, ad fin.lib.2.&] cõſi.116.in cauſa inquiſitionis formatæ, col. 2.uer.in dubio, lib.3. Car. Alex.in c.cõmiſſum, col.j.in 2. locis, ext.de ſponſa.& mat. Phil. Dec. in d.l.in bonæfidei, col.3.uerſi.quartò not.C.de pact.& Matthæ. Afflic. in cõſti. Siciliæ inci. q̃ſtiones iuriſperitorum, in 5.no. Et probat text. in d.c.2.in illis uerbis, poſtea quandocunq;, de p̃ſcr.lib.6. Ob idq; Ro. Fran. Are.& Iaſ.in d.l.fructus. non approbant quod ſuprà diximus [in princ.huius glo.] de teſtibus deponentibus teſtatorẽ inſtituiſſe hæredẽ Seiũ, poſtea Semproniũ. Nã cum inquiũt, incertũ ſit ob eã dictionẽ poſtea, utrũ intelligatur incõtinẽti & ſine interuallo, an cum interuallo, nec ualeat quantum ad ſecundũ ſi ſit ex interuallo: certè ea probatio tanquã ambigua non cõcludit, per d.c.in præſentia, de proba. & l. matrem.ff.eo.tit. [& l. non hoc.C. vnde legi.cum ſimil.] Dicit tamen Iaſ.quòd durum eſſet recedere ab op.Bar.& communiori. At quantũ ad priorẽ illum caſum pertinet de inſultu & uulnere, nullus hactenus tenuit contrarium, quia ẽt cum dubium ſit ex eo teſtimonio, an incontinenti aut ex interuallo uulnus ſit illatũ, in dubio quod mitius eſt ſequimur, ut iam diximus, & probat tex.in l.præſes, & in l.interpretatione.ff.de feri. Igitur hæc dictio poſtea, ut repetamus, dubium & ambiguum tempus dicit.

8 ¶ † Sicuti & dictio antea, quę illi oppoſita eſt: ut planè liquet ex l. commiſſum.C.de adulter.atq; ex illo ipſius Suetonii loco in Domitiano, paulo poſt prin. In primiſq; poeticę ſtudium tam inſuetum antea ſibi, quã poſtea ſpretũ & abiectum. Ideoq; & ea denotat interuallũ incertum, ob idq; arbitrio iudicis ex ſubiecta materia ęſtimandum, ut ẽt uoluit Bar in l.j.§. diuus Seuerus,

in pen.q. & ibi Alexa.in addi. ff.de queſtio. & Imo. in l.qui aliena.§. ult.ff. de acquirend. hæred.[Vt & de dictione, ante, dicemus, poſteà, nu.19.incipiẽte, de dictione poſt.]

9 ¶ † Similiterq; dictio deinde, quæ idem ſignificat quod poſt, ſiue poſtea, vt probat text. in l.2.§.prius, vbi id no.Frã.Are.col.j.ff. de vulg. & pupil.ſub. & in l.tigni.§. ſi quis cum iudicij.ff.ad exhib. & in l.ſi filiusfa.in prin.ff.de reli.& ſumpt.fune.& in l. ſi ſeruũ Stichũ.§.nunc uideamus.ff.de uerb.oblig.& in l.edicto.§. cũ ante. ff.de iur.fiſ.& in l. ſi ſeruum.§.ult.ff.de acqui.hære.& in l.quibus.§. quidam.ff.de condit. & dem.& in l.ult. C.ad legem Corne. de fal.dum dicitur, primitus ei qui ſcripturã obtulerit, deinde ei, &c. & in §.ult.Inſtit. de lege falci.cum ſimi.& glo.in cle. dudum, uerſi.ac deinde, in ipſo verbo deinde, de ſepult. Et illud Ciceronis in Piſonẽ. Qui ſis auſus primũ facere, deinde Torquato grauiſſimo & ſanctiſſimo viro premente confiteri, &c. Et in Philip.14.Nollẽ primum reip.cauſa, deinde & dignitatis tuæ. Ideo & Signo. conſ.115. in quæſtio.Petri, col.j.dicit hãc dictionẽ eſſe ordinis deſignatiuam, & allegat l.2.§.deinde cum cenſus.& iterum.§.poſt aliquot deinde annos, & iterũ.§.deinde Cor.ver. poſt deinde.ff.de orig. iur.Et idẽ dicit Bal. conſi.295. primo dicam, poſt med.lib.2. Ex quo etiam poſt deinde nõnunquam coniunguntur.l.2.§. poſt deinde.ff.de orig.iur. vbi Zaſius uir nũquam ſatis laudatus id intelligẽs dicit deinde abundare, ſed ornatus cauſa poſitum eſſe. Et eſt ſimilis tex.in l.ulti. ff.commu. prædio, & in l. Seia.ff.de euict.& in §.his igitur, ſtatim poſt princ.Inſti.de iuſti.& iur. & in §.ſi quis agens. Inſti. de actio. & apud Terentium in Andria. Nunc primũ fac iſtæc vt lauet, poſt deinde quod iuſſit ei date bibere. Sed & nonnunquam deinde & poſtea copulantur vt in l. non quocunq;.§.j.ff.de leg. j.[& l.ſi iure, & l.ſi tibi.ff.de lega. 3.] & in l.filium.§.ſi quis contra.ff. de leg.præſtan.& in l.j.§.ſciendum ff.de ſuis & legi.hære. & in l.& ſeruorum.ff. de ſtat. ho. & in l.ſi plures.§.quãuis.ff. de admi.tut.& in l. ſi quis ita.§.ſi Titio.ff. de adi.lega. & in l.illud.§.idẽ.ff. ad leg. Aquil. & in l.ſicut.§. ſuperuacuũ.ff.quib. mod.pig.vel.hypot.ſol.& in l.quoties.§.vlti.ff.de noxa.act. & in l.vlti.ff.de caſtren.pecu. & in l.filiusfami.§.j.ff.de mili.teſta.& in l.ult.ff. iudica. ſol. & in l.ſi indebitum.§.j. ff.rem rat.hab. & in l.illud.ff.de peri.& commo.rei vend. [& in l.ſi alius.§.eſt & alia.ff. quod ui aut clã, & in l.ſi cum teſtamento.§.ſi fundum.ff.de exceptio.rei iudi. & in l. quamdiu inſtitutus.ff.de acqui.hære.] & in §.j.Inſtit.de replica.

10 ¶ † Ex quibus ſatis conſtat hanc dictionem deinde, quod ſuprà diximus, idẽ ſignificare quod poſt uel poſtea. Ideoq; & illa etiã intelligitur incontinenti, & ſine interuallo vel etiam cum interuallo, ſicuti & poſt & poſtea. Id enim voluit gloſ. in d.l.2.§.prius, ĩ uer. deinde, & ibi clarius Fran. Are.col.j.ff.de uulga. & pupil.ſub. & Philip. Dec.in l.pacta nouiſſima, col.3.verſic.ſecunda ſolutio, & ibi quoq; Alcia.in gloſſ. ul.col.pen.uerſi.tertius caſus.C.de pact.Ideo Tullius in ultima in Verrem actione, ut amoueret dubium, an ſtatim, uel cum interuallo intelligeretur hæc dictio deinde, ei coniunxit eam dictionem ſtatim, cum ita ſcribit. Statim deinde iuſſu Prætoris in crucem eſſe ſublatũ. [Glo. autem in l.illud. §.ſi idem.ff. ad legem

gem Aquiſ.exponit deinde, ex interuallo,& ibi Flori.notat hanc dictionem denotare interuallum.]

11 ¶† Igitur vt ad caſum l.noſtræ priuatim ueniamus,eam cenſeo procedere quandocunque poſt donationem nati fuerint donati liberi, ſiue incontinenti poſt, ſi de illis non cogitabat, quia fortè diutius ab uxore prægnāte abfuiſſet, ſiue ex interuallo qualicūque,aūt lōgo, aut modico,id eſt, ſine ullo temporis poſt donationem diſcrimine, nempe ex ſubiecto l.noſtræ argumento, cum ſemper & omni tempore poſt donationem obtineat ipſius l. ratio. Et ita quidem expreſſim per pauca quædam ex iis quæ diximus,uoluit Fran.Ripa.hic in 39.q. Et id certè non abſimili ratione uidere licet in caſu.l.j.ff.de capt. & poſtli. reuer. vbi ita cauetur, quòd ſeruus eius qui ab hoſtibus captus eſt, poſtea ſtipulatus eſt,hoc habebunt hæredes.Nemo enim,ut opinor,dubitabit illud obtinere, ſiue confeſtim poſt domini captiuitatem, ſiue longo poſt tempore ſeruus ſtipulatus fuerit, cum nihil ſit inter utrunq; diſcriminis.Et idem in l.ſi ita fuerit.ff.de leg.3. ubi fit mentio de eo qui poſtea natus erit, inve familiā uenerit, quive poſtea cognatus fuerit.Et multa alia exēpla in noſtris legibus comperies,ex quibus manifeſtè deprehendes hanc dictionem, poſtea,omne ſequens tempus comprehendere,'& propinquum, & remotum.

12 ¶ † Nec me tamen latet, Iaſonem in multis locis,uidelicet in l.ſi quis ita promiſerit.§.Seia,col.4. in ſexto notab.ff.de uerb.obliga. & in d. l.non erit.§.ſi neque.ff.de iureiur. & in d.l.fructus.ff.ſolu.mat. & in l. poſt dotem,col.j.eo.tit.& in d.l.iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pact.ſibi fecisſe finxiſſeque differentiam nouam quidem illam, ſed admodum nanam, inter hanc dictionem poſtea,& dictionem poſt, quæ ſi uera eſſet, ſubuerteret omnia quæ diximus. Ea autem eſt, dictionem poſtea,ſuapte natura denotare interuallum, poſt autem, minimè, ſed pro confeſtim intelligi. Idque probat ex d.§.quinimo,uerſic.idem reſponſum, in illis uerbis, poſt emptionem ex interuallo. Nam fruſtra,inquit, adiectum fuiſſet ex interuallo, ſi id intellectum fuiſſet. [Quod & idem uoluit Ioan. Crotus,nulla Iaſ.mentione facta,in repetitio.c.j.in j.nota.de conſtit.lib. 6. per d.§. quinimo. Quibus] adde & alium textum,in l.mulier.§.ſi heres,ibi, poſt multum temporis.ff. ad ſenatuſconſultum Trebel. E diuerſo autem, ut & hoc illi addas,iuriſconſultus cum poſtea addit confeſtim, in l. peregre, in princ.ff.de acquir.poſſeſ. quaſi ſine ea adiectione intellectum fuiſſet ex interuallo ex ipſius Iaſ.ſententia.Et ſimile eſt quod dicitur,poſtea ſine mora,in l. ſcire debemus.§.ſi a fure.ff.de uerbo.oblig.Et quod Terentius in Eunucho iūgit continuo cum poſtea. Hæc enim ſunt uerba illius. Hos prius introducam, & quæ uolo, ſimul impabo.poſtea cōtinuo exeo, Sed & Iaſonis ſententiā confirmat, quod uoluerunt gloſ. & Inno.in c. congregato,uterque in uerbo,poſtmodum, extra de electiom. interpretantes eam dictionem poſtmodum,antequam diuertant ad alium actum,ac durante eodem contextu electionis, & quod ſcribit Dominicus in cap.frequens, in princ.de reſtituti.ſpolia.lib.6. quòd ſi teſtes dicunt aliquem poſſediſſe poſt talem intelligitur immediatè & ſine interuallo.

 ¶†Verum

13 ¶†Verùm ego(pace Iaſo. & Croti. dixerim)nihil omnino video intereſſe inter eas dictiones,poſt, & poſtea,non magis quidem, quàm inter ante,& antea,quantum ad interuallum,de quo tractamus,pertinet. Ideoq; & dictionem poſt, ſicut poſtea, ambiguum etiam interuallum ſignificare,ſecutus Bart. & alios id nuncupatim de dictione poſt aſſerẽtes in d.l.fructus,& Franc.Are.in l. Gallus,in prin.colum.5.verſi.in gl. vltima,& ibi etiam Lancel. Gali.in repe.colum.7.verſic. item uerbum ff.de libe.& poſth.& [eundem Are. in d.l.ſi quis ita promiſerit §. Seia, in ſecundo notab.ff. de verb.oblig. & in] l.in duobus,in prin.ff.de duobus reis,& Philip.Franc.in c.j.in j. notab.de conſtit.libr.6.& ante hos glo.quæ id apertè ſenſit, in d.cle.literas,in verb.poſt datam, quam ibi expendit ibi Barb. colum.7.& ſeq. de reſcrip. & ex externis ſcriptoribus Aelium Donatum, virum quidem vnum omnium qui vocũ verborumque naturas ac proprietates optimè calluit,hoc quoque nuncupatim confirmantem in Eunucho Terentij. Idemq; de dictione antè, quæ reſpondet dictioni poſt,ſcribit Bald.conſi.179. ad euidentiam eſt præmittendum, li.2.vbi dicit quòd ſignificat incertum interuallum: quod & dicit Franc.Are.in d.l.2 .. prius,colum.j.ff.de vulga. & pupil. ſubſti. Nam quòd breue aliquando ſignificet,vt hoc illi addam, apertè probat text.in l. ſi ita fuero §. cùm pecuniam ff. de noua. Et quod etiã aliquando longum, probat itẽ tex. in l.j.ff.vi bono.rapto.cum ſimi.

14 ¶†Nam & quamuis hę dictiones antè & poſt ſeſe mutuo veluti reſpiciant,[tanquam relatiua, ſiue reciproca,] vt patet ex l. ſi bona ff. de bon.liber.ibi, poſt venditionem,& ante venditionem. & l.2.§. in auo, ibi,ante conceptionem, & poſt conceptionem ff.de decurio.& alibi ſæpe.& planiſſimè apud Tullium,ſi is eſt,lib.4.artis Rhetoricæ ad Herennium, quo loco de demonſtratione diſſerit. Id fieri, inquit,poterit, ſi quæ ante, & poſt, & in ipſa re facta erunt,comprehendemus. Hæc ibi. [Et lib.Acade.q. 4. Et cùm in hoc mundo ornatus hic ſit tam mirabilis,innumerabilis: ſupra,infra: dextra ſiniſtra:ante, poſt:alios diſſimiles,alios eiuſdem modi mundos eſſe.] Sicuti & antea,& poſtea,ſe quoque viciſſim reſpiciunt, vt ſuprà diximus,& probat etiam tex. in l.ſeruitutes §.ſi antea ff.de ſer. vrb.prædio.& in l.2.§. qui ad munera ff.de vaca.mu.& in l. quoniam §.ſi uſus, in fin.ff.de vſufru. ear.rer. quæ vſu conſu.& in l.2.§. ſed cùm perſpeximus,verſi.admonuimus C. de vet. iur.enuclean.& in l.2.C.de offic.q. & in §.igitur, verſicu.in quibus,in proœ.Inſti.& in c.nulli,de elec.lib. 6.& illud Tullij ſtatim poſt principium Oratoris ad Brutum, Multi oratores magni & clari fuerunt, & antea fuerãt, nec poſtea defecerũt. [Et ad Lentulum lib.j. epiſto. Appius in ſermonibus antea dictitabat poſtea dixit etiam in ſenatu palam. Atq; illud] Macrobij lib.3. Satur.c. 6.Delon neque antea, neq; poſtea hoc incommodo vexatam. Tamen ſæpiſſime vnum aliud mutuatur,cũ eoq; coniungitur,tanquam nihil inter ea interſit.Videmus enim ante, & poſtea copulari, & è diuerſo antea & poſt:ut in eo.§.in auo, & in ea.l.2.§.in filiis,& in l.libertus §.filium ff.ad municip. vbi ita ſcribitur,cùm antè militaſſet,uel poſtea, & in l. ex facto §.ſiquis autem ff.ad S.C.Treb.vbi dicitur,quis ante, & quis poſtea deceſſerit. & in l.epiſto

lam

lam §.j.ff. eo.titu.cuius hæc verba ſunt, vtrúmne poſt mortem ſuam, an antea.& in l.ſancimus §. cùm au tem C.eo.quoq; tit. vbi ita ſcribitur,uel poſt litem conteſtatam, uel antea & in c.tãta,in prin. extra qui fili.ſunt legi.& in c. poſt translatio nem,paulò ante fi.de renun.& in c. duo pueri,paulò ante fi. de deſpon. impub.& in c.ſi beneficia,de præb. libr.6.& in ſexcentis aliis locis, & apud Plinium libr.28.c. 10. foueri, inquit,frigida & antè & poſtea iubent.& ipſum Tullium in 3. in Verrem actione. Si habuiſſet iſte edictũ quod ante iſtum, & poſtea omnes habuerunt. [& Terentium in Andria. Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis Soſia,liberiùs viuendi fuit poteſtas,nam antea, Qui ſcire poſſes,&c.]

15 ¶†Imò & ex multis legibus manifeſtè apparet has diſtiones poſt & poſtea eſſe eiuſdem ſignificationis & naturæ, videlicet in l. forma §. quæ poſt cenſum ff.de cenſibus,vbi quod primo loco per dictionẽ poſt dicit,idem ſtatim per poſtea pronũ tiat. Quæ poſt,inquit, cenſum editum nata,aut poſtea q̃ſita ſunt, &c. & in l.j.in prin.ff.quan.de pec. act. anna.eſt.vbi etiam poſt & poſtea in eadem ſignificatione ponuntur. & in l.j.§.rectiſſimè ff.de vi & vi arm. vbi etiam quod per poſtea primo dixerat,ſecũdo loco dicit per poſt, & in l.legem C.de nat. lib. vbi primùm dicit poſtea, quod paulo poſt dicit poſt eandem legem. & in l.j. in prin.ff.de milit.teſta. ubi iuriſcõſultus nunc una utitur,nunc alia in re eadem aut ſimili: adeoq; vtranq; confundit,vt clarè cognoſcas nihil illum curaſſe,vtra vteretur & in §. ſi ab hoſtibus,verſi.dictum eſt, Inſti.quib.mod.ius patriæ poteſt.ſol. †vbi primùm ſcribitur poſtliminiũ dici à poſt & limine, deinde id exponens vtitur dictione poſtea, pro illo poſt.hæc enim ſunt verba illius loci.Dictum eſt autem poſtliminiũ à limine, & poſt, vnde eum qui ab hoſtibus captus eſt, & in fines noſtros poſtea peruenit, poſtliminio reuerſum rectè dicimus. Sed & ut ex eodem loco aliter intelligas nihil intereſſe iter has dictiones poſt & poſtea,ſcias eum locum eſſe exceptum ex Scæuolæ illius antiqui iuriſconſulti ſententia, quã Tullius libro Topicorum ita adſcripſit.Scæuola autem P. filius poſtliminium iunctum putat eſſe verbum, vt ſit in eo & poſt,& limen:vt quæ à nobis alienata ſunt cùm ad hoſtẽ peruenerint,& ex ſuo tanquam limine exierint, hinc cum redierint poſt ad idem limen,poſtliminio videantur rediiſſe.Vides enim, vt pro illis verbis Scæuolæ,aut Ciceronis,cum redierint pòſt ad idem limen,Iuſtinianus illa ſubſtituit,& in fines noſtros poſtea peruenit, vt iam nõ dubites ex horum locorum coniunctione nihil referre, ſiue poſt ſiue poſtea dixeris. Sed eſt & bonus textus,in §.quibus,Inſti.de hæredita tib.quæ ab inteſta. defer. vbi quod primùm per poſt dixerat, confeſtim per poſtea dicit,& in alijs infinitis. Nam & nihil omnino diſcriminis eſt inter eas dictiones, niſi quod poſt præpoſitio eſt, quæ cum accuſatiuo ſæpius coniungitur, interdum cum ablatiuo,cum dicitur, longo poſt tempore. Poſtea autem, quod ex poſt conficitur, aduerbium eſt, quod nullum caſum requirit: tamen & ipſa dictio poſt interdum quoque aduerbialiter ponitur pro poſtea, vt in l. ſiue libertus,in prin.ff.de iure patro. & alibi ſæpe, & apud Virgilium libro primo Aeneidos.

Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.

Et lib.4.Geor.

Atque alijs poſt commemoranda relinquo.

Et Terentiũ quoque in Adelphis.

Poſt faciet tamen.

Sicut & antè, quæ præpoſitio eſt, interdum etiam aduerbialiter ponitur pro antea, apud eundem Virgilium in Bucol.

Ante leues ergo paſcentur in æthere cerui.

Et de vtroque in illo Tullij loco ſuprà in 2.ab hinc verſiculo citato. Et probatur etiam apud noſtros in l.ſi libertus §.vlti.ff.eod.de iure patrona.& in l.j.§.emancipatus.ff.de collatio.bonor.& in l.j.poſt princ. ff.de bonis libert.& de vtroque eſt tex.in l.ſi te parẽs.C.de ſuis & legi. & in locis infinitis. [& hæc quidẽ annotata quoque ſunt à Priſciano libro 14. non vno in loco. Et ſimiliter antea nonnunquam ponitur pro antè, ut apud Ciceronem in oratione pro Sexto Roſcio Amerino, Cuius antea prædia poſſediſti,quàm ipſum agnoſti. Vides enim ibi antea quàm dici pro antequã.] Idcirco & antiquiores Romani iiſdem notis utrunque, ſcilicet ante, & antea, ſignificabant, nempe his ANT. vt ſcribit Valerius Probus, ut ex hoc facile cognoſcas, etiam ſi nihil aliud ſit, veteres illos proprietatis verborum obſeruantiſſimos, nullũ omnino diſcrimẽ inter vtrũque poſuiſſe,ſed paſſim vtroque ſine delectu ac ꝓmiſcuè,& prout legentibus libuiſſet,uſos fuiſſe.

16 ¶†Nec huic noſtræ ſñiæ quicquã obeſt tex. in d.l.iuriſgentiũ.§. quinimo.Nam non ob aliud ibi adiectum fuit, poſt venditionem ex interuallo,niſi quia dictio poſt, ſicut & dictio poſtea,utrunq; poterat ſignificare,& poſt venditionem confeſtim & ſine interuallo,& poſt vẽditionem ex interuallo. Ideo ne ſine interuallo intelligeretur,ſubiunxit ex ĩteruallo. In qua re ut unum tibi aut alterum exẽplum ex multis proponamus, in l.poſt contractum ff.de dona.in qua ita ſcribitur, poſt contractum capitale crimen donationes factæ valent, non magis intelligitur de donationibus factis cõfeſtim poſt crimen admiſſum, quã de factis ex interuallo. Imò verò quæ confeſtim crimen ſequuntur, magis obnoxiæ ſunt reuocationi, aut nullitati, quàm quæ longo poſt tempore ſunt confectæ, ut ibi not. per Bar.col.3.uer.quintò præſumitur.[& Alber.poſt Oldr.col.2. uer. Old.in hoc,]& alios,ibi, & Bald. in l.ſi quis in 2.locis.C.de bo. proſcr. [& Pau.Caſt.conſ.337. primò quæritur poſito quòd de uero, colũ. 3. uerſi.ſextò præſumitur,lib.j.] Sicuti & cùm è diuerſo maleficium confeſtim ſequitur alienationem, ut ꝑ Bald.in auth.ſed iam neceſſe, col.j. & ibi etiam Ange.in fi. C.de dona. ante nupt. [& eundem Ang.in l. ulti.col.2.uer.itẽ ſi donauit ante maleficium.C.de bon.proſcri. cũ aliis multis concor.adductis à Phil. Deci.cõſil.235. in cauſa magnifici, colum.2.uer.quinto præſumitur.] Similiter in l.j.C.ex delic. defuncto. ubi ſcribitur Reo criminis defuncto poſt litis conteſtationem ſucceſſores eius teneri, num intelligitur reo confeſtim defuncto lite cõteſtata tantum, an vero etiam longo poſt tempore? Et certè nemini dubium nihil intereſſe.

17 ¶†Quid ꝙ tex.habemus in l. Paulus.§.Caius.ff.de lib.cã,& in l. perfecta.C.de dona,quæ ſub mo.[& in l.latinus,in prin.ff.de lega.2.] & in l. qui

l.qui quadraginta. §.qui ducēta.ff. ad leg.fal.his uerbis utentes, poſt aliquantulũ tẽporis, & poſt aliquantum temporis, quæ idem ſignificāt, quod ſtatim poſt. Ex quo retorquē do argumentum Iaſ.in eum ipſum poſſes aſſumere, id uerbũ poſt, ſimpliciter prolatum intelligi de longo interuallo. Nã aliàs fruſtra adie ctum fuiſſet aliquantulum temporis, ſi intellectum fuiſſet. Quòd ſi quis neget ea uerba, poſt aliquantulum tẽporis, ſignificare ſtatim aut confeſtim poſt, & ita ſine interuallo, legat tex.his uerbis poſt ſtatim vtentem, in l.petens.C.de pact. Seu inquit, anteceſſit pactum, ſeu poſt ſtatim interpoſitum ſit.& in l.is q. §.Ariſto.ff.quod ui aut clam. ubi dicitur, ſtatim poſt uenditionem contractam, & in l.j.ff.iud.ſol.ibi, poſt rem iudicatam ſtatim dies cedit. & in l.j.§.dies, ibi, poſt ſniam dictam ſtatim, &c.ff.quã.appel.ſit, & in §. an ſeruo, inſti.de leg.vbi in duobus locis dicitur, ſtatim poſt factum teſtamentum.& in l.2.§.conſtat, ibi, ſtatimq; poſt ſniam.ff.de pœ.[& in l.liberto.§.vlt.in fin.ff.de annu. legat.cùm dicit, confeſtim poſt mortẽ patris & ſimilis tex.]in l.ideoq;. ff.de Carbo.edict.ibi.Nam ſi confeſtim poſt patris mortẽ, &c. Et paulo poſt ſubiungitur. Si uerò interpoſito tempore, & cætera, ut facilius hinc agnoſcas uim horũ verborum.[& in l.filium, quæ eſt pen. ibi, confeſtim poſt aditam hæreditatem.ff.de optio.lega.]& in l. j.§. exactio autem.C.de rei ux.actio. in ex ſtipulatu actionem transfuſa, cũ dicitur, ſtatim poſt diſſolutum matrimonium.& Suetonium in Auguſto. De reddenda republica bis cogitauit, primò poſt oppreſſum ſtatim Antonium. Sed & habes tex.in c.cũm, ext.de electio.vbi ſcribitur, continuò vnus poſt alium, & apud Plautum in Menechmis. Paucis diebus poſt Tarẽti emortuus eſt.& Cæſarem libro commentariorum de bello Gallico.4.Paucis poſt diebus ſeſe daturos dixerunt. Et iterum libro ſexto, paucis poſt diebus ciuitatem recepit. Et paulopoſt, interim paucis poſt diebus fit ab Vbiis certior, & Tullium Philipica prima, liberatus cædis periculo paucis poſt diebus, & iterũ Philippica decima, Caſſius lapſis paucis poſt diebus. & Saluſtium in Catil. Poſt paucos dies Lucius ſenator in ſenatu literas recitauit.& Cornelium Tacitũ lib.15.Paucos poſt dies vni ex illo contaminatorũ grege denupſit, vt omittamus illã loquẽdi formulam. qua & noſtri & alij ꝓbatiſſimi ſcriptores vtũtur, cũ.ſ.dicĩt paulopoſt, vt in §.vlt.in fi.Inſt.de exhære.lib. & alibi ſæpe.& Plautus in Pſeudolo.Paulopoſt magis ille hõ meus ẽ. & Tullius in epiſtola ad Octauiũ, poſt ẽt paulo tẽpibus ita poſtulantibus cedam vrbe. Et rurſum, paulo poſt fugatũ illũ hoſtẽ, &c. Sicuti & de dictione ante, quæ eandẽ vim (vt diximus) habet, eſt illud ipſius Cæſaris lib.j.Reperiebat ẽt Cæſar inquirẽdo prælũ equeſtre aduerſum paucis ante diebus factũ. Et ſæpius dixerũt paulo ante optimi ſcriptores, & oĩum princeps Tullius ſæpiſſime, ſed in nullo loco apertiùs declarauit propriam vim & ſignificationẽ huius locutiõis, quàm in 6.in Verrẽ actiõe, cùm ſcribit. Nuper homines nobiles eiuſmodi iudices, qd dico nuper? Imò vero modò, ac planè paulo ante vidim⁹, &c. Ex ꝗbus planè cõficies ꝑ arg.Iaſ.in eũ detortũ, dictionẽ poſt, ſuapte natura non ſtatim intelligi, ſiue cõtinuò, aut intra modicũ tps. Nam ad quid eæ dictiones adiicerentur, ſi ex illius di-

ctionis poſt, vi ac ꝓprietate intelligerentur? ſicuti & è diuerſo in dictione poſtea habemus tex. in l. ait lex. ff. ad leg. Aquil. cuius hęc uerba ſunt, & poſtea poſt longũ interuallum mortuus ſit. Nam ſi arg. Iaſ. eſt efficax, hauddubiè dictio illa poſtea ſuapte natura nullum aut modicũ ĩteruallũ ſignificaſſet ſine illa adiectione poſt longum interuallum, quod ipſe Iaſ. non admitt.

18 ¶ † Sed quid in tot ambagibus, & in inuolucris immoramur, cum habeamus alios tex. clarius omni luce ꝓbantes id quod aſſerimus, videlicet dictiones poſtea & poſt vtrunque ſignificare, & ſine interuallo, & ex interuallo? De priori quidem in d. l. in duobus, in prin. ff. de duob. reis vbi poſt ea uerba, licèt antè prior reſponderit, poſtea poſterior, continuo ſubiũgit & hæc verba, ſi ex interuallo concipiatur. Quaſi. ſ. illud quod dixerat, poſtea poſterior, poſſet intelligi & ex interuallo, & ſine interuallo, niſi adieciſſet, ſi ex interuallo concipiatur. Id quod annotauit Frã. Are. in prin. ex hoc inferẽs ad id quod ſuprà diximus de teſte deponente per dictionem poſt, & ita etiam apertè innuens nihil has dictiones differre, ut cũtrahat illum tex. de una loquentem, ad a'terã.

19 ¶ † De dictione poſt, habes & text. in l. vt iuriſiurandi §. iurare, le. j. ff. de pe. lib. vbi hæc uerba ſcribũtur. Iurare aũt debet poſt manumiſſionẽ, ut obligeĩ, & ſiue ſtatim, ſiue poſt tẽpus iurauerit, obligaĩ. Vides enim primùm lector amantiſſime, vt quod primo loco ſimpliciter dixerat poſt manumiſſionẽ, mox interpretatur, ſiue ſtatim, ſiue poſt interuallum. deinde vides quod ſtatim & poſt tempus ponuntur vt diuerſi, ſicuti etiam fit in l. ulti. §. ul ti. ff. quod vi aut clam. & in l. ſi quis ita. ff. de manu. teſta. vbi & gloſſ. interpretans tex. qui ita (vt diximus) loquiĩ ſcilicet ſiue ſtatim, ſiue poſt tempus, hęc ſcribit, id eſt ſiue in teſtamento, ſiue poſtea ex interuallo. Ex quibus etiam illud intelliges, eã glo. eas dictiones poſt & poſtea cõfundere & miſcere, quantum ad ſignificationem interualli. Sed & in l. 3. §. Stichus. ff. de ſtatulib. illico & poſt tempus ponũtur quoque vt diuerſa. & in l. generaliter. §. ſi cui legatum. ff. de fideicom. liber. vbi etiã confeſtim & poſt tempus vt diuerſa ponuntur. & in l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam. ff. ad S. C. Trebel. vbi eſt ſimili, tex. [ſicuti etiam eſt in l. vlt. §. vlt. ff. quod vi aut clã.] Et in l. obligari. §. tutor. ff. de auct. tutor. vbi in ipſo negotio, & poſt tẽpus, vt varia quoque adſcribuntur. Et eſt ſimilis text. in §. tutor. Inſti. eo. tit. vbi gloſ. expreſſim intelligit illud poſt tempus, ſcilicet non modicum. Nam aliàs non conueniret tex. vt ibi oſtenditur. & in l. ſi ſeruitus. ff. de ſeruit. vrb. præd. cùm dicitur, ſiue quod in præſenti, ſiue quod poſt tempus. &c. Et apud alios quoque probatiſſimos ſcriptores poſt tempus ſignificat confecta re, & intempeſtiuè, ſiue non ſuo tempore, vt Plautus in Captiuis, Serò poſt tẽpus venis. & Tullius ĩ oratione pro P. Quintio. Ego pro te nũc hoc cõſulo poſt tempus, in aliena re, quod tu in tua re, cùm tempus erat, conſulere oblitus es. Et apud nos in §. fideiuſſores, Inſt. de fideic. ita ſcribitur Plus enim eſt ſtatim aliquid dare, minus eſt poſt tempus dare: ſicuti è diuerſo ante tempus ſignificat & nõdum tempeſtiuo tp̃e. Tullius in 5. in Verrẽ actione. Vt in alienam prouinciam mittat literas ante tp̃s. Et in epiſtola ad Octauium, Decreuit in foro ſtatuam, locũ in Senatu

ſummum

ſummum honorem ante tempus.& Saluſtius in Iugur. Ante tp̃s domo digreſſos cõturbare rem. Et in l.pecuniam,ĩ fi.ff.ſi cer.pet.vbi ita dicitur.ante tempus petere videor. Et in eadem ſignificatione dicit̃ ante diẽ,vt apud Ouidiũ li.primo Meta.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

Et lib.4.Faſtorum.

Et pecus ante diem partus edebat acerbos.

[& in epiſtola Saphus ad Phaonem.

Ante diem lachrymas oſſa bibere meas.]

Et Papinianus lib.2.Syluarum.

Sic tener ante diem uultu greſſuq; ſuperbo.

Vicerat æquales.

[Et ante hos Virg.lib.4.Aeneid.

Sed cadit ante diem.

Et alibi eodem libro.

Sed miſera ante diem.]

Sed vt redeamus,ſũt & alij quoque tex.probantes eam dictionem poſt, interuallum ſignificare: vt in l.j.in prin.& iterum.§.j.rurſumq; in l.cũ poſt mortẽ.ff.quan.de pecul. actio anna.eſt.In quibus manifeſtè apparet eam dictionem ſignificare tempus annale.Et in d.l.poſt dotem.ff. ſol.mat.ubi poſt dotem datam non põt pater ſtipulari eam ſibi reſtitui facto diuortio ſine voluntate filiæ. Quod hauddubie intelligendum eſt ex interuallo,vt etiam gloſ.& doct. ibi intelligunt,quia incontinenti pater id ſibi inuita filia poſſet ſtipulari.l.quotiens,eo.tit.Id idem quoque tex.in l.2.§.deinde Cornelius. ff.de ori.iu.ubi diuus Auguſtus 16. prætores conſtituit, poſt deinde Claudius duos pretores adiecit.Cũ tamẽ inter Auguſtum & Claudium fuerint duo Imperatores, Tiberius ſcilicet & Caligula,qui diutius regnarunt. Et text.in §.vnum, in auth.de reſti.& ea quæ par.cum dicitur, poſt priores nuptias antequã annus expleat̃. Quibus uerbis apertiſſimè oſtenditur omne tempus q̃d intra annum eſt, comprehẽdi.Et in c.ab exordio.35.diſt. ſcribitur ꝙ poſt diluuiũ lex data fuit per Moyſen. Et tamen ſatis conſtat Moyſen ſecutum fuiſſe diluuium multis non dicam annorum,ſed ſeculorum curriculis.Ex quo & Domi.ibi no. in 3.no.eam dictionem poſt dici ẽt de longo interuallo.Ex tex.ĩ c.cum de appellationibus:in fi.de appel.li. 6.cũ dicitur,ſaluis is quæ ſuper appellationibus poſt ſententiam interpoſitis ſunt ſtatuta.Nam & ea dictio poſt,illic comprehendit appellationem decima pòſt die interpoſitam,ex alijs iuribus,ſicuti & ſcitè annotauit ipſe Domi.in eodem c.§. ſi vero,col.2.ex hoc inferens id q̃d ſuprà diximus,hanc dictionem pòſt ſignificare actum.qui fit ex interuallo.Et rurſum tex.in c.non ſolũ, eo. tit.& lib. tum in prin.c.ibi.innouata poſt appellationem.tum in §. illa verò,in illis verbis.quæ poſt appellationem interpoſitam ante diffinitiuam ſententiam innouantur. In quibus locis idem Domi.not.uidelicet in priori ad prin.illud idem quod in d.§.ſi uerò. Nempe quòd hęc dictio denotat actum qui fit ex interuallo.Et in poſteriori etiam in prin.not.has dictiones ante & poſt, ſignificare actum & mediatum & immediatum. Quod & idem dicit ipſe Domi.in d.c.frequens.in prin. poſt med.& ibi quoque Philip.Frã. in 3.notar.de reſtitu.ſpoli.lib.6.per d.c.non ſolum.Et idem Domi.in c. j.in prin.de cõſt.eo.lib.& in c.2.in prin.& ibi ante eum Petr.Anch.de confeſ.eo.quoque lib. & idem Do. in c.poſt ordinẽ,& ibi quoque Car.

Alex.

Ale.vterque in 4.no.5.diſt.& Imo. in l.cùm quidam.§.ſiuum,& ibi etiã Fran.Are.col.2.uerſi.in gloſſ.ſuper uerb.poſt certum.ff.de acqui.hære. & idem Fran.Aret.in d.l.Gallus, in prin.col.5.uerſi.in gloſ.ult.ff.de libe.& poſt.ubi illud nuncupatim dicit hanc dictionem utrunque ſignificare,& ex interuallo,& incontinẽti.Et rurſum in d.l.2.§.prius,col.j. ff.de vulg.& pup.ubi idem dicit de utraque dictiõe ante & poſt.& Car. Alex.in c.ſi quis poſt, in j.not.51. diſt.& Claud.Aquen.in l.non ſolũ. §.morte.in j.q.Bart.ſuper materia ꝓſtatiõis,& ibi quoq; Ant.Rub. in repe.ff.de ope.no.nun.& Philip. Dec.qui ex hoc cõſuluit ĩ pulchro caſu conſil.431.cuius ſuperſcriptio incipit,verba directa,col.2.verſ.ſed tamen prædictis.& ante hos Bal.cuius nullus illorũ meminit,ĩ c.cũ tu. ad ſi.vl.no.ex.de teſti.dicit ꝙ actus momẽtaneus non recipit has dictiones ante & poſt.& idem conſi.179. ad euidentiã,lib.2.aſſerit has dictiones ante & poſt,poſſe ĩtelligi & cũ interuallo,& ſine ĩteruallo.Ideoq; ſicut ſtatim & poſtea ponũtur vt diuerſa,vt ſuprà dictũ eſt in princ.ita & ſtatim & poſt,vt in l.ſi voluntas. C.de reſcin.vend.vt hinc etiam intelligas nihil omnino intereſſe inter poſt & poſtea.Et tradit Barb.in l.j.§.qui præſens, col.4.ff.de verb. oblig.hãc dictionẽ poſt ex propria natura denotare interuallũ, & allegat quædã loca loquẽtia d̃ dictione poſtea,tanquã ſcilicet ſentiat nihil eſſe diſcriminis inter vtrãque. Sed bene facit tex.in ea.l.qua Iaſ.innititur,ſcilicet in l.iuriſgentiũ.§.ſiue autẽ.ff.de pact.vbi ab initio,& poſt pactũ,ponuntur,vt diuerſa,

20 ¶†Quæ cum ita ſint,idcirco multi dixerũt teſtes deponentes Titium poſſediſſe poſt Caium,nõ cõcludere hunc poſt illũ illico,& vt noſtri loquuntur,immediatè poſſediſſe, cõtra quàm ſuprà ex Domi.diximus. Ita enim voluit ipſe Domi.ſibi palam contrarius,& poſt eum Philip. Fran.in d.c.j.de cõſt.lib.6.& idem Domi.in c.vlt.& ibi quoque Card. Ale.vterque poſt prin.24.diſt.rurſusq; vterque in c.qui ſemel,ĩ 2.no. 50.diſt.& Barb. in proœ.cle.§.hæc ſanè.col.j.& Ant.Burg.in c.ſi venditori,in prin.ext.de empt.& vendi.pro quibus eſt tex.ſuprà à nobis citatus,in c.cauſam,ext.d̃ elect.ibi, vnus continuò poſt alium.Et idem ſi teſtis loquatur per dictionem ante,ita ſcilicet,Caium poſſediſſe ante Titium,vt non probet immediatam vtriuſq; poſſeſſionem,affirmat idem Domi. in[c.Romana.§.cum aut,in 2.no.de app.li. 6.vbi nũcupatim dicit poſſe referri ad act⁹ mediatos,& ĩmediatos, & trahit ad id qđ diximus de teſte: & rursũ ĩ c.j.§.licèt. in 3.no.de proc.]c.habeat.18. diſt.& ipſe item Domi.& Car.Ale. in c.ſi quis,etiam in fin.32.diſtin.& idem Car.in c.ante ſententiam, in prin.2.q.6.& Barb.in l.qui ante calendas,col.2.ff.de verb. oblig. Et vtrunque voluit ipſe Domi.& Car. in c.j.poſt.prin.26.diſt.& Felyn.in c.licèt cauſam,col.6.verſic.item de teſt.ext.de ꝓb.Et eſt optimus tex. etiam probãs dictionem ante,ſignificare actum & mediatum & immediatũ,in c.capellanus,vbi Pan.not. in 2.no.ext.de fer.Et facit etiã tex. in c.ex tua,ibi,qui in proximo ante eos eccleſias tenuerunt,ext.de fili. presby.& ſimilis tex.in c.Michael, eo.ti.& tex.ĩ c.cùm.ꝑ.ibi,vnus poſt alterum inſtanti viciſſitudine, ext. de accuſat.Igitur cùm hę dictiones poſſint vtrunque ſignificare,conſequens fit probationem quæ de immediata poſſeſſione debet fieri, hic non

non concludere, tanquam ambiguam, vt ſuprà diximus in ſimili, per capitul. in præſentia, de probatio.

21 ¶†His adde quòd cùm præpoſitio à plerunque idem ſignificat quod poſt, vt in l.2.§.quod ad magiſtratus.ff.de origine iuris, cùm dicitur, & veluti ſecũdum locum à regibus obtinebat, id eſt, poſt reges, vt ſcienter exponit Zazius, qui & ad hoc citat illud Plinij lib.28. Equarum virus à coitu in lychnis accenſum, id eſt poſt coitum. Cui adde & eũdem Pliniũ lib.7.c.6. Sternuiſſe à coitu, abortiuum eſt. [& lib.25.c.5. Hoc contingere, ſi à coceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo, paulò poſt quarto die à balneo coire eas.] & Plautum in Curculione. Quid anteponis Veneri à ientaculo. & illud Suetonij in Tiberio. A commeatu caſtra repetentes, id eſt, poſt ientaculum. & commeatum. Certè etiam eadem dictio poteſt ſignificare & ſtatim poſt, & ex interuallo, vt probat illud eiuſdem Suetonij in Cæſare, Plebs ſtatim à funere ad domum Bruti & Caſsij cũ facibus tetendit. Nã ſi ea locutio à funere ſimpliciter ſignificaſſet continuo poſt funus, fruſtra Suetonius ſtatim addidiſſet, vt diximus in ſimili de dictione poſt. Quanquam idem Zaſius in eadem l.2.verſi.initium, in verbo, à cæde, arbitratus eſt eam dictionem habere vim immediati temporis, motus auctoritate illius loci Suetonij, qui diuerſum ꝓbare videtur; ſicut & illud eiuſdem in Tiberio. Sed nõ ſtatim pòſt à funere ad negotiorũ conſuetudinem rediit. Neque tñ inficior eam dictionem cùm tempus aut locũ diuidit, ſignificare immediatum tempus aut locum, vt ſi dicatur. à die, à fundo Titij, & ſimilia, vt in l. pater.§.ſexaginta. ff.de adul. quam & ipſe Zaſius citat, cum ſimi. [Ideoque Fran. Are. conſi.71. diligenter & maturè, col. vlt. ſcribit quòd ea verba, à prima hora mortis, ſignificant immediatè finita prima hora.]

22 ¶†Quod autem ſuprà dictum eſt ex glo. & Inno. in d.c. congregato, de elect. nihil noſtræ ſententię contradicit, quando non negamus has dictiones, poſt, poſtea, poſtmodum, etiam poſſe intelligi cõfeſtim poſt, & ſine interuallo, ſecundum ſubiectam materiam. Nam & illic ita intelligi debere ſuadebat text. in c. cùm poſt petitam, ext. eod. quem allegant gloſ. & Innoc. Sed id tantùm dicimus non neceſſariò nec ex natura dictionis eſſe. Quin etiã habemus tex. probãtẽ dictionem poſtmodũ, qua vtitur d.c. cõgregato, ſignificare ẽt interuallum, in l.2.C.de cuſ.reo. ꝓut illũ intelligũt Iac. Bu. & Ang. ibi. & Bar. in l.j.§.diuus Seuerus. in pe. & vlt.q.ff.de quæſt. & Barb. qui hoc nuncupatim adſcribit huic dictioni, in d.l.ſi à fure, col.3. ff.de verb.obli. [& in c.potuit, col. 7. verſi.& pondera iſtum, ext.de locat.] & conſil.54. illud afferam, col. pen. lib.j. & conſi.60. ſapienter ſcripſit, col. antepen. eo. libr.j. & conſi. 9. preclare ſcribitur, col.4. lib.2. & cõſi.71. eodemque vlt. ſapienter magnus ait, col.10. verſi. ſecundò pondero, eo. lib.2. vbi & ad hoc allegat tex. in c. in præſentia, ext. de prob. quem dicit meliorem totius iuris. & conſi.25. ſcribitur ſapientiæ ſeptimo, col.3. libr.3. & eſt bonus text. in c.j. ad fin. iuncta gloſſ. in verb. poſtmodum, circa med. extr. quod met. cauſ. & in c. ex parte B. extr. de corp. vitia. & in c.j. de iur. cal. lib.6, cùm dicitur, poſtmodum in qualibet parte litis. Et ipſe Barba. in eod. conſilio.9. libr.2. ex eo infert

fert etiam dictionem,poſt,ſignificare interuallum,& id quidem longũ tãquam ſcilicet poſtmodum & poſt ſint eiuſdem ſignificationis. Sed & de dictione poſtmodum habemus, & alios optimos tex.in d.c.non ſolùm, ibi, poſtmodum infra decennium,de appel.lib.vj.& in c.literas ibi,poſtmodum anni ſpatio reuoluto,extra de conceſ.præben. Ex quo Fran.Rip.in c.cùm M. Ferrariẽ. in 16.no.dicit etiam hanc dictionem poſtmodum,denotare interuallum magnum vel modicum ſecundũ ſubiectam materiã. Et tex. optimum in c.accuſatus.§.licet verò, de hęr. lib.6.ibi,& poſtmodum voluit corrigere dictum ſuum.Et ibi gloſſ.in uerb.poſtmodum,interpretatur ex interuallo,quam ſequuntur Ioan. Mona.Arch.Ioan.And.Do.& Phil. Franc.& tex.in c.commiſſa, verſi. cæterum,iuncta glo.ibi, quę interpretatur poſtmodum,elapſo anno. de elec.lib.6. Nec omittemus tex. in l.neq; C.de decur.lib.10.ibi,vel poſtmodum quoquo tempore,& in c.potuit.extra de loca.cum ſcribiẽ, niſi celeri ſatisfactione poſtmodum ſibi conſulere ſtuduiſſet. Nam ſi ea dictio ſuapte natura modicum tempus ſignificaſſet,fruſtra hæc uerba, celeri ſatisfactione adieciſſet. [Porrò Terentius in Hecyra vtitur hac dictione poſtmodum,ne quis putet eam barbaram.Neq; abs te immerito eſſe accuſatam poſtmodum reſciſcat.]Cyn.autem in d.l.j.in 6.opp. ff.ſi cert.peta.pares facit has dictiones poſt & poſtea, aſſeritq; utranq; ſignificare tempus dubium.

23 ¶ †Deniq; vt hoc caput finiam, ſi plura ſcire cupis de natura & ſignificatione harũ dictionũ poſtea poſt, ante, vide tex.& no. in l. eũ qui ita §.qui ita ſtipulaẽ,& in d.l.qui ante calendas,ubi plenè Rapha. Co.Ro. & Fran.Are.ff.de ver.oblig. & in l. anniculus.§.ante diem,& ibi doct. præſertim verò Alci. qui eum locũ doctè ac ſcienter interpretatur. ff. de uerb.ſig.& gl.j.in c. anteriorũ. 2.q.6.Old.conſi.49.conſueuit, col. vl.verſi.quod quandoq; ante. Albe. in proœ.ff.in §.illud autem, & ibi etiam Hiero.Cagn.& eundem Alb. in ſuo vberrimo lexico,in uer. poſtea,latè Bar.& alios poſt gl. in l.2. §.creditum.ff.ſi cer.pet.Bar. Salyc. Imo.Fran.Are.Ale.& alios recentiores in l.ſi cui legetur.§.hoc aũt. ff.de leg.j.& ibi etiam ipſum Fran. Are.in prin.l.[Bar.in trac.de inſula in verb.quod ſi vno,col.j.ver. uidẽdum eſt de ante.]& Bar.& Bal.in l. inſulam.§.fructus.ff.ſo.ma. [Sign. in rep.l.poſtquam,col.2.uer.venio ad oppo.C.de pac.] Bal.in l. ex his verbis,circa med.C.quand.dies lega.ced.& in l.2.C.ne de ſta.defunc. [vbi per eum text.dicit hãc dictionem tempus præteritum perfectũ ſignificare.]& in d.c.cùm tu,in ul. no.de teſti.& in d.conſi.179.ad euidentiam,lib.2.[Sal.in l.ſi pacto colum.5.uer.ad l. nuda. C.de pact.] Ang.conſi. 275.thema ſuper quo conſilium petitur,col.vl. ver. nunc venio ad depoſitionem, & Rapha. Co.conſi.99.quædam poſſeſſio, in vlt.dubio.Pau.Caſt.conſi. 117. ſuper primo dubio ſi quæritur, colũ. 2.lib.j.Car.Flo.conſil.105.conſiliũ redditur,col.2.ver.durat ergo tandiu,& iterum col.pen.ver.ad quintam. Domi.conſil.121.attenta forma,colum.j.Alex.in l.ſi quis eum. §.j.col.j.& ibi ẽt Frã.Are.in j. no. ff.de uulg.& pup.& in l.iter ſtipulãtẽ.§.ſi Stichũ.ff.de ver.ob.& conſi. 141.viſo teſtõ,col.2. uer. confirmo ex illa dictione poſtea lib.2.& Frã. Are.in l.ſi ita quis, in ſecundò no. ff.de vulg.& pup.Barb.in c. ul.col. 8.de

8.de reſcrip. & in c.poſt ceſsionem colum.j.de probat. ſozi.in l.ſed in illo §.ſed circa, colum.2.ff.de reb. dub.& Anto.Corſe. in ſuis ſingu.in ver.poſtea. [Philip.Dec.conſi.431 cuius ſupraſcriptio incipit, verba directa, circa medium. & conſ.593. viſo puncto, col.2.verſicu.prædictis tamen non obſtant.]

SVMMARIVM.

1 *Verbum ſuſceperit, cuius ſit ſignificationis, & nu.2.*
Imperatorum recentiorum tempore, nitor, elegantia, & puritas linguæ latinæ amiſſa.
Imperator in ſuis legibus quandoque groſſo modo, & impropriè loquitur.
Iuriſconſulti aliquando verba non admodũ proba aut recepta vſurpãt.
Certiorare, meliorare, certificicare et certificatio, & alia id genus, uerba Iuriſconſulti.
Medietatis uocabulo, uſus eſt Iuriſconſultus.
Iurium interpretes excuſari debent, ſi impropriè, & groſſo modo loquuntur.
Iuriũ interpretibus permiſſum eſt loqui, ut lex uel imperator loquitur.
Tullius nonnunquam populariter loquitur, & interdum non tam proprijs nominibus quàm notioribus.
Solon Athenienſium legislator, in ſuis legibus pingui Minerua loquutus.
Solæciſmus unde dictus.
Galenus non admodum deteſtatur ſolæciſmum, modo res clarè pronuntietur.
Rudius loquere & planius.
Sacræ res elegantiam aſpernantur.
2 *Lex noſtra an procedat cùm adoptatur filius poſt donationem, & nu.3. cum ſeq.uſque ad nu.26. incluſiuè.*
3 *Adoptio facile ex fraude fieri poteſt.*
Adoptio non tollit fideicommiſſum factum ſub conditione, ſi quis ſine liberis obierit.
Is cui in tempus liberorum aliquid relictum eſt, non poteſt optando illud conſequi.
4 *Filij adoptiui non proſunt patribus, ad conſequenda munera ob filios conceſſa.*
5 *Filius adoptiuus non comprehenditur in conſtitutione, quæ legitimam filiorum auxit.*
Filius adoptiuus duas quartas non detrahit.
6 *Filius adoptiuus ſoluit gabellam, ex eo quod ſibi à patre adoptiuo relictum eſt, ut extraneus.*
Filij appellatione ſimpliciter non uenit adoptiuus.
7 *Statutum loquens de filiis, nunquam intelligitur de adoptiuis.*
Filij adoptiui ſunt ficti, imaginarij, & abuſiui filij, & nu.12.
Filij adoptiui in nulla diſpoſitione ueniunt.
Verbum uidetur fictionem denotat.
Dictio perinde idem præſtat, & improprietatem.
Idem dictio quaſi.
Filij adoptiui ad filiati dicuntur.
8 *Filius adoptiuus an ſuus dicatur, & nume.21.*
Filius adoptiuus præteritus an rumpat teſtamentum & nu.20.
Pater an teneatur filium adoptiuum alere, & nu.20.
Filio adoptiuo an legitima debeatur & nu.20.
9 *Pater an poſſit in filium potentiorem alienare.*
10 *L.Cum acutiſſimi. C.de fideicom. & ſimiles, non habent locum in filijs adoptiuis.*
11 *Statutum præferens maſculos fæminis,*

nis, non procedit in adoptiuis.

12 *Filij adoptiui non comprehenduntur in conceſſione feudi uel emphyteuſis facta pro ſe & ſuis, & nu. 13.*

Statutum uel conſuetudo de ſimplici loquens, non extenditur ad fictum.

Adoptiui non comprehenduntur in priuilegijs.

14 *Diſpoſitio l. j. C. de ijs qui ante aper. tab. nõ habet locũ in filio adoptiuo.*

Pater adoptiuus non poteſt adire hæreditatem delatam filio, eo exiſtente in extremis.

Diſpoſitio l. Iubemus C. ad tertullia. in adoptiuis filijs locum non habet.

15 *Liberorum appellatio non pertinet ad adoptiuos, & nu. 16. & 17.*

Talem fieri aliud eſt, & aliud pro tali, uel loco talis haberi.

17 *Verba naturaliter & non ciuiliter indubio accipienda.*

18 *Legi noſtræ an locus ſit, ſi donans habebat filium adoptiuum, quẽ falſo rumore mortuum eſſe putabat, & nu. 19. 20. 21. & 22.*

19 *Filij adoptiui ſuccedunt etiam in patronatu eccleſiaſtico, & in regno.*

Ioanna Siciliæ regina adoptauit in filium Alphonſum Regem. Arragonum, qui ei ob idem regnum ſucceſſit.

Adoptiui dicuntur filij regis aut imperatoris. ſicuti & ſenatoris & decurionis.

20 *Filij adoptiui tranſmittunt hæreditatem etiam non aditam ad hæredes.*

Filius adoptiuus excludit naturales tãtũ filios, et aſcendentes et uxorẽ.

Filij adoptiui bonorum publicationem impediunt.

Filij adoptiui reuocant alienata in fraudem.

Filij adoptiui agunt de inoſſicioſo & iniuſto teſtamento.

Fis etiam quarta debetur.

Senatus conſult. Syllania. in filijs adoptiuis locum habet.

Venter in poſſeſſionem bonorum aui adoptiui mittitur.

21 *Filio adoptiuo defertur tutela legitima.*

Filij adoptiui non uocant patrem in ius ſine uenia.

Filius adoptiuis in teſtamento imperfecto, poteſt relinqui & pupillariter ſubſtitui.

Filij adoptiui an ueniant appellatione filiorum in odioſis.

Pater adoptiuus uenit appellatione patris in odioſis.

Filius adoptiuus poteſt ſubrogari ex ſtatuto permittente ſubrogare filium.

22 *Filij adoptiui apud Gallos non ſuccedunt.*

23 *Poſt donationem precibus & rogatus donatarij adoptatus an huic legi locum faciat, & nu. 24. & 25.*

Inſtitutio poſthumi, trahitur ad eos, quos poſteà ipſe teſtator arrogauit.

24 *Intellectus l. ſi quis poſtumos. ff. de lib. & poſt.*

Cognatorum appellatione, tam ciuiles quam naturales ueniunt.

Filiorum enunciatio propriè ad naturales & legitimos refert.

Verba in contractibus propriè debent intelligi.

26 *Lex noſtra an procedat in filijs ſpiritualibus, qui ex ſacro fonte leuantur, & nu. 27. cum ſeq. uſq; ad nu. 40. incluſiue.*

Filius ex ſacro fonte leuatus, ſubſtitutum non excludit.

27 *Filius ſpiritualis ita debet diligere & uenereri, imò magis patrem ſpiritualem quàm carnalem.*

Affinitas ſpiritualis, maior eſt quã Carnalis.

Filius patrem ſpiritalem interimens ut parricida punitur.

Spiri

Spiritualis cognatio, ſicut carnalis matrimonium impedit.

Spiritualis cognatio maior quàm, carnalis.

Diſpenſatio matrimonij difficilius, conceditur in cognatione ſpirituali quàm carnali.

28 Filius ex ſacroſante leuatus, an parentes ſpirituales poſſit ſine uenia in ius uocare, & nu. 36.

29 Iudex pater aut filius ſpiritualis an recuſari poſſit, & nu. 37.

30 Teſtis pater aut filius ſpiritualis, an poſſit eſſe, & nu. 38. & 39.

31 Filij ex ſacroſonte leuati, utrum ſint alendi, & nu. 40.

32 Pater & filius ſpirituales, non poſſunt conueniri niſi inquantum facere poſſunt.

33 Mulier commater, poteſt occiſorem ſui compatris accuſare.

34 Promittens defendere aduerſus oẽs, nõ intelligitur promittere aduerſus ſe & ſuos, nec contra compatrem.

Receptanti compatrem bannitum, parcitur, ſicut receptanti bannitum cognatum.

35 Coniuncti ſpiritualiter an poſſint agere ſine mandato.

40 Filius ſpiritualis an comprehẽdatur in aũt res quæ. C. commu. de legat.

Filius ſpiritualis, utrum in bonis patris legitimam habeat.

Filia ſpiritualis an ſit dotanda.

41 Compaternitas an per procuratorem contrahi poſſit.

42 Monaſterium quod donans ingreditur, an reuocet ex hac lège, & nu. 43. cum ſeq. uſq; ad nu. 48.

Monaſterium an uicem liberorum, obtineat.

Feudum tranſit in monaſterium, quod ingreſſus eſt, qui id acceperat pro ſe & filijs.

Monaſterium adeò tenet uicem ſui hæredis, ut prohibitus alienare emphyteuſim, poſſit tamen in ea monaſterium inſtituere.

Monaſterium tanquam poſthumus.

Monaſterium reuocat teſtamentum prius factum.

44 Fictio nõ habet locũ in cõtractibus.

Contractus non niſi propriam & ſtrictam interpretationem accipiunt.

Monaſterium in ſtatutis nõ uenit appellatione filij uel hæredis.

Conditio tacita non magis operatur quàm expreſſa.

45 Subſtitutio facta ſi qs deceſſerit ſine liberis, ĩtelligiť de ueris et nõ fictis.

Filij ueri qui dicantur.

Monaſterium eſt filius fictus.

Haberi pro tali improprietatem denotat, & nu. 54.

46 Monaſterium haberi pro filio obtinet tantum in ultimis uoluntatibus, & id quidem in caſibus expreſſis.

Imò nunq̃ ſecundum aliquos, n. 47.

47 Allegatio partis ĩ lege nõ facit ius.

48 Monaſterium reuocat uſque ad legitimam.

49 Lex noſtra an habeat locũ in alumnis, quos nutrices aut alij educant, & nu. 50. cum ſeq. uſq: ad nu. 55.

Nutrices dicuntur matres, & num. 50. Sed an propriè uel impropriè uide nu. 54.

50 Mater pro nutrice interdũ accipitur.

Alumnus an poſſit in ius uocare ſine uenia, nutricẽ aut aliũ educatorẽ.

Patris & matris nomine uenit educator.

51 Nutrices & educatores magno affectu proſequuntur alumnos & è diuerſo, & nu. 52. & 53.

53 Minor nutricem, educatorem, & alumnum manumittere poteſt.

Nutrix & alumnus æquiparantur coniunctis ſanguine.

Alumnus eſt de familia.

Mater, nutrix & auia, poſſunt ſuſpectos tutores poſtulare.

Alum-

Alumnus ſimilis eſt matri quæ pupillum inſtituit, eique in tutore dando proſpicit.

Educatores poſſunt petere tutores, dari.

Alumni accipiunt legata ex teſtamento imperfecto & non ſolenni.

Pater reniti non poteſt, quin eius filia non nubat, educatoris filio.

Alumnus non poteſt educatorem accuſare.

Alumni in generali obligatione non ueniunt.

Alumnum retinens, tenetur ut qui filium retinet.

Nutrices Chriſtianæ ne ſint iudæorũ.

Alumnorum cum nutricibus concubitus interdictus lege Moſaica.

54 *Alumnus & educator an ſint teſtes idonei.*

Libra ſeu cataſtrum patris, non prodeſt alumnis.

55 *Nutrices an ſuccedant.*

Nutrices an alumnos inſtituere teneantur.

Nutricibus & alumnis, an legitima relinqui debeat.

56 *Filÿ merè naturales, an ex [illegible] legè reuocent donationem, & n. 57. cum ſeq. uſque ad n. 63. incluſiuè.*

L. Cum accutiſſimi C. de fideicom. & ſimiles, an habeant locum cùm inſtitutus reliquit filios naturales tantum.

Filÿ naturales non faciunt locum cõditioni liberorum.

Donatio inoſſicioſa non reuocatur à naturalibus liberis tantum.

58 *Filÿ illegitimi non ſunt in poteſtate patris.*

Nec eis pater dat tutorem.

Nec rumpunt teſtamentum.

Nec eis legitima debetur.

Nec in fraudem alienata reuocant.

59 *Filÿ naturales non excludunt fœminas ex ſtatuto repellente fœminas ob maſculos, & nu. 118.*

60 *Teſtamentum quod imperfectum ualet inter liberos, non ualet in quantum ad filios naturales.*

61 *Filÿ naturales non proſunt patri ad munera & priuilegia.*

Pater filiam naturalem dotare non tenetur, & n. 119.

62 *Filÿ naturales matribus ſuccedunt, etiam de iure canonico, atq; etiam auiæ maternæ, & aliÿs per matrem coniunctis.*

Matres filÿs naturalibus ſuccedunt.

Filÿ naturales poſſunt teſtamentum matris inoſſicioſum dicere.

63 *Matris teſtamentum imperfectum ualet, in filÿs naturalibus.*

Filÿ naturales ali debent à matribus, & auis maternis, & è diuerſo.

Mater tutelam filiorum naturalium gerit, aliàs tutores petere tenetur.

Filus naturalibus poteſt mater exẽplariter ſubſtituere,

Habentq; in eis locum leges odioſæ reſpectu matris.

Filius naturalis admittitur ad emphyteuſim acceptam per matrem, pro ſe & ſuis filÿs, niſi ea ſit illuſtris.

64 *Filius naturalis legitimatus poſt donationem, utrum ex hac lege reuocet, & nu. 65. cum ſeq. uſq; ad nu. 7. & incluſiuè.*

Legitimatio fieri non poteſt in præiudicium eorum quibus ius eſt iam quæſitum.

Reſtitutio non obeſt ei cui eſt ius, quæſitum.

Legitimatio non retro trahitur ad præiudicium alterius.

Fictio non habet locum in alterius præiudicium.

Legitimatus non habetur pro legitimo, niſi quantum ad ipſum legitimantem, non quantum ad cæteros.

Legiti-

Legitimari quis non poteſt per uoluntariam iuriſdictionem, niſi citatis ijs quorum intereſt.

65 *Legitimatio cum fit uiuente & conſentiente patre, non requirit agnatorum citatio, nec aliorum quorum intereſt, ſecus ſi patre mortuo, niſi ipſe pater ita ante mortẽ diſpoſuiſſet, & nu. 76. 86. & 94.*

66 *Donatio reſcripti auctoritate reſcindi non debet.*

Reſcripta quæ ius alterius auferunt non ualent.

Priuilegia debent intelligi ſine præiudicio iuris alteri quæſito.

67 *Actus perfectus non reuocatur ex ſuperuenienti caſu.*

69 *Natus iterum naſci non poteſt.*

Recentari uerbum quid ſignificet.

Renaſci quis non poteſt, niſi quadam iuris fictione.

Renaſci quis dicatur.

Verba naturaliter ſunt intelligenda.

71 *Legitimatus per matrimoniũ an ex hac lege reuocet donationẽ, et n. 72.*

Legitimatꝰ p matrimoniũ habet q̃relã inofficioſæ donationis et nõ alij.

73 *Matrimoniũ cõtractũ ĩarticulo mortis, an ualeat, et an p ipſũ legitimẽtur filij naturales in p̃iudiciũ aliorũ et an taliter legitimati reuocent donationem ex hac lege, & nu. 74.*

76 *Legitimatus poſt mortem patris, an ex hac lege reuocet donationem, & nu. 86. 87. & 88. uſq; ad num. 99.*

Expreſſa uoluntas plus habet uirium quàm tacita.

77 *Legitimatus utrum dicatur uerè legitimus, & nu. 92. & 96.*

78 *Legitimatus, an ſit ſuus patri hęres.*

79 *Legitimato debetur legitima.*

Legitimatus coram duobus teſtibus poteſt inſtitui.

80 *Legitimatus uicem, poſthumi obtinet.*

81 *Teſtamentum an rumpatur legitimatione filij naturalis & nu. 97.*

82 *Legitimati an excludant fœminas ex ſtatuto, & nu. 98.*

83 *Legitimati æquè conſeruant familiam ut legitimi.*

84 *Legitimatus ſubſtitutum excludit, & nu. 86. & 99.*

85 *Legitimati, nihil differunt à legitimis.*

Dictio nihil eſt uniuerſalis negatiua, & debet uniuerſaliter operari.

Iura loquentia de filijs legitimis locum habẽt in legitimatis.

86 *Filius naturalis, pro legitimo habetur quantum ad naturale fœdus.*

89 *Adoptare facilius eſt quàm legitimare, & nu. 90.*

Adoptare quilibet poteſt apud ſimplicem magiſtratum.

Legitimatio non facile niſi à Principe impetratur.

Impoſſibile reputatur, quòd à ſolo principe conceditur.

Fraus facilius fit in adoptione, quã in legitimatione.

90 *Filius quis poteſt eodem momento fieri adoptione, & extraneus emancipatione.*

91 *Spurius natus tempore donationis, an reuocet ex hac lege.*

92 *Legitimi uocabulum ſemper ſonat in ciuilem intellectum.*

Legitimum eſſe ex iure dependet.

93 *Lex in ijs quæ pendent à uoluntate ipſius, fingendo ſiue utẽdo uerbis fictionis, uerè facere cenſetur.*

95 *Donans an in dubio cenſeatur de liberorum naturalium legitimatione cogitaſſe, ut huic legi locus non ſit.*

96 *Legitimatus nõ eſt propriè filius, ut ſub ſtatuto compræhendatur.*

100 *Lex noſtra an obtineat in natis & legitimatis poſt donationem.*

Affectio eadem in naturales & legitimatos quæ in legitimos.

101 *Filia quæ non ſuccedit utrum re-*

nocet ex hac lege, & numero.102. cum ſeq. uſque ad numero 138. incluſiuè.

Donans aut aliter diſponens, cenſetur ſe ad ſtatutum conformare.

Teſtator relinquens ſuos liberos hæredes, nõ intelligitur inſtituiſſe filias, ſi eæ ex ſtatuto repelluntur.

102 Filia quæ non ſuccedit, an faciat deficere conditionem, ſi quis ſine liberis deceſſerit, & nu.103. cum ſeq. uſq; ad nu.138. incluſiuè.

103 Mater quę non eſt hæres filij poſthumi, nõ excludit ſubſtitutum ex tacita pupillari cõprehenſa in uulgari.

Perſona quæ non ſuccedit, non excludit ſubſtitutum.

105 Lex nihil fruſtra, nihil ocioſum, nihil ſuperuacuum facit.

Præteritus non rumpit teſtamentum niſi ſibi locum faciat.

106 Lucrũ quo quis priuatur contemplatione alterius, huic alteri cedit.

107 Paria ſunt non ſuccedere, & non eſſe in rerum natura.

Statutum repellens fœminas ob maſculos, intelligitur ſi maſculi ſuccedunt, & nu.125.

Auc. licet C. de naturali. liber. an habeat locum cum filij legitimi non ſuccedunt.

Pater uxori ſuæ ſecundæ relinquere non poteſt, plus quàm uni ex filijs primi matrimonij, qui ſuccedit patri, ſecus ſi excluditur à ſtatuto.

108 Filius naturalis nihil capit contra uoluntatem patris.

Filia autem capit uelit nolit pater.

109 Filius naturalis quid capit ab inteſtato.

Filia à ſtatuto excluſa, debet cõgruè dotari, & quidem uſq; ad legitimam, & nu.110. & 111.

112 Dos loco legitimæ ſuccedit.

113 Dos & legitima dicitur quaſi debita.

114 Dos & legitima, reſpectu patris ad alienum cenſetur.

115 Renuntiatio ſpecialis requiritur in dote & legitima.

116 Fructus legitimæ eam augent.

Dos augetur ex fructibus.

117 Legitima ſine onere eſſe debet.

Dos debet eſſe ſine onere.

118 Filia excluſa à ſtatuto, filium naturalem repellit.

120 Filius naturalis ſubſtitutum quem aliàs non excluſiſſet, excludit propter conditionem tacitè intellectã.

121 Incapaces ſucceſſionem an faciant deficere conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, & nu.122. & 126.

123 Filia excluſa poteſt capere ex teſtamento, etiam imperfecto, etiam ſi factum ſit coram duobus teſtibus, & nu.124. & 128.

Emancipatus quamuis non ſuccedat ab inteſtato, capit ex teſtamento.

Nepos excluſus ab inteſtato ob filiũ, inſtitutus dicitur eſſe ſuus.

Adoptiuus nõ ſuccedit cõtra teſtamẽtum, ſed inſtitutus ut ſuus ſuccedit.

125 Filia excluſa poteſt capere ab inteſtato non extantibus, aut repudiantibus maſculis.

126 In conditionibus merum factum attenditur.

129 Non poſitus in conditione, utrum ex præſumpta mente diſponentis alterum excludat.

130 Qui non admittitur, ſæpè tamen alios excludit.

133 Maritus qui ex ſtatuto lucratur dotem, uxore prædecedente ſine liberis, ab eo lucro excluditur per filiã quę non ſuccedit.

135 Voluntas teſtatoris conformis iuri communi præſumitur.

137 Intellectus l. filius fam. §. cùm quis ff. de leg. j.

Intellectus l. pen. C. de impub. & ali. ſubſtit.

139 Fi-

139 *Filius exciſo uentre editus an reuocet ex hac lege.*

Filius ex ſecto utero matris editus, ad legitimam hæreditatē admittitr.

Filius ex ſecto uentre editus natus dicitur, nihilq; ab alio differt, etiā in materia odioſa, & nu. 141. & 142.

140 *Peperiſſe non dicitur cui mortuæ filius ſectus eſt: Quod qualiter intelligatur uide nu. 142.*

Legatum factū mulieri, ſi pepererit liberos, non obtinet ſecto matris utero, Idemq; in omni conditione ſi pepererit, aut ediderit liberos.

Poſthumus an dicatur ex ſecto uentre matris extractus, & n. 141.

141 *Editus ex ſecto uentre matris an rūpat teſtamentum.*

Filius ex uentre ſecto extractus ſuccedit in emphyteuſi, pro ſe & liberis ex ſe naſcituris acquiſita.

142 *Inſtitutio uentris ſi filium pepererit locum habet etiam ſi ex uentre exciſo detractus ſit.*

Subſtitutio facta uentri ſi maſculum pepererit, obtinet ſi uenter fuerit extractus.

143 *Cæſares qui dicantur.*

144 *Infans qui adhuc in uentre eſt, utrū ex hac lege reuocet, ac ſi iam natus eſſet, & nu. 145. cum ſeq. uſq; ad n. 155. incluſiuè.*

Infans exiſtens in utero an & quando pro nato habeatur, & n. 155.

Infans qui in utero eſt, ſcripto hǣredi edictū apertit ad cōtratabulādum.

Isq; interim obſtat ſequentibus.

Et facit partem ijs qui pari gradu ſunt.

Et hæres inſtitui poteſt.

Eiq; & donari & legari poteſt.

Et ſtipulari per patrem.

Eiq; reſtitutio in integrum cōpetit.

Et mittitur in poſſeſſionem, bonorum.

Eiq; fit collatio à cæteris.

Mater pregnans tenetur uentri petere curatorem.

Infans qui in utero eſt, per matrimonium legitimatur.

145 *Venter ante natiuitatem non rumpit teſtamentum.*

Teſtamentum facilius reuocatur ac rumpitur quàm donatio.

146 *Vterus ad partem hæreditatis non admittitur.*

Nec hæres, nec dominus eſſe poteſt donec naſcatur.

Nec eſt in poteſtate patris nec ſuus eſt.

Intellectus §. poſthumi. Inſtit. de hære. quæ ab inteſta. defer.

Infanti nondum nato non debetur legitima.

Nec præfertur cæteris creditoribus in bonis tutoris uel curatoris, niſi in lucem edatur.

147 *Nec pupillus dici poteſt.*

Nec ei mora fit.

Nec illi tutor datur.

Tutor datus infanti nondum nato, non poteſt cum interfectoribus patris huius poſthumi pacem facere.

Vterus nondum homo eſt & numero. 148.

Nec in repreſalijs comprehenditur.

Clarigatio quid ſit.

Androlepſia id eſt quod uulgus repreſalias appellat.

Pignorationes quas uulgo repreſalias appellat.

148 *Vterus an ſit animal, & numero. 149.*

Vterus non comprehenditur ſub ſtatuto loquente de occidente hominem, & nu. 150.

Sola anima nō facit hominē ſine corporis perfectione & organizatione.

149 *Vterus pro nihilo reputatur.*

Nec cenſetur in rerum natura.

151 *Vterus non ſoluit uectigal, quod pro quolibet animalis ſoluitur.*

152 *Nec pro eo debetur præmium, quod ſtatutum capienti aliquod animal decernitur.*
153 *Vterus baptizari non debet, & uide nu. 159.*
Animale prius quam ſpirituale.
Sacramenta niſi ijs qui ſunt ſuper terram conferri poſſunt.
Vterus non cenſetur eſſe ſuper terram.
154 *Cadere in terram dicitur, qui naſcitur, & unde id ſit.*
Ops Dea quæ & terra eſt, ex ueterũ opinione, naſcẽtibus ĩfantibus p̃eſt.
Eadem Maia dicitur & fatua, & ei adiungitur Mercurius.
Obſtetrices quare ſic dictæ.
155 *Vterus nec patri quidem prodeſt.*
156 *Infans ſi caput ſaltẽ, aut aliud corporis mẽbrũ exerit extra uterũ, & ille ĩterim moritur, an huic legi locum faciat, & n. 157. 158. et 159.*
Et an is baptizari poſſit, & nu. 157. 158. & 159.
157 *Anima eſt tota in toto, & tota in qualibet parte corporis.*
158 *Semiuiuus an rũpat teſtamentum.*
Perfectum quod dicatur.
Ius rumpendi teſtamentum deſcẽdit ex iure ſuccedendi ab inteſtato.
159 *Lex Dei non clauditur rerum humanarum anguſtijs.*
160 *Intellectus l. quod dicitur ff. de lib. & poſthu. & nu. 209.*
Infans qui membro aliquo exciſo naſcitur, quod forte partum naſci impediebat, an ex hac lege reuocet, & nu. 209.
161 *Filius qui integer, totusq́; naſcitur, ſed poſteà ante patrẽ moritur, utrũ reuocet donationẽ, & ſi reuocet, an ſaltẽ donatio uires recupet ex morte ipſius, & nu. 162. uſq; ad n. 166.*
Poſthumus præteritus ſi uiuo teſtatore deceſſerit, an teſtamentum reconualeſcat.
Donatio plus habet roboris quàm teſtamentũ, et difficilius retractatur.
Actus uiuorum magis ſuſpendi poteſt quàm mortuorum.
162 *Dos poſt diuortium reuocata redintegratur, redintegrato matrimonio.*
Tutela uires recuperat ceſſante cauſa depoſitionis.
Mulier quæ proprietatem rerum à marito relictarum perdit quia uiuente filio nupſit, eandem recuperat mortuo ipſo filio.
Mulier quæ ob id quòd iterum nupſit, amiſit id quod ex ſucceſſione unius ex filijs perceperat, idem recuperat mortuis cæteris filijs.
Mulier habẽs liberos, nubens intra tẽpora luctus, infamis efficitur, nec ei infamia remittitur, niſi ipſis ſuis liberis dimidiã oĩum bonorũ ſuorũ partem purè donauerit, ſed liberis mortuis, totũ ad matrẽ reuertitur.
163 *Vxor relicta domina, & quæ alimenta tantum habet, ſi extant filij, ipſis mortuis fit proprietaria, & nu. 165. & 166.*
164 *Teſtamentum ruptum natiuitate, poſthumi, an ruptum maneat, poſthumo mortuo uiuo teſtatore.*
Nullitatis plus habeat quod ab initio non ſubſiſtit, quàm quod ex poſt facto deficit.
166 *Ceſſante cauſa reuocationis donationis inofficioſæ ceſſat reuocatio.*
Cauſa ceſſante ceſſat effectus.
167 *Lex noſtra an locũ habeat ſi filius illico poſt natiuitatẽ morit, et n. 168 cũ ſeq. uſq; ad n. 110. cũ multis ſeq.*
Natus non uidetur qui confeſtim, mortuus eſt.
Fuiſſe non dicitur qui parũ durauit.
Fœmina an prohibeatur ſuccedere in feudo conceſſo maſculis & fœminis, ſi maſculus qui eam excludebat illico mortuus eſt, & nu. 169.
Illico, dicitur deceſſiſſe qui mortuus eſt,

eſt, antequam nomen ſit impoſitũ.
Infans octauo die à natiuitate circumcidebatur.
168 Romani maribus nono die, fœminis octauo, nomina imponebant, et quid apud cæteras gentes.
170 Mortuus fuiſſe non cenſetur, qui ſtatim reuiuiſcit.
Lazarus ſuſcitatus, an debuerit uxorem & bona recuperare.
Vxor non uidetur à marito diuertiſſe, quæ breui ad eum redijt.
Reſuſcitatus an recuperet beneficiũ.
171 Tranſlatio dominij quæ momẽto durat, non conſideratur, & nu.172.
Alienare prohibitus extra familiam poteſt alienare ut incontinenti familiæ reſtitui debeat.
Vaſallus an ita poſſit alienare ut ſtatim recuperet, & quid de emphyteuta.
172 Donatio inter patrẽ et filiũ familias & inter uirum & uxorẽ, ualet, ſi ita fiat ut res ad alium perueniat.
173 Legatum factum ei, cui ex legis diſpoſitione debebatur, an uideatur eſſe factum animo compenſandi, præſertim ſi alteri ſit reſtituendum.
174 Dos an computetur in legitima, cùm pater filiam iam dotatam in legitima inſtituit.
Maritus cùm alicui dotem legat ut uxori reſtituat, falcidia non detrahitur.
Falcidia non detrahitur de legato quod fit ut reſtituatur piæ cauſæ aut alteri à quo non detrahitur.
Vir aut mulier contrahens ſecundas nuptias, licèt non poſſit donare ſecundæ uxori uel ſecũdo uiro plus quam uni ex filijs primi matrimonij, poteſt ei donare aut relinquere ultrà eum modum cum grauando de reſtituendo alteri.
175 Pretium quod temporis momento durat, non conſideratur.
Solutio rei debitæ quæ momento durat non eſt in conſideratione.
Verſum non uidetur, quod uerſum non durat.
Satisdatum accipere debemus, ſi perſeueret ſatisdatum.
176 Veniſſe nõ uidetur, qui ſtatim abijt.
Non fuiſſe in loco fingitur, qui breui tempore manet.
Abeſſe non uidetur qui ſtatim rediturus eſt.
177 Magiſtratus qui non diutius ab futurus eſt, ſuam iuriſdictionem alteri demandare non poteſt.
Receſſiſſe non uidetur qui ſtatim reuerſurus eſt.
178 Momentum non conſideratur.
179 Exiuiſſe non uidetur, qui ſtatim ingreſſus eſt.
Carceratus qui reuerſus eſt, fugiſſe non dicitur.
Vaſallus qui dominum in bello momento quopiam reliquit & ſtatim redit, non perdit feudum.
180 Medicus non dicitur curaſſe egrotum, qui ſtatim in eandem egritudinem recidit.
Poſſeſſionem incontinenti recuperãs fingitur nunquam fuiſſe expulſus.
181 Ciuitas condemnata ad diruptionem murorum, non ſatisfacit ſententiæ, ſi iterum eos ædificet.
182 Condemnatus aliquid facere, ſi faciat & ſtatim contraueniat, an feciſſe uidetur & nu.183.
184 Iudex non uidetur fuiſſe executus, ex quo in continenti executio perturbata fuit.
185 Pacificã poſſeſſionẽ nõ uidetur accepiſſe, qui ab ea ſtatim ẽ deturbatus.
187 Conditiones huiuſmodi, ſi filios habuerit, ſi filia nupſerit, & ſimiles momento implẽtur, nihilq; refert ſi filij illico moriantur, aut matrimonium illico diſſoluatur & nu.188.
Conditio momento temporis imple-

tur licet non duret.

188 Infans exectus è uentre matris mortuæ, & qui illico poſt deceſſit ipſi matri ſuccedit, & in patrem hæreditatem tranſmittit.

Hæres momentaneus ſubſtitutum, excludit.

189 Legatum factum mulieri ſub conditione, ſi uidua erit, uel uiro ſi ad cælibatum peruenerit, cum uir erit uiduus debetur, an mulier, & ſi in uiduitate non perſtiterint.

Teſtamentum ut rumpatur, ſufficit quòd ſecundum teſtamentum momento ualeat.

190 Subſtitutio ſub conditione, ſi inſtitutus non habuerit liberos, expirat natis liberis, & eiſdem ſtatim mortuis.

191 Obligationi an ſatisfactum ſit ut nõ reuiuiſcat, ſi res ſoluta denuo ad obligatum redeat.

192 Ceſſante cauſa, non ceſſat effectus conſumatus.

Excuſatio tutelæ ob liberos, non irritatur, ſi illi poſteà moriantur.

193 Fœmina ſemel excluſa ob maſculos, perpetuo manet excluſa, etiam illis mortuis, & nu. 194. & 195.

195 Filia ſemel dotata perpetuo excluditur à ſtatuto excludente dotatas.

196 Teſtamentum ſemel reuocatũ ob irrogationem teſtatoris, uires non recuperat, ſi teſtator ſui iuris fiat.

197 Poſthumus rumpit teſtamentum licet illico deceſſerit.

198 Intellectus l. poſthumus præteritus ff. de inius teſta. & nu. 199.

Teſtamentum fauorabilius eſt quàm actus inter uiuos.

201 Factum eſſe non ſufficit, niſi duret, & nu. 202. cum ſeq. uſq; ad n. 210. incluſiuè.

202 Verbum manere quid ſignificet.

205 Fœtus natus poſt donationem ſi ſit abortiuus, non tẽpeſtiuus nec uitalis, an reuocet ex hac lege, & nu. 206.

Partus intempeſtiuus & non uitalis pro nato non habetur, & nu. 209.

Partus ſeptimeſtris & optimeſtris an uitalis.

Partus ſeptimeſtris cur uitalis, & cur non uitalis obtimeſtris.

Abortus non ſoluit teſtamentum, & nume. 206.

206 Aborire & abortum facere, & abortare, & abortiri.

Abortus quis dicatur.

Hippocratis enigma, & nu. 208.

Plinij locus emendatus.

Fœmina quæ aboritur dicitur magis eijcere, proijcere uel abigere partum ſiue fœtũ, aut conceptum, quàm parere aut edere, & nu. 207.

Vulua eiectitia & porcaria.

207 Eijcere partum quid ſit.

Proijcere partum quid ſit.

Abigere partum fœtum conceptum quid ſit.

Excutere conceptum quid ſit.

Egerere puerperium.

208 Hippocratis locus animaduerſus.

Menſis qualis apud medicos & Iuriſconſultos.

Menſes à Luna dicti.

Μήνη Luna dicitur Græcis.

Μὴν menſis dicitur.

209 Abortiui partus an in poſtremo iuditio gñali ſuſcitabũtur remiſſiuè.

210 Pariendi tempora abũdè deſcripta.

Partus decimeſtris et undecimeſtris an legitimus, tẽpeſtiuus, & uitalis.

Saturnus malignum mortalibus ſydus, filiorum deuorator.

Iupiter benignus ac fauens humano generi.

Partus 14. menſium.

Gracchus unde primum dictus.

Aſinus ad lyram prouerbium.

Accio idẽ ꝙ Titio aliud prouerbiũ.

Natus poſt decẽ menſes an ad legitimam hæreditatem admittatur.

Dictio

Dictio in & intra ſunt eiuſdem ſignificationis.

Authenticas noſtras quas uocamus, interdũ perperam eſſe traductas.

Dictio ſub quid ſignificet.

Mulier per quot tẽpus maritum lugere teneatur, & uiduam manere.

Naxiæ mulieres ſolæ octauo menſe pariunt.

Ceres ſeptimo menſe peperiſſe proſerpinam.

Diana cur ad partus adhibetur.

Abortiuus an faciat ceſſare priuilegium prælationis, ut uenter non natus.

211 *Lex noſtra an locum habeat, ſi poſt natum filiũ pater donãs permiſerit donatarium diutius uti re donata ſine declaratione mutationis ſuæ uoluntatis, & n. 212. cum multis ſequentibus, uſq; ad n. 225. excluſiuè.*

Heredes donantis an poſſint ex hac lege reuocare, & nu. 212. cum ſeq.

212 *Teſtator qui cum tutore à ſe dato odium contraxit, tamen ſi teſtamentum poſteà diutius non mutauit, in eo perſtitiſſe uidetur.*

Auth. ex cauſa, an locum habeat ſi poſthumus ignoranter preteritus, uiuo teſtatore deceſſerit, & nu. 220.

213 *Teſtator qui ignoranter præterijt poſthumum, ſi poſt natiuitatem diutius uixit, et habuit poteſtatem mutandi, nec mutauit teſtamẽtũ, cenſetur, in eo uelle decedere, & n. 214.*

Teſtator ſi poſt pupilli mortem habeat tempus mutandi teſtamentum & nõ fecit, præſumitur uelle q; ſubſtitutus pupillariter ſuccederet alio qui habet locum tacita uulgaris.

215 *Donationes & feuda an poſſint propter ingratitudinem aut feloniam, per hæredes donantis aut domini reuocari.*

216 *Hæredes domini an poſſint feudum beneficiarum à cliente ingrato aduerſus ipſum dominum reuocare.*

217 *Adulterium obijci non poteſt ab hæredibus mariti, ſi maritus reſciuerit & diſſimulauerit.*

218 *Teſtator qui potuit mutare teſtamẽtum & non mutauit quando credatur teſtatus eſſe, ac ſi filium non habuiſſet.*

219 *Legatum pro maritanda puella, an extinguatur, ſi ea uiuo teſtatore maritetur.*

220 *Teſtamenti ſolennitas inſpicitur ſecũdum tẽpus quo factum fuit, licet poſteà alio ſtatuto mutetur.*

225 *Si filius poſt donationem legitimatus moritur, an eodem iurè res cenſeri debeat, ac ſi legitimatus poſt donationem natus moreretur.*

226 *Legi noſtræ utrum locus ſit, ſi unus tantum filius naſcatur, & nu. 227. cum ſeq. uſq; ad nu. 263. incluſiuè.*

Pluralis numerus uno non continetur.

227 *Iuſſus inter pauperes diſtribuere, non poteſt, in unum tantum diſtribuere.*

228 *Statutum puniens ingredientem domum alterius, cum hominibus armatis, an procedat in ingrediente cum uno tantum.*

Coacti homines, an de uno dicatur.

229 *C. j. de appella. ſtatuens proteſtationem fieri, in præſentia bonorum uirorum, ita debet intelligi, ut non ſatis ſit fieri coram uno.*

270 *Mandatum Papæ de prouidendo, de beneficio ſpectante ad collationem quorumcunque, non habet locum in beneficio ſpectante ad collationem unius.*

231 *Subſtitutio facta poſthumis ſi decedant in pupillari ætate, non habet locum in uno tantum nato, & in pupillari ætate mortuo.*

232 *Fideiuſſores aut approbatores ubi requiruntur, unus non ſufficit.*

233 *Statutum requirens citari proxi-*

miores agnatos occiſi, ita debet intelligi, ut non ſatis ſit unam citari.

234 *Reſcriptũ iubẽt citari in locis uicinis non uerificatur in uno tantum loco.*

Cle. j. de foro competen. loquens de citandis in eccleſiis, non procedit in una tantum eccleſia.

235 *Statutum requirens aliquid fieri à conſanguineis, intelligitur ut plures illud faciant.*

236 *Sorores qui maritare debet, non ſatisfacit unam tantum maritando.*

237 *Statutum declarans bona eſſe patrimonialia, quæ fuerunt aſcendentiũ, exigit ut fuerint patris & aui.*

238 *L. Tranſactionẽ C. de tranſactio. loquens de præſentia amicorũ, an habeat locum ſi unus tantum adſit.*

239 *Medicis cũ crediẽ aut aliis cuiuſpiã artis, an unus ſufficiat, & nu. 240.*

240 *Statutum imponens pœnam incidenti arbores, non habet locum in incidente unam tantum.*

Statutum puniens blaſphemantes ſanctos, non habet locum in. blaſphemante unum tantum.

241 *Liberorum appellatione unus tantum comprehenditur; Idq; ẽt in conditionibus & ſtatutis.*

242 *Liberorum enunciatio an ſemper in plurali numero proferatur.*

243 *Liberum in ſingulari pro filio uſurpauit Quintilianus & Quidam Iuriſconſulti, aliiq; ſcriptores.*

244 *Pluralis numerus plerunq; pro ſingulari ponitur, & n. 245. & 246.*

247 *Arbitri plures qui de ſuſpitione cognoſcant quando aſſumendi ſunt, an unus ſufficiat.*

248 *Statutum puniens producentem falſos teſtes, locum habet in producentem unum tantum.*

249 *Proteſtationi fiẽdæ corã tabellariis, ſatisfactũ eſt ſi fiat corã uno tãtũ.*

250 *Statutum repellens fœminas extantibus maſculis, habet locum uno tantum exiſtente maſculo.*

251 *Statutum q. uxore prædecedente ſine liberis uir lucretur dotem nõ habet locum uno tantum relicto.*

252 *Filius facit deficere cõditionẽ ſtipulationis reſtituẽdæ dotis, ſi matrimonium ſolueretur ſine filiis.*

253 *C. j. ti. quid ſit inueſti. loquens de patribus intelligitur ſi plures ſint, non ſi unus tantum is ſufficit.*

254 *Clauſula ſi pro aliis non reſcripſerimus, an uerificetur in uno.*

255 *C. j. de rer. permu. libr. 6. loquens in expectantibus locum habet in uno tantum expectante.*

256 *Monitio canonica an requirat multorum dierum interualla, an uerò unius ſufficiat.*

257 *Cle. j. de appella. loquens de appellatione facta à iudicibus, an procedat in appellatione facta ab uno tantum iudice.*

258 *Falſa non eſt mercatorum ſubſcriptio in qua ſcribitur Titius & ſocij licet ipſe Titius unum tantum ſocium habeat.*

259 *Indicia multa, an unum ſufficiat ad torturam.*

260 *Plurale ſemper in ſingulari uerificatur, ubi eſt eadem ratio.*

261 *Plurale quando in ſingulare reſoluitur, & è diuerſo.*

262 *Pluralitas ubi pro forma requiritur, nunquam in ſingularitatem reſoluitur.*

264 *Natiuitate filiorum donatarii, utrũ reuocetur donatio, quæ poſt mortem ipſius donatarij, ad alium erat peruentura, & nu. 265.*

265 *L. Cum acutiſſimi C. de fideicom. & ſimiles, an habeant locũ in contractibus, qui gratia utriuſq; fiunt.*

Verbum reliquerit ad ultimas uoluntates pertinet, ſed & interdum ad actus inter uiuos refertur.

Dederit uerbũ ad donationẽ inter-

uiuos

ninos pertinet,ſed quandoq; de. ulti ma uoluntate dicitur.

266 *L.Cum accutiſſimi,præallegata, an habeat locum in filio fratris.*

Filius fratris an nepos dicatur.

267 *Legi noſtræ an locus ſit in omnibus liberis, ſiue ex præſenti uxore ſiue & futura.*

SVSCEPERIT LIBEROS.

1 ELEGANTER dicit, † ſuſceperit liberos,pro genuerit. Tullius Philippica 3.Ipſe ex libertini filia ſuſceperit liberos. Et in oratione ad pontifices pro domo ſua. Habet uxorem , ſuſcepit etiam liberos. Et in 5.in Verrem actione.Suſceperas enim liberos non ſolùm tibi, ſed etiam patriæ. Et Virgilius libr.4. Aeneidos.

Saltem ſiqua mihi de te ſuſcepta, fuiſſet.

Ante fugam ſoboles.

[Corne.Tacit.li.2. Ducere uxorē, ſuſcipere liberos, ne clariſſima familia extingueretur. Et undecimo Velut ſuſcipiēdorū liberorū cā cōueniſſe.Et apud noſtros iuriſcōſultos ſępiſſime,ut in l.ex facto §.quę autem ff.ad Trebellian.] † Nam & Conſtantij & Conſtātis tempore, quorū hęc l.eſt , nondum omnino exciderat nitor atq; ornatus Romani ſermonis,ſed paulopoſt nō elegātia ſolū , uerùm & puritas quoque linguæ Latinæ prorſus eſt amiſſa, paſſimque putrida barbaries recepta,vt videre licet ex multorum recentiorum imperatorum legibus, quæ anſam præbuerunt Bal.ut diceret in c.j.§.& quia vidimus, col.6. uer.& interdum,tit.qui feud. dare poſ.† ꝙ imperator quandoq; groſſo modo & impropriè loquitur.qđ & poſt eum uſurpauit Barb.in repet.rub.C.qui admi.col.9.† Quod & iuriſconſulti quoq; nonnunquā faciunt,ſi credimus Accurſio in l.ſi ita ſtipulatꝰ fuero,ſi Titius,in prin. in uer.dena.ff.de uerb.oblig.Quin ſunt & qui contendunt uerba non admodum proba,nec ſatis recepta, ut inquiunt,à probatis ſcriptoribꝰ † ut certiorare,meliorare, certificare,certificatio,& alia id genus,à iuriſconſultis (quorum tñ ſummus circa verborum proprietatem labor eſt,ut ſcribit Fabius li.5.ad fi.) fuiſſe uſurpata,ut in l.3.§.& ſi hæres ff.de minor.& in l. ita ueniunt §.petitam ff.de peti.hære.& in l.iuſiurandū ad pecunias, in prin.ff.de iureiu.& in l.ſi ut certo.§.idem deniq; ff.commo.& in l.ſi quis in pignore.§.j.ff.de pig.acti.& in l.qđ & lex.§.is qui neſcit ff.đ lib.hom. exhi.& in l.4.§.planè ff.de fideicō. lib.& in l.ſi pecuniā §.ſi ſeruum,in prin.ff.de cōd.cauſ.dat.& in l.j.§. elegāter ff.depoſi.& in l.noluit, in prin.ff.de inter.actio.& in l.j.§.ul. in fi.ff.de eo qui pro tut.& in l.ſi fideiuſſor,in prin.&iterum in §.hoc idē,in duobus locis,ff.māda.& in l. ſed & reprobari,in prin. de excuſ. tut.quanquā illud poſtremū,ut reor,ſit magis interpretis cuiuſpiā,q̄ iuriſconſulti.Nam ea l. (ni fallor) Græca erat.& in l.cū tabernā.§.idē quæſijt.ff.de pigno.[niſi &is locus ſit interpretis,nō iuriſcōſulti.]& in l.j.§.ul.& l.quæro,in 3.locis. ff. de actio.empt.& in l.j.§. quid ergo ſi ſeruus ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſt.& ī l.ul.in prin.[in duobus locis,& iterū in §.q̄ri.]ff.quis ord.in bo.poſſ. ſer.[quæ lex eſt Marcelli, ne putes Vlpianū ſolum hoc vocabulo uſum fuiſſe.]& in l.hæredes §.in teſtamētis ff.de teſta.& in l.æquiſſimum §. inde quæſitum ff.de uſufr.† in quo loco meliorare ſcribitur, & in l.j. §.ſed ego q̄ro.ff.qđ iuſſu. & in l.j. §.ult.

142 ¶†Quæ etiam ſententia noſtra ex eo non parum fulcitur, quod conſuluit ipſe Bal.conſi.122.verba teſtamenti ſic dicũt,lib.j.quòd ſi quis inſtituerit ventrem vxoris ſi filium maſculũ pepererit, ſi ea mortua filius ventre exciſo detractus ſit, habet locum inſtitutio, cùm peperiſſe dicatur,quæ in puerperio deceſſit, per d.l.Arethuſa, & l.ſeq.ff.de ſtat. homi.& quia par eſt teſtatoris affectio:& alijs rationibus, quas veluti nihil ad hunc locũ pertinẽtes omitto.Reſpondetque ad d.§.falſum eſt, quod is procedit in extraneo, nõ in filio,puta ſi quis reliquerit mulieri cuipiam extraneæ ſi maſculum pepererit, ſecus ſi pater loquatˀ de filio:cùm ſit par affectus,quocunque modo is edatur.Et dicit ipſe Bald. idem ſe antè conſuluiſſe in illo ipſo caſu, ſicut re vera fecit in d.conſil. 128.in fin.eod.lib.primo. Et alterutrius conſi.meminit,niſi de vtroque intelligeret idem Bal.in d.l.vl. col.pen.C.de ſuis & legi.vbi & hoc dicit, quicquid ſit quò ad vocis ſignificationem,tamẽ quò ad rei ſeu realitatis,vt ipſe dicit,effectum cõprehenditur ita extractus ex vtero matris mortuæ. Meminerunt item huius conſil.Saly.Corne.& Ale.qui tamen illud non deſignant,in l.vlt. C.de poſthu.hære.inſti.vbi & hanc rationem adiiciunt,quam ſatis ſentit Bald.in d.conſil.128.& quæ huc bene facit,quòd pater per ea verba, ſi maſculum pepererit,non uidetur præſcripſiſſe modum, quo filius in lucem prodiret, ſed quomodocunque natus ſit, illi conſuluiſſe vnde habito effectu, non curamus de modo. l.mater.C.de inſtit.& ſubſt. & quia mentem magis ſpectamus, quam verba.l.cùm virum.C.de fideicommiſſ.Et ad d.§.falſum eſt, alio quoque modo reſpondet, vt videlicet procedat, vbi mens diſponentis non repugnat aliàs ſecus. Sed & hoc ſimpliciter ſequitur Ale. in l.commodiſſimè,ad fin.ff.de libe. & poſth. & in d.l.qđ dicitur, vbi & Iaſ.refert & dubitatˀ, aſſerit tamen durum eſſe in practica ab hac opiu. recedere,cùm non habeat contradicentem.Et pro ea etiam adducit,& huiuſmodi rationem, quia ſi teſtator fuiſſet interrogatus de iſto caſu,aut de eo cogitaſſet.idem veriſimiliter ſtatuiſſet,ergo habetur pro diſpoſito.l.Titius.§.Lucius.ff.de liber.& poſth.& gloſſ.in l.tale pactũ. §.vlt.ff.de pact.cum infinitis propè concor.à me collectis ſupra in prin. l.verſ.56.incip.inter tam multa. Sequitur item illud Bal.dictũ Sozi. in l.j.col.14.in 8.limitatione.ff.de vulga.& pupil.ſubſtitu.[Fel.in d.c. ſicut ex literarum,in fi.de homicid. & D.Bened.in repeti.c.Raynutius, in ver.ſi abſque liberis, le 2.nu.31. de teſta.]Philip. Deci.in l.ſi quis prægnantẽ.ff.de reg.iur.& in addi. l.poſthumo,col.eiuſdẽ additio.2.C. de bon.poſſeſſ.contra tabu.& Alcia. in dicto.§.falſum eſt & iterũ in lib. 3.de verb.ſignifi.in 3.axiomate. Et idem in ſubſtitutione facta ventri.ſi maſculum pepererit, vt videlicet ſubſtitutio habeat locum,ſi venter fuerit extractus,voluit Bal.d.conſi. 128.ad fin.lib.j.& Lancello. Polit. in tract.ſubſtitu.in materia vulgaris,in 7.q.princip.Et facit denique tex.in l.negat.ff.de mort.infe.& in l.j.§.ſi qua prægnans.ff.ad Tertul. in quibus locis partus appellatur, qui prægnanti mortuæ exciſus eſt, & in l.etiam.ff.de verbor.ſignifica. vbi ita ſcribitur.Etiam mulier cum

moreretur, creditur filium habere, quæ exciſo utero edere poſſit.

143 ¶ † Et id ſanè in caſu legis noſtræ nuncupatim reſpondit, aliud tamen agens, ideoq; nihil ad hoc allegans, Steph. Bert. conſi. 86. Chriſti, &c. ui ſis tribus, col. 2. ver. ſi verò teneremus, ibi, propter natiuitatem filiæ quam poſtea peperit, ſeu quæ ab vtero illius cęſo extracta eſt, lib. j. Quid autem dici poſſit ad tex. in d. l. ſi ego. § partus. ff. de publ. in rem act. allegato pro contraria parte, nõ ſatis video, ut euites antinomiam. d. l. quod dicitur. Nam in vno loco, hic exſecto ventre editus, natus eſſe dicitur, in altero non natus, niſi eadem dicas quæ de partu diximus. Conſtat autem & hos Cæſares haud dubiè parentibus aliiſq; conſanguineis ſuccedere, ſicuti & cæteros naturaliter natos, vt clariſſimè patet ex legibus ſupra in princ. allegatis, & fatentur omnes qui de ea re loquuntur. Quare autem hos appellé Cæſares uidebis latè in noſtro tractatu primogeni o. q. 18. vbi & alia multa de his videbis.

144 Sed et illvd quæri pôt † an continuò quàm vxor donantis, uel quæ ipſamet donauit, gerit infantē in utero, ſit reuocata donatio, vt proinde ſint reſtituendi fructus ex eo tempore, ſaltem facta decleratione; ſecũdum ea quæ poſtea dicemus in uerbo reuertatur, nu. 273. incip. ſed vt reuertamur. An verò ſit expectanda natiuitas? † Videtur ſatis eſſe mulierem ferre ventrem, quia qui in utero eſt, perinde eſt ac ſi in rebus humanis eſſet l. qui in utero la premiere, atque etiam la ſeconde ff. de ſta. homi. & ibi concord. in glo. cui adde & tex. in l. intelligendus. ff. de ver. ſigni. vbi intelligendus eſt mortis tempore fuiſſe, qui in vtero relictus eſt, & in l. illud. §. vl. & ibi glo. & Bar. ff. de bon. poſſ. contratab. † ubi infans qui in utero eſt, aperit edictũ ſcripto hæredi ad contratabulandum, quòd ẽt voluit ipſe Bart. in l. uenter, col. j. ff. de acqui. hære. & Bal. qui hoc dicit not. dignum, in l. ſi pater, in 9. opp. C. de inſti. & ſubſti. [Iaſ. in l. emancipata in 2. lect. col. 3. C. qui admit. vbi & idẽ id dicit valde not. † Iſq; interim obſtat ſequentibus l. inter §. quandiu. ff. vnde legi. & in l. j. §. ſi quis ꝓximior. ff. vnde cog. & l. cùm quidã §. j. ff. de acquir. hære. † Et facit partem ijs qui pari gradu ſunt l. j. inteſtato. §. vtiq;. ff. de ſuis & leg. hær.] † Nam & is hæres inſtitui poteſt, l. placet ff. de liber. & poſthu. & l. ulti. C. de inſtitu. & ſubſtitu. cum ſimĩlibus. † Eique legari poteſt. l. ſi qui quartam. §. ſi quis. & l. qui filiabus, in princ. & §. ſi quis ita. ff. de legat. j. [& l. j. §. ad eos, verſicul. ſed & ſi ſeruo. ff. ad leg. Falcid.] cum ſimili. † Et donari quoque, ut per Gui do. Pap. conſil. 60. ad dubia elicita, in 3. dubio & conſil. 176. pro definitione, in 4. dubio. † Et ei ſtipulari, ut latè etiam diximus in noſtro tractatu primogenitur. quæſtio. 6. numero. 31. at ille. † Et uentri quoque competit in integrum reſtitutio. l. etiam ei. ff. de minor. quem ad hoc expẽdit, & negat eſſe alibi Bal. in rub. extr. de in integr. reſtitu. paulò ante fin. [& Franc. Are. in l. Pantomius, col. 6. verſi. vnde omnibus, ff. de acquiren. hæredi. † Iſq; mittitur in poſſeſſionem. l. communi. §. ſed & ſi. ff. commun. diui. & per totum titu. ff. de ven. in poſ. mitt. † Et cum eo ſit collatio. l. ult. ff. de colla. bono. † Teneturq; mater prægnans petere curatorẽ ventri, & ſi non fecerit, æquè punitur ac ſi non petiiſſet tutorem filio iam nato l. 2. §. ſi mater. & §. quòd ſi cùm prægnans.

ff.ad ſ.c.Tertul.& uoluit Bar.con
ſi.22.homo Accurſuli, col.vlt.verſ.
reſtat modò, & conſi. 30. in nomi-
ne domini amen.Vanutius , verſic.
his ergo duobus , & Bal.conſi.288.
quidam deceſſit,lib.2.& iterum cō
ſi.432.iſte caſus,rariſſimè, eo.lib.2.
rurſumq; conſi.257.viſis, col.2.ver
ſi.uenio ad tertium,lib.3.Isq; legi-
timatur per matrimonium l.nuper
C.de nat.libe.Bal. in l.vlti.ff.de his
qui ſunt ſui uel alien.iur.]

145 ¶ † Ego uerò arbitror non prius
reuocari donationem , quàm is in-
fans in lucem ſit editus. Nam & a-
lias uenter ante natiuitatem non
rumpit teſtamentum , ut ſatis con-
ſtat ex l.j.2.& 3.C.de poſth. hære.
inſtitu.& l.poſthumo , cùm dicitur
poſthumo nato, vbi id not. Iaſo.&
Philip.Deci.uterque col.2.in j.no.
C.de bono.poſ.cont.tab.& eſt tex.
omnium clariſsimus in l.3. in prin.
ver.ex his apparet ff. de iniuſt.teſt.
cùm dicitur hoc intereſſe inter fi-
lios iam natos & poſthumos, quòd
illi iniuſtum teſtamentum dicunt,
hi rumpunt:illi ſemper,hi ſi naſcan-
tur,nec inueniant ſe exhæredatos,
& hoc quoque voluit Bald.in d.l.ſi
pater,vbi ſuprà, & in auth. ex cau-
ſa,col.2.verſi.4.præmitte C. de lib.
præte.[& in l.ſi quis §.ſi ſuo, col.2.
in 2.locis,circa medium ff.de vulg.
& pup.& conſi.195. laudare,col.2.
verſi.ſed quicquid ſit,lib.2.]& Pet.
Iac.in tit.de cond.ex l.omninodo,
char.4.col.j.ver.ſi uero per lineam
Pau.Caſt.in l.cùm poſthumus ff.de
lib.& poſthu.[Franc.Are. in l.uen-
ter,col.3.verſi. nec eſt inconueniēs
ff.de acqui.hær.] & Iaſ.in l.3.§.pu
rè.in fi.ff.de liber.& poſthu.& in l.
quod dicitur,in prin.eo.tit. & Ste-
pha.Bertr.conſi.367.viſo conſulta-
tionis themate,nume.5.& 12.lib.j.
†Ex quo conſequens ſit,nec hos re
uocare donationem,cùm teſtamen
tum facilius reuocetur ac rumpa-
tur quàm donatio, ſecundum Bart.
qui hoc utitur argumento in caſu
l.noſtræ,in auth.ex cauſa, colum.4
& ibi etiam Ang.& Pau. Caſt.C.de
liber.præte.cum multis concord.à
me congeſtis, ſuprà in ver.libertis,
ver.66. hæc ſunt quæ à poſteriori.

146 ¶†Ad hæc uterus ad partem hæ-
reditatis non admittitur , donec in
lucem prodierit l.antiqui ff. ſi pars
hære.pet.& apertius in l. utrum,in
prin.ff.de reb.dub. [& in l.ſi duo-
bus §.vlt.ff.de leg.j.] vt qui hæres
nondum ſit l.ſi hæres ff.fam.erciſc.
quam ad hoc expendunt Cy.&Bal.
in l.ſi nemo,la 2.§.vlt.ff. de teſt.tu
tel.[& facit tex.in d.l. inter §.quā
diu C.unde legit.]†Nec hæres eſſe
poſsit,donec naſcatur, ut dicit Bal.
in l.cum quidam,co.j.poſt prin.C.
de inſti.& ſub.& in d.auth. ex cau-
ſa,ubi ſuprà C. de liber.præter.ubi
etiam dicit quòd dominus eſſe non
poteſt.† Nec poteſt dici eſſe in po-
teſtate patris l.vlti.ff. de colla.[& l.
vlt.ff.de aſsigna libe. [& in §.cùm
autem,qui eſt vlt.Inſti.de tute.vbi
ita ſcribitur , † ſi modò in ea cauſa
ſint,ut ſi uiuis parentibus naſceren
tur,ſui hæredes ; & in eorum pote-
ſtate fierent Bal.qui id dicit not. in
l.ſi filius §.j.in fi.ff.de libe.& poſt-
hu.] Vnde etiam necdum ſuus eſt,
[vt ſatis probat tex.in d.§. cum au
tem.&]l.j.§.toties, ibi , inter ſuos
hæredes futurum erit, & iterum §.
ſed & ſi incertum,ibi , ſuus futurus
ſit ff.de vent.in poſſeſ.mit. [& in l.
Gallus §.nunc de lege,ibi,qui cùm
naſcerentur , ſui hæredes futuri eſ-
ſent,& rurſum ibi,ſuus futurus tūc
cùm naſceretur,& iterum §.ult.ibi
qui cùm naſcentur,ſui erūt ff.de li-
be.& poſth. & in l. cùm quidam §.
primo,ibi,prægnans quę eum pari-
tura

tura eſt, qui ſuus hæres futurus eſt ff.de acqui.hære.]& in l.poſthumo ibi,qui ſui futuri eſſent, ſi uiuo patre nati eſſent,& ibi Iaſo. & Philip. Deci. C. de collat.& in d.l.3. C.de poſth.hære.inſtit.cum dicitur, qui ſi ad lucem fuerit redactus, ſuus hæres poteſt exiſtere,& in d.§.cũ aũt, Inſti.de tutel. & uoluit etiam Bal. in d.l.ſi pater,vbi ſuprà,& in l.cùm poſthumus ff.de lib.& poſth.& Iaſ. & Philip.in d.l.poſthumo,uterque in j.not.C.de bo.poſ.cont.tab. [In quo apertè errat Alex. qui contrarium tenuit.ſ.uterum ſuum eſſe, in l.ſi filius,in prin.col.6.ver.fallit in poſthumo ff.de vulg. & pup.] †;Et ſecundum hæc intelligi debet text. qui poſſet uideri contrarius, in §. poſthumi,Inſti.de hær.quæ ab inteſta.defer. [†Nec huic debetur legitima Bal.in d.l.ſi pater, & conſi.39 teſtator, col.2.lib.j.per tex.in l.ulti.de aſsigna.lib.Et quæ ſcribuntur à Fran.Are.in l.is poteſt,col.5.ver. nec obſtat ſecundum eum ff. de acqui.hær.†Et facit tex.in l. ſi uẽtri, in prin.ff.de priuil.cred.ubi priuilegium datum pupillis & cæteris huiuſmodi ut præferantur cæteris creditoribus in bonis tutoris uel curatoris,non habet locum,cùm uentri datus eſt curator,niſi is in lucẽ edatur,uide omnino Iaſ.in l.cùm filiuſfamilias §.in hac ſtipulatione, col. 2.ver.ſed aduerte ff.de uer.ob.]

147 ¶†Quin etiam is infans nondum pupillus dici poteſt, dum in utero eſt l.non eſt pupillus ff. de ver.ſig. † Ideoq; non ei fit mora: ut per eũ tex.dicit Bal.in l.ſi uoluntate,in fi. C.de fideicom.liber.†nec illi tutor datur,d.l.prima §. ſi auus quaſi ff. de eo qui pro tuto. & d.l. ſi nemo, la ſecunde §.ult.ff.de teſt.tute.vbi ex hoc dicit Bald.poſt Cy. quòd is cui id munus eſt traditum,non poteſt facere pacem cum interfectorĩbus patris huius poſthumi,cũ nondum ſit tutor, & ſequitur Iaſo.in l. pactum curatoris,ante fi.C. de pac. † Sed nec is quidem uterus homo eſt,ſed tantùm homo fieri ſperatur l.cùm inter C.de fideicom.libe.vbi & id no.Bal. † infertque ex eo non comprehendi uterum in repręſalijs (quas uocant) conceſsis aduerſus hominem alicuius nationis, gentis aut ciuitatis,id eſt (ut id tranſeunter dicam) in eo iure prehenſionis, †quod ueteres clarigationem uocabant,ſi credimus Alciato id aſſerenti,tum in epiſtola liminari C.ad lectores,tum in l. prouinciales ff. de verb.ſig.poſt Hermolaum quidem Barbarum.† Quanquam aliud mihi fuiſſe uidetur clarigatio,ex Tito Liuio,libro octauo, ab urbe condi. quo loco de pœna Veliternorũ qui toties rebellaſſent,differit, & Plin. lib.22.cap.2.ubi ipſe Hermolaus id etiam aſſerit quod diximus: quem uideas, & præterea [Seruium interpretantem illud Virgil. libro decimo Aeneidos.

Tum res rapuiſſe licebit.]

Alexandrum ab Alexandro,lib.Genialium dierum 5.c.3. & Petrũ Crinitum lib.de honeſta diſciplina 7.c. 4.[Et beatum Rhena. in annota.in Tertu.& Valentinianos, & Beroaldum in Veſpaſianũ Suetonij c. 7.] & Budęum unicum noſtrę gentis atque ætatis miraculum, in annotationibus poſterioribus pandectarũ in l.aut facta §. euentus ff. de pœn. † quo loco etiam id genus prehenſionis dici apud Grecos Androlepſiam,uel etiam Androlepſum neutro genere tradit authoritate Demoſthenis aduerſus Ariſtocratem, & Pollucis:nec ei interim diſplicet ut latinè pigneratio uocetur, ut uocauit Gregorius 10.in cap.j. de iniurijs,

iuriis,lib.6. vbi ita ſcribitur iu prin ci.† & ſi pignerationes quas vulgaris elocutio repræſalias nominat,& cætera quæ ſequuntur.[Et ita quoque vocat ſtatutum Sabaudiæ, cuius ſimile eſt initium in lib.2.ſtatutorum eius gentis,] quam uulgaré locutionem noſtri iuris interpretes ſequi malunt, vſqueadeo barbaries ad ſtomachum ruſticitatis facit,ut dicit Budæus ubi ſupra. Quãquam in d.c.j. vbiq; legitur pignorationes,ſed nihil omnino refert inter vtrunque, quoniam dicimus latinè pignero & pignoro, licèt antiquiores frequentius pignero dicebant. Sed & huiuſmodi oppignerationum in ea ſignificatione ſit mentio in iure ciuili, ſcilicet in auth.vt non fiant pigno.tam in rubro, quã in nigro,& in §.quoniam verò contingit, in auth.ut nulli iudic. Quibus in locis Græcæ illæ Iuſtiniani conſtitutiones id genus præhenſionis ἐνεχυριασμὸν uocant.

148 ¶ †Sed ut reuertamur,id quod diximus,uterum nondum eſſe hominem,uoluit etiam [Alb.in j.par.ſtatuto.q.133.in multis locis, colũ.2. verſi.& hoc indicant, & Signo.conſi.j.ſtatuto ciuitatis, col.2.nu.9.& iterum col.ſeq.nu.12.vbi etiã probat authoritate ſacrarum literarũ, cùm in illis dicitur, conceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria virgine,& homo factus eſt. quaſi.ſ. nondum homo fuerit antequam natus eſſet. † Et idem quoq; uoluit] Bal.in d.l.ſi pater,ubi ſuprà. [& in l.quod dicitur ff.de libe. & poſthu. vnde,ait, non comprehenditur ſub ſtatuto loquente de occidente hominem.] & in l.2.in prin.C.de poſt hu.hære.inſti. Nam licèt, inquit, habeat animam rationalem infuſam, tamen ſola anima non facit hominem ſine corporis perfectione, & organizatione,[& idem Bal.conſi. 390.tam profunde,ante fi.libr.2.& Io.Ana.in d.c.] ſicut ex literarum, col.2.ext.de homi.vbi & illud dicit de repræſaliis. [& Barba. in repe.l. cùm acutiſſimi,col.53.verſi.quid ſi teſtator dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine homine,& iterum ver. & in quantum ſuperius C. de fideicom. & in repe.c.Raynaldus,col.49.ver. ſecundò limita,de teſt. ubi dicit ad hoc eſſe ualde ſing.text.in d.l.cùm inter. Sed de hac re eſt tex. omniũ optimus & expreſſiſſimus in l.in lege Falcidia placuit ff.ad leg. Falci. cuius hæc uerba ſunt, quia partus nondum editus,homo nõ recte fuiſſe dicitur. Vt tamen non omittam Phil.Deci.qui & id quoque uoluit conſi.535.requiſitus, col.j.num.2. Quibus præter loca ſuprà adducta ſuccinit,illud D.noſtri Ieſu Chriſti. apud Io.c.6. Mulier cùm parit, triſtitiam habet; cùm autem peperit, non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundo,quem locum ad hoc quoque expendit Alber. in 3. parte ſtatuto.q. 59.ſi ſtatuto caueatur, col.2.]

149 ¶ Quid quòd uterus non ſolùm non homo eſt, ſed nec animal quoque,ut dicit gl.in d.l. qui in utero, la prima ff.de ſta.ho. per tex.in l.j. §. ſi quis; proximior. ff. unde cog. quem tamen pro contraria ſententia allegat Pet.Iaco.tit. de cond.ex lege omnimodo,co.4.[Quanquam ſcio Galenum ſcripſiſſe librum hoc titulo, utrùm conceptus in utero ſit animal: in quo idipſum eſſe probat tum authoritate Hippocratis, tum duobus legum capitibus primo,quo ei qui abortus cauſa fuerit pœna infligitur, altero quo adire hæreditatem nondum natis permittitur. Deorum enim inuentum, & donum leges eſſe, nam omnia ce-

tis

tis legibus inter deos omnium ille pater diſpoſuit. Et alicubi in eo lib. dicit id iam potentia eſſe animal, at tum animal actu fore, cùm in lucē proditum erit.] Verùm ſententiæ glo ſimpliciter ſubſcribunt Empedocles, Diogenes, Herophilus, & Stoici omnes apud Plutarchum li. 5. de placitis philoſophorum. † Sed nec infans in utero aliud quippiam reputatur, id eſt, ut breuiter dicam, nihil eſt, aut certè pro nihilo habetur niſi naſcatur, inſtar cogitationis animi, quæ & ipſa nulla eſt, id eſt nullius apud homines momenti, niſi ea in lucem proferatur. Ita enim dicit hanc ſimilitudinē faciens Bal. per d. l. 3. tum in tract. ſchiſmatis, colum. 10. verſi. ampliùs ſciendum. tū in l. j. col. 9. ver. circa ſecundum C. qui admi. & poſt eum Iaſ. in l. quod quis ff. de condi. inde. & in l. j. col. 2 verſi. glo. magna ff. de condi. ca. da. & in l. ſi ita legatum §. illi ſi uolet. ff. de leg. j. de quo & diximus ſuprà in uer. libertis, verſi. 22. unum tantùm dixerim. † Nam nec hi infantes qui in utero ſunt, cenſentur eſſe in rerum natura, ſiue in rebus humanis, ut probatur in l. quod in rerum ff. de leg. j. & in l. ubicunque, in prin. ff. de ventr. in poſſeſ. mit. & in l. interdum ff. de verb. obli. & in l. ſed & ſi plures §. j. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & in l. ſi pater ff. de ſolu. [& in l. ſciendum, ibi, vel in rebus humanis, uel ſaltem concepti fuerant, ff. de ſuis & legi. & in l. Titius, in fi. eo. tit.] Niſi tamen impropriè, ut probat tex. in l. quel uiuo, [cùm dicitur, quodammodo in rerum natura eſſe exiſtimatur, eod. tit.] & in d. l. qui in utero, & j. & 2. ff. de ſtatu. homi.

150 ¶ † Ex quibus fit, ut qui uterū, uel animatum exanimarit, nō punitur ex ſtatuto puniente homicidam ſiue hominis occiſorem, de quo latè per Alb. poſt antiquiores in d. l. qui in utero, la prima, & in 3. par. ſtatu. q. 59. ſi ſtatuto caueatur. [Sign. etiā latè d. conſi. j.] Iaco. Butr. Ange. & Salyc. in l. ſi quis necandi, quæ eſt pen. C. ad leg. Cor. de ſica. Bal. Pau. Caſt. & Alex. in l. quod dicitur ff. de libe. & poſth. Panor. Io. Ana. & Fely. in d. c. ſicut ex literarum, extra de homi. Idem Ana. in c. ſi aliquis, col. j. verſi. & ideo facit eo. tit. [Ange. Are. in tract. malefi. in uer. & ex interuallo, &c. num. 10. quid ſi quis faciat.] Alcia. in d. l. non eſt intelligendus. & iterum in d. l. non eſt pupillus.

151 ¶ † Hinc quoque fit, ut ſi ex ſtatuto imponatur vectigal pro quolibet animali, nihil ſit ex eo quod in utero eſt, ſoluendum, ut per Bal. in l. ult. paulò ante fi. C. de liber. cau. Ange. Alex. & recentiores in d. l. in lege Falcidia placuit ff. ad leg. Fal. [Albe. in prima par. ſtatu. q. 133. in multis locis,] & latiſſimè Firmia. in tract. de gabel. in 5. q. 8. par. princ. Ioan. Plate. in §. cùm autem, quem legit cum §. permiſſum eſt, colū. j. Inſti. de tutel. [& Barba. in d. l. cū acutiſsimi, ubi ſuprà,] & ipſum Alcia. in d. l. non eſt pupillus.

152 ¶ † Nec ſi decretum ſit certū præmium pro quolibet lupo qui capietur, debetur id præmium pro fœtibus qui exiſtunt in utero lupæ, ex ſententia [Guil. Cug. Albe.] Bal. & aliorū in d. l. qui in utero ff. de ſtat. homi. Bal. in l. ult. C. de lib. ca. [Albe. in d. q. 133. j. par. ſtatu. Sign. d. conſi. j. col. 3. verſic. ſextò probat] Imo. & Alexan. in d. l. in lege Falcidia placuit, Io. Ana. in d. c. ſicut, colum. 2. & ibi quoque Fely. de homi. & Ang. Aret. in d. §. cùm autem, Inſti. de tutel. & Alcia. in l. quod dicitur ff. de uerbo. ſignifi.

153 ¶ De

iugalibus Pilũno ac Picũno in ædibus lectus ſternebatur. Cuius etiã meminit Politia. Miſcellaneorum. c.89. vbi tamen Martianus corruptè loco Marcelli citatur. Ad hunc quoque morem reſpicit Seneca, ſi is eſt, in libello de morib⁹. Omneis infantes terra nudos excipit. & Plinius [lib. 2. c. 65. Terra nos naſcentes excipit. Et iterum] ſtatim ab initio lib. 7. hominem tantũ nudũ, & in nuda humo natali die abiicit ad vagitus, &c. Et ipſe Papinius lib. 2. Syluarum, in Genethliaco Lucani,

Natũ protinus, atq; humũ per ipſam.
Primo murmure dulcè vagientem,
Blando Calliope ſinu recepit,

[Et Tertullianus li. aduerſus Marcionem 4. Non decem mẽſium cruciatu deliberatus, non ſubita dolorũ concuſſione cũ tanti tẽpis cœno per corporis cloacam effuſus ad terram, nec ſtatim, lucem lachrymis auſpicatus.] Et Macro. qui eo. lib. Saturnaliorũ c. 12. tradit ex Cornelij Labeonis ſententia, Maiam deam terram eſſe, & Mercurium illi adiungi in ſacris, quia vox naſcenti homini terræ contactu datur, eandemq; etiam Opem vocari, quòd ipſius auxilio vita conſtet, & Fatuã à fando, quòd infantes partu æditi nõ prius vocẽ ẽdunt, quàm attigerint terrã. & è noſtris Alciatus antiquitatis diligentiſſimus indagator, ſimul & ſolertiſſimus inuẽtor, in l. hominis, ff. de verb. ſigni. vbi tamen non videtur intellexiſſe quæ de Ope eadẽq; terra dicta ſunt. [Ambroſius autem in epiſtola ad Syagriũ quæ eſt omnium 64. tradit obſtetrices ita dictas, quòd obſiſtant, ne fœtus laxatis vteri genitalibus in terram defluat. Nec interim prætermittemus Homerum lib. Iliad. 18. verbo græco cadendi pro naſcẽdi viũ fuiſſe quod pauci animaduertunt; ita enim ſcribit.

ἦ μὲν τὸν πάντεσσι περικτιόνεσσιν ἀνάξειν
ὅς κεν ἐπ᾽ ἤματι τῷδε πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικός.

Id eſt, ad verbum,

Certè quidem hunc omnibus circumuicinis dominatum iri,
Qui in die hoc cadet in pedibus mulieris.

Loquitur aũt ibi de Euriſteo & Hercule.]

155 ¶ † Et quod diximus vterũ non cõſiderari, procedit haud dubiè in caſu l. noſtræ, quæ lata eſt ad fauorem parentum donantium, non ẽt filiorum poſtea ſuſceptorũ, niſi fortè in quandam conſequentiã, vt patet ex iis quæ latè diximus in præfatio. nu. 92. inci. ſed hic parũ attende, & dicemus ẽt poſtea in verb. in eiuſdẽ donatoris arbitrio. nu. 1. 2. & 3. Conſtat aũt eum qui eſt in vtero tum demum pro nato cenſeri, cum de ipſi⁹ iure aut fauore quæritur. Aliis autem nõ prodeſſe antequã naſcatur. d. l. quod diximus. ff. de verb. ſign. [& d. l. qui in vtero. ff. de ſta. ho.] cum ſimi. Ac ne ipſi quidẽ parẽti, vt eſt tex. expreſſus in l. 2. §. remittit, verſi. qui autem in ventre eſt, & ibi no. Bal. ff. de excuſa. tuto. [& in l. libertinus. §. poſthumus. ff. de oper. libert. & in l. is cui. ff. quan dõ dies lega. ced. & Fran. Aret. in l. qui filiabus, in prin. col. 2. ff. de leg. 1. ubi dicit primum tex. quem ſolũ allegat ad hoc eſſe not.] quãuis certum ſit non poſſe prodeſſe patri, quin ſibi etiam in conſequentiam proſit ex iis quæ latiſſimè diximus ſupra in illa præfatione.

156 Verum † maius dubium eſt, ſi infans natus eſt non quidem totus ſed fortè caput, & in his locorum muliebriũ anguſtiis extinguitur.

Nam & hic videtur rumpere teſtamentũ,per tex.in d.l.quod dicitur ff.de liber.& poſthu.qui poſtquam dixit eum qui exſecto vétre editus eſt,rumpere teſtamentum,hæc verba ſubdit. Quid tamen ſi non integrum animal editum ſit,cum ſpiritu tamẽ,an adhuc rumpat teſtamẽtum?& hic tamen rumpit.Quin ex noſtrorum ac Theologorum ſententia poteſt is qui caput tantũ exerit extrauterũ,baptizari,quaſi iã natus eſſe cẽſeatur,qui caput oĩum ſenſum atq; viriũ animi habitaculum natus eſt.Ita.n.voluerunt Hoſtien.in ſum.tit.de bapti ſ.§.quæ ſit eius forma:verſic.licèt autem totus,& ſequen.& iterum verſi.quid ſi mulier. Matthæ. Paul. Liazari.& Barb.in clem.j.ver.ad hoc,de ſum. trini.Archid.Domi.& Car.Alex.in d.c.baptizari,diſtin.5.Henr.Bol.in d.c.maiores,de baptiſ.Luc. Pen.in l.cum autem,poſt prin.C.de agrico.& cẽſi.li.10.Alberi.& Are. in l. 3.in prin.[& ibi Fran.Are.]col.antepen.ff.de acqui. hęr. Alexand.in 4.par.ſum.q.13.membro 4.art.j.& iterum q.17.mẽbro 3. Diuus Thomas in 4. ſenten. diſtin.6.ar.j.q.j. Ricar.in eo.lib.diſ.3.ar.4.q.3.Scotus in eod.lib.diſt.4. membro j.q. 3.Pet.Aur.& Pet.Reginaldetus ex Franciſcanis noſtri oppidi Fontenaij theologus præſtantiſſimus q. 5.Aſteſ.in ſumma.lib.4.titu.de baptizandis.Pelbartus Themeſinarus lib.j.Rolarij.q.j.in ver. baptiſmus §.33.& alij pleriq; eius notæ Theologi(necdum enim eos pudet pigetq; citare,præſertim cum meliorum deeſt auctoritas) quos in id tibi congeſſi in noſtris commentarijs conſuetudinum,ti.3.§.9.in gl. 4.vbi affatim capitis dignitatem excellentiamque declaramus, tam ex noſtris legibus,quàm alijs ſcriptoribus,ex quibus hic multa potoris aſſuinere.

157 ¶†Quinimo ſunt & qui tenẽt ſatis eſſe unũ aliud mẽbrũ quod exierit extra uterũ,baptizari;cũ aĩa ſit tota in toto,& tota in qualibet parte,ex Ariſtotele de aĩa & ſenſu. Et in his eſt[glo.in c.vulgaris,in ver. totum,quæ eſt j.de pœniten.diſt.j. & in c.propriè,in ver.trium milliũ quę eſt pen. de conſecra. diſt.4.] Bar.in d.l.3.C.de poſt hære.inſtit. Ricar.Sco.& Claua.quib.locis nuper citauimus, & alij quos citat Henr.Bo.in d.c.maiores,[& præterea Ioa.Corſer. in deciſio. Tholo. poſt eum Anfre.in additio.q.156. item fuit quæſitum quidam P.].

158 ¶†Verũ ego in hac ſum ſñia,vt is qui nõ totus naſcitur, non reuocet donationẽ ex hac l. Neq;.n. & hic rũpit teſtamẽtũ ſecundũ doct.præſertim Bart.Corne.qui id reputat not.& Franc.Are.in d.l.3.C.de po ſthu.hæred.inſtituend.Bar.& Ang. in d.l.quod dicitur ff. de liber.& poſthu. Ang. Aret.in §. poſthumi, ad fin.Inſti.de exhære. libe. & Alcia.in l.qui mortui.ff.de verb.ſign. vbi & hunc tanquàm non natum neque procreatum ex eo tex. cenſet.Et innituntur omnes d.l.3.quæ ad hoc eſt optima,tum in illis verbis,ſi uiuus perfectè natus eſt.†Nã id demum perfectum eſſe dicitur, quod omnibus partibus eſt conſummatum,nec ei omnino aliquid deeſt.l.j.ff.de orig.iur.& ibi cõcordan.in gl.& quæ dicemus infrà in gl.proxima,nu.9.eodemq; vlt. Tu item in illis verbis,ſi viuus ad orbem totus proceſſerit.Nam qui totum dicit,nihil omnino excludit. l.Iulianus, in prin.ff.de lega.j. Ex hocque dicit Cor.in d.l.3.poſt magiſtrum ſuum,quòd is qui non totus exit viuus,non ſuccędit ab inteſtato,

teſtato:†quia ius rumpendi teſtamentum deſcendit ex iure ſuccedendi ab inteſtato l. maximum, vitium, cum ibi not. ff. de liber. præter.

159 ¶†Quod autem de baptiſmo dictum eſt, nihil huc pertinet: quã lex Dei non his clauditur cancellis legis humanæ, nullisq; includatur limitibus, nullis terminis comprehendatur: vti etiam atteſtatur pontifex in c.j. in prin. de reliq. & venera. ſanct. libr. 6. Suntque tamen qui huius quòd dictum eſt, contrarium opinantur, & in his Guil. Laud. & Car. Flor. ĩ d. clem. j. §. ad hæc, de ſum. trin. & fide cath. Quin ſunt qui è diuerſo addubitant, poſſitne infans in vtero matris baptiſmo flaminis initiari, Nẽpe Gerſon Pariſienſis Theologus & Cancellarius in ſermone de natiuitate virginis Mariæ, cuius verba hic ſubiecimus. Conſtat, inquit, Deum miſericordiam ſaluationis ſuæ non ita legibus communibus traditionis Chriſtianæ, non ita ſacramentis ipſis alligaſſe, quin abſque præiudicio legis eiuſdem poſſit pueros nõ dum natos extra vterum, intus ſanctificare gratiæ ſuæ baptiſmo, vel uirtute Spirituſſancti. Debent igitur mulieres prægnantes, ſimiliter & uiri ſui, per ſe & alios diligentiùs preces fundere Deo, & ad ſanctos angelos cuſtodes hominum & puerorum in vtero, debent & ad cæteros ſanctos ſanctasque omnes confungere, quatenus infans nondum natus, ſi fortè moriturus eſt priuſquam ad baptiſmi fluminis gratiã peruenire valeat, dignetur ipſum dominus Ieſus ſummus pontifex baptiſmo Spirituſſancti præueniendo miſericorditer conſecrare. Quis nſcit ſi fortè exaudiet Deus? imò quis non deuotiùs ſperare valeat, quòd orationem humilium & in ſe ſperantium nequaquam de ſpiciat? Proficit hæc conſideratio ad excitationem deuotionis in parentibus, proficit ad leuandum eorum anguſtiam, dum ſine baptiſmo moritur puer: quia nõ omnis inde ſpe ſalutis ablata eſt. Sed neque abſq; reuelatione datur (fateor) certitudo. Hactenus Gerſon. Nec longè ab eo diſſentit Aſteſ. vbi ſuprà, in fin. Porrò ſecundum hæc Laud. & Cardin. qui alterius ſunt, vt diximus, ſententiæ, conſulunt, vt quicquid apparet ex puero extra vterum, imminente periculo mortis baptizetur, propter penetrabilem & occultam operationem ſpirituſſancti: de qua in c. multi, circa mediũ j. q. j. Nam & de Hieremia ſcriptum eſt, Antequam de vulua exires, ſanctificaui te. Hiere. j. & de Ioãne. Et Spiritusſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuæ. Lucæ j. Qua in re ſubit illud diui Pauli. O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia ipſius, & inueſtigabiles viæ eius? quis enim cognouit ſenſum domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Quæ hoc in loco nolui præter mittere, tum vt oſtendam, quod iã diximus, Dei O. M. leges nõ his noſtris alligari. Tũ vt obiter eos poſt Gerſonem conſoler, atq; ad orandum excitem, quibus hi partus infelices atque inauſpicati cõtingũt, ſed ita tamen, vt interim caueant ne delabantur in errorem Pelagij, qui cenſebat infantes, etiam ſi non baptizentur, habere vitam æternã. Cuius ſententiam planè refellit Auguſtinus epiſtola 28. incip. Deũ noſtrum, & iterum epiſtola 106. domino, &c. tandem aliquando, & lib. de anima & eius origine, primo. c. 9. & ſeq. & in lib. de natura & gratia ca. 8. &

8.& ſequen.& lib.de Geneſi ad literam,10.c.15.& ſequen. & Ambroſius in libr. de vocatione omnium gentium,primo c.7.& iterum libr. 2.c.8.Nam quod de Ioanne & Hieremia ſuprà dictum eſt, & quod ité devirgine Maria iampridem ſancta eccleſia Catholica aſſerit, id ex ſpeciali priuilegio fuit non de lege communi.

160 ¶ † Nec item obſtat dictę l.quod dicitur.Nam ea non intelligitur de animali quod partim natũ eſt, partim non natum, ſed de eo quod nõ integrum eſt omnibus membris,vt quia fortè illi deeſt manus aut pes, aut aliud, quod tamen in monſtrũ non tendit, & ita totum quicquid eſt naſcitur, ſed non integrum eſt. Ita enim eum tex. intelligunt Bal. Ang.Pau.Caſtr.Alex.& Iaſ.ut etiã dicemus poſtea in ſeq.q.num.209. incipient.ſed vt redeamus. Et ſi aliter intelligeretur,pugnaret è diametro cum d.l.3.C.de poſthu.hær. inſtit.Et ex hoc quoque fit,quòd ſi infans viuus natus eſt, aut extractus inciſo aliquo membro, quod fortè impediebat partum naſci,rũpit teſtamentũ,etiam ſi ſtatim moriatur,vt tradit Philip.Corne.in d. l.3.Nam is,inquit,infans perfectus eſſe dicitur, ſicut homo perfectus eſt pede vel manu amputata, cùm ſit animal rationale, & habeat corpus & animam,ex quorum coniunctione homo componitur, vt dicit tex.in c.in quadã,extr.de. celebra. miſſ. Ideoq; totus in orbem viuus prodijt,qui parte abſciſſa prodijt, cùm ea pars non iam ſit pars hominis,quia tota anima remanet in reliquo corpore, ſeparaturque ab ea parte abſciſſa, ſecundum not. per Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur, in prin.in 3.oppoſit.ff.de verb. oblig. & in l.ſi cui ff. de ſeruit. Et ita reſidet Corne. cum quo conuenit Alcia.in d.l.qui mortui.ff.de verb.oblig.Et idem dicas eadem ratione in caſu l.noſtræ, ut ſcilicet is infans qui naſcitur mutilatus aliquo membro,non tamen mõſtruoſus,reuocet donationem.

161 Sed hoc † rurſum in dubium vocatur, vtrùm filius qui integer totusq; naſcitur,ſed poſtea ante patrem moritur, reuocet donationé, néne,aut ſi reuocet,an ſaltem donatio vires recuperet ex morte ipſius.Et videtur quòd ſic,ex text.in l.poſthumus præteritus, in prin.ff. de iniuſt.teſta.vbi ſi poſthumus pteritus viuo teſtatore deceſſit,licèt iuris ſcrupuloſitate,nimiaq; ſubtilitate teſtamentum ruptum videatur, tamen poterit hæres ſcriptus bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas accipere, hæreditatemque obtinere.quem tex.dicunt ſing.Alex.& Iaſ.in l.poſthumo, ille in 3. not.hic in 2.C.de bono. poſſ. ſecũ. tabul.& idem Iaſ.in l.poſthuma ff. de liber.& poſt.& in l. ſi quis eum §.j.col.vlt.ff.de vulg.& pupil.ſub. Quod & procedit non ſolùm in primo gradu,ſed & in ſecundo, & ita quoque in ſubſtituto,ſecundũ glo. not.in l.ſi à primo, & ibi Angel.& Imo.qui illam reputant ſing.ff.de libe.& poſt.† Ex quo & hic dici poteſt, quòd licèt natiuitate filij qui viuo patre mortuus eſt,donatio cẽſeatur reuocata quadam iuris ſubtilitate,vires tamen morte illius reaſſumat,rẽq; ipſam donatarius obtineat,prẹſertim † cum plus virium & roboris habeat donatio, quã teſtamentum l.j.ff.de pact.& l. ſi mihi & tibi §.in legatis ff.de leg.j.cũ ſimil. Ideoq; etiam difficiliùs retractetur,ſecundum Bar.Ang.& Pau. Caſtr.in auth.ex cauſa C.de liber. præter. cum alijs ſuprà, latè collectis

ctis in ver.libertis, verſic.66.incip. hæc ſunt quæ pro poſteriori. aut ſi retractata fuerit facilius reconualeſcat,† quàm teſtamentum,cũ actus viuorum magis ſuſpẽdi poſſit, quã morientium.l.vlt.ff. com. prædio. cum ſimil. †Et quia etiã cũ deceſſerit is filius,perinde habendus eſt,ac ſi nunquam natus fuiſſet.l.j.in.j.reſpon. & §.vlti.& l.2.& 3.ff. de aſſignan.liber.

162 ¶ † Et in ſimili videmus quòd per diuortiũ reuocata, redintegratur redintegrato matrimonio.l. poſt diuortium.ff.de iur.doti.Et tutela vires reſumit ceſſante cauſa de poſitionis,l. non ſolum §.vlt. ff.de excu.tut.& l. ſi quis ſub conditione §.ſi tutor.ff.de teſta. tutel. † & cũ mulier perdat proprietatem rerum ei à marito relictarum, ſi nupſerit viuente filio ex illo marito, tamen ſi is filius poſtea moritur ſine filijs,eandem recuperat, vt not. in §.quoniam infirmas, in auth.de nupt.& in §.j.in auth.de nõ elig.& voluit etiã Bal. conſi.153. quidam teſtator,col.j.lib.5. [& Ang.conſi. 83.ſubtiliter & eleganter,col.vlt.] †Cui & ſimile eſt quod ſcribitur in l.fœminæ.§.illud C.de ſecund.nup. quòd mulier quæ iterum nupſit, & ſucceſſit vni ex filiis prioris matrimonij,tenetur cæteris liberis ex eodem matrimonio relinquere. At ſi ipſi moriantur. id pleno iure obtinebit, poteritq; de eo vt libitũ fuerit,diſponere. & ad hoc eum text. annotat Bal.ibi, qui & idem voluit in auth.ex teſtamento, col.2.verſi. modo circa iſtam. C.eo.tit.Ang.in §.j.col.3.verſi.reſtat, nunc videre, in auth.de non eligen.Saly.in auth. vxore mortua.C.de ſecund. nupt. Pe.Anc.conſ.278. præmittam caſus indubitatos,col.j.Nico.Vbal.in ſuo tract.ſucceſ.ab inte.in 2.par. prin. col.5.verſi. item limita niſi omnes. & Steph.Bert. cõſ.291. Chriſti,&c. viſo caſu,nu.10.lib.j.& conſi.192. ponitur in facto, in.2.dubio.lib.3. [Et quod etiam in ſimili dicitur in l.ſi quo.C.ad S.C.Tertul.quòd mulier habens liberos, nubẽs intra tẽpora luctus, infamis eſt, nec ei remittitur infamia, niſi ipſis ſuis liberis dimidiam partem omnium bonorum ſuorum purè donauerit,'ſed liberis mortuis, totum ad matrẽ ex integro reuertitur.]

163 ¶ † A quibus non longè abeſt quod pulchrè uoluit Bar. in l.ſicut in annos,quam legit primã totius tit.ff.quemad. vſufru. amit. quòd cum maritus relinquit vxorem dominam & vſufructuariam, extantibus liberis,non videtur relicta proprietas, neque etiam vſusfructus, ſed tantum alimenta, ſecundũ glo. & alios in auth.quod locum.C.ſi ſecund.nupt. muli. cum aliis multis concord. à me collectis in noſtris legibus cõnubialibus, [in l.10. nu. 5.cæterum apud Græcos.] Certè ſi poſteà moriantur liberi, huiuſmodi relictum alimentorum conuertitur in proprietatẽ aut certè vſumfructum,ac ſi ab initio nulli extitiſſent liberi. Quod dictum pro ſing. refert.& ſequitur Bar.Cæp.in trac. ſeruit.Vrbano. prædio.li.j.c.4. col. 3.in verſi.item quid ſi maritus.Sed & idem uoluit ipſe Bar. [in l.ſi ita ſcriptum fuerit.ff. de manumiſ.teſta.& in l.Titia.§. vlt. ff.de lega.2. prout illũ allegat & ſequitur Pet. Anc.in c.ſi pater,in 4. nota.de teſt. lib.6. & conſi.185. quæſtio videtur magis dubia,in prin. & rurſus ipſe Bar.conſi.56.Bar.fecit teſtamentũ, col.2.in 2.dubio, & inter cõſil.Bal. conſil.120. Nicolaus, lib.3. & ipſe Bal.conſi. 426. concluſiuè veritas eſt,& conſi. ſeq. mortuo dicto impubere,

pubere,lib.2.Ang. conſi.97. Viuianus,col.vlt. & conſil.109.in dicto teſtamento,col.2. Alex.con.42.viſo proceſſu, in fin.lib. 2. & Philip. Dec.conſil.485.caſus de quo quæritur,col.4.verſi.ſecundò reſpondetur, quod conſil. iterum repetitur, cõſ.537. niſi ꝙ prius eſt amplius.]

164 ¶ † Quod multum huc facit.Nã ſi in hoc caſu Bar. relictum ſibi vires ſumit proprietatis aut vſufructus, quas ab initio non habuit, ob mortem liberorũ, certè multò maiori ratione in caſu noſtro donatio 2 iam à principio omnibus viribus ac partibus integra, omnibuſque modis ac numeris abſoluta & perfecta debet ob mortem liberorum vires quas ipſa ab initio habuit, recuperare,per l. qui ex liberis.§.teſtamento [& ibi Bart.] ff. de bon. poſſ.ſecun. tab. quam ad hoc not. gloſ.in l.ſi teſtamentũ.[& ibi quoque Bar.& Fran.Aret.ff.de teſta. & idem Bar.in l.j. §.ſi filius.ff.de leg. 3.& Ange.conſi. 108. iſta quæſtio, col.2.Atq; ẽt per l.ſi vnus.§.quod & in] ſpecie ff. de pact. quã ad hoc quoq; citat Albe.quo loco eum ſtatim aduocauimus. atq; item ex no: per gl.in l.vlt.§.Lucius, in ver.per ſectam ff.de dona.per tex.ibi, iũcta l.cũ hic ſtatus.§.ſi maritus ea quæ ff.de donat. inter vir. & vxo.& l.ſi maritus tuus.C.eo.tit. q̃ & ex hoc fieri dicit,quòd præterito filio iam nato, ipſo iure non valet ab initio teſtamẽtum, ideoq; & ſi is filius poſtea decedat viuo patre, non cõfirmatur.[§.j.Inſti.de exhær.lib.]Verum præterito poſthumo teſtamentum nihilominus valet ab initio, & licèt natiuitate poſthumi rũpatur, tamen ſi is poſthumus viuo patre decedat,recõualeſcit,p d.l.poſthumus.ff.de iniuſto teſta.Et illã gloſ. ſequuntur, & cõmendat Bar.& alij ibi.& eſt ſimilis glo.in d.l. poſthumus.[& ibi ẽt Bal.& alia item]in l. 2.& ibi Cyn.Bar.& Albe.C.de poſt hu.hær.inſti. & in l.ſi hæreditas.§. qui filium, in ver. confirmatum ff. de teſta.tute. & in l.omnia quæ ex teſtamẽto.ff.de reg.iur. & in d.§.j. in ver.nõ cõſtituat. Inſti.de exhær. liber.& voluit ẽt Bal.in l.filio præterito,col.pen.verſi. ſecundò quæro,& ibi Ang. in fi.ff.iniuſt.te. [idẽ Bal.in.l.ſi à primo ff.de lib.& poſt. 1 & conſi.202.ſuper his,poſt prin.li. 4] & latè Raph.Co. in repe.l.ſi filius, in.j.oppo.2. not.ff.de liber. & poſthu. & Nellus inter conſi.Paul. Caſtr.conſi.213. ſi dicta domina,li. j.& facit quod ſcribit Soz.in l.j.§. ſi vir vxori,col.pẽ.verſi.ſecũda concluſio ff.de acquir.poſ.† Ex quo ẽt Io.An.in addi.Spec.tit. de teſta.§. in primis,in addit. incip.huic quæſtioni,verſi.occurrit.dicit plus nullitatis habere id quòd à principio non ſubſiſtit, quã quod ex poſtfacto deficit, per d.l.poſthumus.ff.de iniu.teſt.iũcta.l.ſi filius.ff.de liber. & poſth.Et ea quidẽ ratio multum cõgruit donationi quę ab initio valet,ſed poſtea natiuitate liberorum reuocatur, vt morte eorum debeat confirmari.

165 [¶ † Super eo tamen quod diximus de vxore relicta dña & vſusfructuaria, quoniã à multis in hoc diſtinguitur,vide oĩno Bar.Bal.Imo. Rap.Co.& Flo.in d.l.Titia. §.vlt. ff.de leg.2.& eundẽ Bar.d.conſ.56. vbi ſupra, & cõſi.171. Nicolaus,& conſ.244.fuit quidã de Aſſiſio,col. vlt.Bene.Plumb.in l.2.ff.de manu. teſta. Bald.in l.3.§. quid ergo.ff.de vſu & habi.& in l.& ſi cõtra tabulas,& ibi Imo. Alex. Franc.Aret.& Iaſ.ff.de vul.& pup. ſub.ipſum Bal. in l.ul.col.ul.C.de indi.vi.tol. Ang. in d.auth.quod locũ, & d.cõſ.97. & conſi.

confi. 109.quidā patronus, col.vlt. & confi.301. factū tale legitur,in 4 dub.Pan.cōſ.78. q̄ſtionis pūctus in hiſce terminis,col.ul.i 2.dubio.lib.2. Ro.cōſi.516.in caſu propoſitæ conſultationis,in quo primo quæritur, in j.dubio. Alex.cōſ.40.viſo themate, & cōſultatione,in j.dubio.lib.j. Maria. Soz.cōſ.68.Ioānes,col.vlt. Fran.Cur.ſenio. conſ.14.nobilis teſtator,per tot.& Iaſ.in l.ſi fundum ſub conditione §. ſi paterfamilias, in j.not.ff.de legat.j.]

166 ¶ † Et hanc quoque ſententiam confirmat quod in non longe diſſimili caſu dicimus, ceſſante,ſ.cauſa reuocationis donationis inofficioſæ, ceſſat & ipſa reuocatio,vt dicit Bal.in l.j.col.2.verſi. tertio ſic. C.de inoffi.dona.ar.l.j.§. ſi quis in fraudem. C.ſi quid in fraud. patro. †Nam & alias generaliter ceſſante cauſa ceſſat effectus eiuſdē, vt ſcribit Ariſto.lib.2.Phyſico.& nuncupatim repetit Romanus pōtifex in c.& ſi Chriſt⁹,ex.de iureiu.& alibi ſæpe,& noſtris quoq; legibus probat.l.gñaliter.C. de epiſ. & cle. cū multis concord.à me congeſtis in [noſtro tracta. cui titulus eſt, ceſſante cauſa ceſſat effectus.]

167 HAEC autem † maximè debēt procedere, ſi filius poſt donationē natus ſtatim moriatur, quoniā natus nō videtur,qui confeſtim mortuus eſt, per tex.quem ita ſumant, vt cum noſtris loquar. Io. An. & Pan.in c.nam & ego,extr.de verb. ſign. vbi & gloſ.ex eo no.non videri fuiſſe,qui parum durauit,& allegat concor.Et hoc planè aſtruit illud Iob.cā.10.Fuiſſem quaſi nō eſſem, de vtero trāſlatus ad tumulū. Ideoq; etiam glo. in c.j.§.quinetiā in ver.non admittatur, tit.epiſ.vel abba.aſſerit,quòd in feudo dato alicui, & ſuis liberis maſculis & fœminis, & in quo propterea nō ſuccedit fœmina,ſi maſculi aliqui extiterint,ꝑ tex.ibi,ſi maſculus poſt mortem patris illico mortu⁹ eſt,nō prohibet fœmina ſucedere,tanquā ille nō videat extitiſſe,& hoc ſequunt Ia.Bel.Ray. Nic.Neap.Bal. Aluar. Mar.Laud.qui eā dicit ſin,& Card. Alex.ibi. Sed & alia ē illi ſimilis in c.j.§.vl.in ver.oīno extātib⁹,tit.de ſucce.feu.quā & ſequunt Bal.& Aluar.ibi. Qui in priori loco . & poſt eos.Car.†Illud ꝓterea dicūt,eū dici illico deceſſiſſe, q mortu⁹ eſt antequā nomē ſit illi i baptiſmo iditū ſeu rei tēpus,iquiūt,octo dierū ſtatuebat in veteri teſtamēto,& allegāt Inno.qui tñ hoc nō dicit,i d.c. nam & ego. Sed huc proximè accedit quod ſcribitur Geneſ. 17.& iterum Leui.12.ꝑcepiſſe dominū, infantē octauo die à natiuitate circūcidi,quo ēt die circūciſus ē Chriſtus noſter. Luc.2.Cuius legis rationem reddit Auguſtinus in q̄ſtionibus ex veteri teſtamento. c.29.

168 ¶ † Nec hinc longè abhorret ꝙ ſcribunt Plutarchus in Problematis Romanorum c.10. & Aurelius Macrobius conuiuiorum Saturnaliorum libro primo c.16. [& Feſtus Pompeius in verbo,luſtrici,] veteres Romanos maribus nono die,fœminis octauo nomina imponere ſolitos, [eoſque dies dicit ipſe Pompeius ob id fuiſſe vocatos luſtricos, ſiue luſtratos .] addit autem Plutarchus huius rei rationem, quam breuitati ſtudētes prætermiſimus. Ariſtoteles autem libro de natura animalium 7. ca.poſtremo, ſcribit nato infanti ante diem à natiuitate ſeptimum,nomen non imponi. Sūt & qui ſcribunt Athenis decima die id fieri ſolitū, qua quidem congregatis conſanguineis & amicis peracta re diuina [ſplendidum] para-

batur conuiuium, quod uocabant δεκάτην ἑστιᾶν.

169 ¶ † Sed vt ex iſto diuerticulo redeamus in viam, illam gloſ.in d.§. quinetiam ſequitur etiam Bal.in l. j.§.in nouiſſimo,col.2.verſi.quæro nunquid infans. C.de cadu. tol.& Paul.Caſt.cõſi.191. viſis & diligenter examinatis, col.2.lib.2. & Iacob.à S.Georg.in tract.feud.in ver. & fœminis, col.2.[Frã.Curt. iuni. in j.par.3.par.prĩ. col.pẽ.ver.27.] & Steph.Bert.qui & hoc dicit communiter obſeruari.conſi.276. Chriſti,&c.viſo caſu,col.j. lib.j.& Cæp. cauſ.ciui.cõſi.50.in cauſa quæ vertitur inter dominam,col. pen.verſi. circa ſecundũ. [& Zaſius in epitome Feudorum,in 8.par. in 2. parte concluſio.2.]

170 ¶ † Et ſicut natus non videtur, qui ſtatim mortuus eſt, ita nec econtra mortuus eſſe cenſetur, qui ſtatim ex morte ad vitam reuocatur, id quod planè Chriſti domini noſtri auctoritate probat, qui Io.11. c. aſſerit Lazari infirmitatem non eſſe ad mortem, quãuis ex ea mortuus ſit,quoniam ſcilicet haud multo poſt ab ea eſſet ſuſcitandus. De qua re Accurſius diſſerens in l.ex his.ff.de legib. tradit ipſum Lazarum debuiſſe bona ſua recuperare, quia non videbatur mortuus fuiſſe qui tam citò reſurrexit, per l.3.ff. de diuor.†ubi non videtur uxor à marito diuertiſſe, quæ breui ad eũ rediit.& illam gloſ.ſequuntur Bar. Albe. Bal. & alij ibi. Rom. & Flo. in l.ſeruitutes.§. ſi ſublatũ.ff.de ſeruit.vrba.præd.Ang.in l.debitor.C. de ſen.paſ.[idẽ Ang.] Imo.& Alex. qui addũt conco.in l.ſi mariti.ff.ſo. ma.Cui adde gloſ. ibi ſimilem in l. ſeruus effectus.ff.de actio. & oblig. Bart. Brix. in ſuis quæſtionibus dominicalibus,quæſtio.54. eſto quòd aliquis ſit reſuſcitatus.[Io.An.in c. fraternitatis,col.2.in verb. miraculum,& ibi latè Card. Alex. de frig. & malefic.Albe. id latè diſputante poſt alios ibi per eum allegatos, in l.inter ſtipulãtem.§. ſacram, col.2. verſi.expeditis oppoſitionibꝰ.ff.de verb.obli.& in l.quod dicitur,poſt Dyn.ibi col.ult.verſi.vltimò colligit.ff.de impen.in re. dota.fact.] & Bal.in l.intercidit, & ibi etiã Paul. Caſt.ff.de cond.& dem.& eundem Bal. [in repe.l.j.col.ult.verſi.itẽ incidit.C.de ſacroſanct.eccle. & in c. j.col.2.verſi.in glo.no.ergo de electio.] & Barto.à Scarãpis inter conſi. Alber.Bru.conſi.112.caſus ſuper quo,col.ult.& conſi.ſeq. venerabilis domine,poſt prin. In quibus & omnibus propè locis comperies, an debuit uxorem ſuam recuperare.de quo & per gloſ. & Arch.in c. licitè 22.q.7[Freder.Senen.conſil. 26.caſus talis eſt,quidã eſt ingreſſus,col.2.Ro.in rub.ff.ſol.mat. col. 4.verſi. an reſuſcitatus, in j.lect.& iterũ in.2.col.7. verſi. ſed quid de reſuſcitato.] & Firmia. in tra. de epiſc.in 4.parte 8. partis principalis,lib.4.in 4.quæſtio.De quibus & vide Guil.Laud.in ext.ſuſcepto, in verb.vacantium, [vbi tractat,an reſuſcitatus recuperet beneficiũ Bal. conſi.243. quidam nobilis,col.j.li. j.& Alber. in l.adeo. ff.de acquir. rer.domi.]Panor. in d.c.fraternitatis. Ro.in rub.ff.ſol.mat. in vtraq; lectura. Iac. Zochi.in rub. extr.de ſponſal. Fran.Paui. in tract.de offi. & pote.capi.ſed vac. in vltima parte præludij,col.2.

171 ¶ † Facit & quòd in ſimili dicimus, non conſiderari tranſlationẽ dominij,quę momento durat.l.vl. §.vlt.in fi.C.de bon. quę liber.& not.Bar.in l.vlt.ff.de condit.inſtit. & Ang.in l.voluntas, ad fi.C.de fideicom.

deicom.vbi ex hoc dicit, quòd prohibitus alienare extra familiam, poterit tamen alienare ea lege, vt incontinenti debeat reſtitui familiæ: quia non dicitur. tunc alienatio fieri extra familiam, quæ momēto eſt penes illum duratura, ar.d.l.vlt.§.fin.quē ad hoc dicitur not. Id quod ſequitur. Iaſ. [& in l.vl.col.antepē. ver.& vltra allegata.C.de iure emphy.vbi id dicit ſing.&] in l.filiuſfa.§.diui, in 2.lec.col.10.ver. quartò limita, vbi & ad hoc allegat tex. quem dicit not.in l.cogi.§.hi qui ſolidum.ff.ad Trebel. ſequitur etiā ac commendat Barb. in l.4.§.Cato, col.21.verſi. & adduco.ff.de verb. obli.†vbi & idē dicit de vaſallo ita alienante feudum, vt confeſtim ad eum reuertatur, ita per hoc limitās tex.in c.j.tit. quid iuris ſit ſi poſt ali. feud. va ſ. id recup. vbi de hoc latiſſimè per Card. Alex. qui alios eiuſdem ſententiæ citat.†Et de emphyteuta voluere Ro.in l.ſequitur. §.item Labeo.ff.de vſucap. & Ant. in c.potuit, col.j.ext.de loca.& Iaſ. in l.3.col.45. C.de iur.emphyte.& Hippo. Marſil.conſi.136. conſului proximis diebus, col.3.verſi. confirmantur.

172 ¶ † Sed tu præter ſupradictos qui negant conſiderari momentaneam translationē, adde ipſum Ange. conſi. 34. Conſtantinus, col.j. vbi adfert multa ſimilia.& Pau.Ca. in l.frater à fratre, col.7. & ibi Iaſ. col.2.ff.de cond.indeb. & Barb. in ru.de reb.eccle. nō alien.& cōſ.12. ſcribitur apud Prophetam, col.14. verſi.modo teſtator, lib.j.& Sozin. conſ.177.ſupraſcripti, col.3.verſic. ſecūdo reſpōdetur, lib.2. Ideo licèt non valeat donatio inter patrem & filiumfa.& inter virum & uxorem. l.2.C.de inoffi.don.& ff.& C.de dona.inter vir.& vx.per to. valet tamen ſi ita fiat, vt apud donatarium non maneat, ſed illico ad aliū transferatur.l.ſi conſentiente. C. de dona.ante nup.& l.profectitia.§.pen. ff.de iu.dot.& l.ſi vxor marito,& l. Sulpitius.ff.de don. inter vir.& vx. & voluit Bar.poſt Iacob. Aret. in l. 2.§. ſi vero pater, colum.j.ff. de donati. & Roma.in l.ſi donatione.C. de collatio.

173 ¶ † Ad quod etiam benefacit & quod dicitur à noſtris quòd ſi legetur quicquam alicui, cui etiam diſpoſitione legis quippiam debetur cenſetur id legatum factum animo compenſandi.l. ſi cum dotem. §.ſi pater.ff.ſolu.matr. cum multis concord. à me latè congeſtis in noſtris conſuetudin.titu.26.§.8. in princ. id tamen procedit cū legatum debet manere apud legatariū, ſecus ſi alteri ſit reſtituendum. tunc enim nō habet locū cōpenſatio ſecundū Dy.Bar.Bal.Ang. & Alex.in d.§. ſi pater.Io. Petru.Fran.Are.Cor.Iaſ. Philip.Dec.& Frā.Pep.in auth.pręterea.C.vnd.vir.& vx.Bened.Cap. conſi.143.cū de pluribus, col.2. Ad quam ſnīam allegāt tex. ī d.l.cogi. §.hi qui ſolidū.ff.ad Trebel.& in l. ſed & ſi mortis.§.item ſi quis.ff.de legat.præſtan.& in d.l.vlt.§.vlt.C. de bon.quæ libe. & in d.l.Sulpitius ff.de donat.inter vir. & vxo.& in l. vxorē.§. pater naturalis.ff.de lega. 3. Id quod intelligunt omnes doc. in d.auth. pręterea, quando reſtitutio ſit incōtinenti, ita vt is cui fuit legatū nullum ex eo ſit habiturus commodum, ſecus ſi ex interuallo. Nam cōmodum illius modici temporis imputaretur ſiue compenſaretur, ar.l.in lege falcidia non habetur.ff.ad leg.falc. & in l.in quātitate.§.magna dubitatio.verſ.in diem eo.ti.& in l.mulier.§. ſi hæres, verſic. alia cauſa eſt. ff.ad Trebellia.&

cõſ.75.uiſo dilegẽter,col. ult.quòd non videtur ueniſſe,qui ſtatim abit. nã,†vt &ipſe ſubdit,fingitur nõ fuiſſe in loco, qui manet breui tẽpore. l.ex facto.ff.de hære.inſtit. & l. ſeruis vrbanis.ff.de leg.3.Quod approbat Fabius Quintilianus, ſi his eſt, declamatio.16.Cuius ſententia hęc. eſt, eum penè non veniſſe, qui ſtatim reuerſurus eſt.[Quod & uoluit Bal.noſter.con.299. proponitur,in prin.lib.2.per.l.Cæſar.ff.de public. †Sicuti]& è.diuerſo nõ videtur abeſſe,qui ſtatim rediturus eſt,[ut dicit ipſe Petr.Anch.conſ.90.conſidero etiam in fi. per d.l.ex facto.Et facit etiam] l. cùm antiquitas,ibi, ex breui temporis interuallo.C.quem admod.teſta.ordi. vbi & hoc notat. Ang. qui etiam ad hoc allegat.l. ſi longius.§.filius.ff.de indi. & l.pen. in fin.ff.de vaca.muner.Ex hocque effici tradit quod ſcribit Inno.in c. prudentiam,extra.de offic.delegat. quòd ſi cauſa pluribus delegatur cũ clauſula,ſi non omnes, &c. & vnus eorum breui eſt reuerſurus, non poſſunt alij ſine eo procedere,tanquam ipſe non cenſeatur abeſſe.

cenſuerunt, tum ad huius loci perfectam cognitionem, tum etiã no. à noſtris in l. Gallus, in prin. ff. de libe. & poſth. Primùm igitur adferimus quæ Plutarchus & Cẽſorius de ea re ex antiquioribus ſcripſerunt. Ille enim libr. 5. de dogmatis Philoſophorum, Empedocles, inquit, exiſtimabat, cùm primùm genus hominum è terra enatum eſt, tantum longitudine temporis diẽ fuiſſe propter ſolis ſegnitiem, quanta nunc decem ſit menſium dies. Procedente deinde tempore, tantũ fuiſſe, quanta nunc ſeptem menſiũ: propterea decimeſtres infantes, ac ſeptimeſtres, natales. Itaq; nimirũ natura comparante, uno partũ adoleſcere die, qua prima poneretur nocte. Timæus non decem menſes, ſed nouem eſſe exiſtimat. Verũ quoniam, & ante conceptus menſtrua ſiſterentur, propterea decem exiſtimatos: ſic quoque ſeptimeſtres videri, qui ſeptimeſtres nõ ſunt, quippe cùm à conceptu quoq; vulua nõ nunquam menſtruis affluat. ignorari enim & poſt conceptum purgationum numerum. Polybus & Diocles empirici uel octauum menſem agnouere genitalem, etſi languidiorem quodammodo, quoniã permulti ex infirmitate perierint, ferè tamen octimeſtres nõ pauci in uiros euaſerint. Ariſtoteles uerò Hippocratesq; putant, ſi vulua menſibus expleatur ſeptem, tum deniq; erumpere infantes, viralesq; naſci, quod ſi erumpant, nec tamen alantur umbilico languente (id quod accidere ſolet, ſi dolente vulua concrementum partus fiat) tunc infantem tabeſcere. Sin verò nouem menſes in utero manſerit, tum demum numeris omnibus ſuis conſummatũ eſſe. Polybus centum & octoginta duos dies dimidiatumq; natales efficere, quod ſemeſtre tempus eſſe, quanto tempore ſol ab uno ſolſtitio ad alterum perueniat. Septimeſtres uerò ideo dici, quandoquidem ſexti mẽſis dies in ſeptimo implent. Enimuero Mathematici octo omnis genituræ mẽſes diſſociabiles eſſe aiũt ſeptem uerò fœderabiles. Diſſociata autem diſiunctaq; ſigna ſunt, ſi ſtellas, quas οἰκοδεσπότας, id eſt, domicilij dominas uocant, maleficas nactæ ſunt. Nam ſi qua harum uitæ uiuendiq; inſtituti auſpicatum ſit, infortunatos non pennaturosq; portendit. Abiuncta autem ſigna, nulloq; mutui conſpectus commercio vincta, numero ſunt octo, veluti Aries ad Scorpionem abiunctus, & Taurus ad Sagittarium, Gemini ad Capricornum, ad Aquarium Cancer, ad Piſces Leo. Denique abiuncta Virgo ad Arietem. Quare & ſeptimeſtres uitales & decimeſtres eſſe, contrà octimeſtres enecari propter mundi diffidentiam. Hæc Plutarchus: cui, antequam Cẽſorinum capiamus, illud addam, quod Mathematicos pertinet, plurimos ex iis illud quoque addere, Infantibus priuſquam edantur in lucem, planetas præfici, & ita quidem, vt Saturnus primum menſem ſibi adſciſcat, Iupiter ſecundum, Mars tertiũ, Sol quartum, Venus quintum, Mercurius ſextum, Luna ſeptimum: quæ quia partubus præeſſe dicit, ideoq; Lucina dicta, quòd partus ipſos in lucem prodat, idcirco eo menſe ſeptimo partum integrum facit. Subinde autem peractis ſeptem menſibus Saturnus rurſum octauum occupat; qui cùm ſit malignum mortalibus ſydus, meritoque dicatur filiorum deuorator, ideo rarò cõtingit, quin natis eo menſe immineat interitus, præſertim cum, & ipſius frigiditas, & ſiccitas multùm uitæ

aduerſantur. Nono autem menſe, cùm præualeat ipſe Iuppiter benignus ac fauens humano generi, fœtus omnes abſoluti integriq; produntur ad uitam. Et ſiquando decimum menſem attingunt, tanta eſt Iouis benignitas, ut tueri partum poſsit à Martis malignitate. Quam ſententiam etiam è noſtris adfert Petrus Iacob. tit. de conditione ex lege omnimodo pro legitima portione debita filiis, charta prima, & ſecunda, & Do. Guil. Benedict. in re peti. cap. Raynutius, in uer. & ſoboles quam geſtabat in utero, nu. 24. & ſequen. extra de teſta. Quanquē hæc aſtrologorum ſententia minimè placet Ioanni Pico Mirandulæ, qui eam nuncupatim arguit libro tertio aduerſus Aſtrologos. cap. 18. Nunc autem accedimus ad Cenſorinum, apud quem in libro de die natali ad Cerellium, Hippon Metapontinus à ſeptimo ad decimū mēſem naſci partū poſſe exiſtimauit. Nam ſeptimo partum iam eſſe maturum, eò quòd in omnibus numeris ſeptenarius plurimum poſſit: ſiquidem ſeptimis formentur [dentes] menſibus, additisq; alteris recti conſiſtere incipiamus, & poſt ſeptimum menſem dentes nobis innaſcuntur, iidemq; poſt ſeptimum cadunt annnm: decimoquarto autem pubeſcere ſoleamus. Sed hanc à ſeptem menſibus incipientem maturitatem uſque ad decimum perductam, ideoq; quòd in aliis omnibus hæc eadem natura eſt, ut ſeptē menſibus anniſve tres aut menſes aut anni ad conſummationem accedant. nam dentes ſeptimo menſe infanti naſci, & maxime decimo perfici menſe, ſeptimo anno primos eorum excidere, decimo ultimos, poſt decimumquartum annum nonnullos, ſed omnes intra ſeptimumdecimum annum pubeſcere. Huic opinioni in parte aliqui repugnant alij in parte conſentiūt. Nam ſeptimo menſe parere mulierem poſſe plurimi affirmant, ut Theano Pythagorica, Ariſtoteles Peripateticus. Diocles, Euenus, Straton, Empedocles, Epigenes, multiq; præterea. [Et his adſtipulatur Homerus qui lib. 19. Iliadis ſcribit Euriſtheum illum, qui latè regnauit in Græcia, quiq; Herculi labores illos iniunxit natum fuiſſe ſeptimo menſe, ſed ita ut eum ἠλιτόμηνον vocet, id eſt, abortiuum. & intempeſtiuè natum, Hæc enim ſunt uerba Homeri.

ὁ δ᾽ ἕβδομος εἱστήκει μεὶς
ἐκ δ᾽ ἄγαγε πρὸ φόως δὲ καὶ
ἠλιτόμηνον ἐόντα.

Sed ut redeamus ad Cenſorinum, Horum] omnium conſenſus Euriphronem Gnidium non deterret, idipſum intrepidè pernegantem. Contra eum ferme omnes Epicharmum ſecuti, octauo menſe naſci negauerunt. Diocles tamen Cariſtius & Ariſtoteles Stagirites aliter ſentiunt. Nono autem & decimo menſe, tum Chaldæi plurimi, & idem ſupra nominatus Ariſtoteles edi poſſe partum putauerunt. Neque Epigenes Bizantius nono fieri poſſe contendit, nec Hippocrates Cous decimo. Cæterum undecimo menſe Ariſtoteles ſolus recipit, cæteri uniuerſi improbarunt. Hæc Cenſorinus, qui mox ſubdit rationes Chaldæorum, cur menſe ſeptimo, nono, & decimo tantum poſſe naſci homines arbitrantur: quas quia ſunt longiuſculæ, omiſimus. Deinde verò ſubiicit Pythagoræ de ea re ſententiā, ex Varrone in libr. cui titulus eſt, Tubero. idq; multis verbis, ſed quæ in hoc tendunt, ut oſten-

dat generaliter eſſe partus omnino duos, alterum minorem, quem vocant ſeptimeſtrem, qui decimo, & ducenteſimo die poſt conceptionẽ exeat ex utero: alterum maiorem, decimeſtrem, qui edatur die ducenteſimo ſeptuageſimoquarto. Cui concinens Paulus noſter, ſi is eſt, lib. ſententiarum 4. c. 8. Septimo, inquit, menſe natus, matri prodeſt. Ratio enim Pythagorei numeri hoc uidetur admittere, ut aut ſeptimo pleno, aut decimo mẽſe partus maturior uideatur. A quo non longius aberrans Laertius in uita ipſius Pythagoræ, tradit eum cenſuiſſe iuxta rationem Harmoniæ intra ſeptem aut nouem aut decem ut plurimum menſes conſummatum atque perfectum infantem gigni. Ex quibus potes intelligere Pythagoram de ſeptimo menſe omnibus numeris perfecto, cùm decem & ducẽti dies faciant ſeptem menſes. Quãuis Polybus, quem ſuprà ex Plutarcho aduocauimus, intelligat de ſeptimo menſe incepto ex duobus tantum diebus, & uno dimidiato. Cui concinit Hippocrates in libro περὶ ἑπταμήνου, id eſt, de ſeptimeſtri partu, in prin. Ita enim eum librum incipit Græcè quidem, ſed in hunc ſenſum. Partus quidem ſeptimeſtres centum & octogintaduobus diebus eduntur & fiunt, particula diei addita. Ex quo eſt illud Vlpiani iuriſconſulti in l. inteſtato §. vlt. ff. de ſuis & legit. hæred. De eo verò qui centeſimo octuageſimoſecundo die natus eſt, Hippocrates ſcripſit, & diuus Pius põtificibus reſcripſit, iuſto tempore uideri natum. Ideoq; & ſecundum hanc ſententiam intelligendum eſt quod ſcribit Pau. in l. 7. ff. de ſtat. homi. Septimo menſe naſci perfectũ partum, iam receptum eſt propter auctoritatem doctiſſimi uiri Hippocratis: & ideo credendum eſt eum qui ex iuſtis nuptiis ſeptimo menſe natus eſt, iuſtum filium eſſe, vbi tamen Accurſius aſſerit naſci perfectum partum ſexto menſe, & uno die, per d. l. inteſtato, quæ tamen id non dicit, ſed loquitur de duobus diebus ſupra ſextum menſem. Quãuis etiam Hippocrates particulam alterius diei addit, ut diximus, ſubiungitq; eius rei rationem, ut apud eum uidere eſt. Macrobius autem ab iis diſſentiens, ſed cum Pythagora conſentiens, ita intelligit hac in re menſem ſeptimum, ut eum perfectum atque completum uelit. Ita enim ſcribit libro primo de ſomnio Scipionis. Humano partui frequentiorem uſum nouem mẽſium certo numerorum modulamine natura conſtituit, ſed ratio ſub aſciti ſenarij numeri multiplicationem procedens, etiam ſeptem menſes compulit uſurpari, quam breuiter abſoluteq; duos eſſe primos omniũ numerorum cubos, id eſt, à pari octo, ab impari vigintiſeptem, & eſſe imparem marem, parem fœminam ſuperius expreſſimus. Horũ uterq; ſi per ſenarium numerum multiplicetur, efficiunt dierum numerum, qui ſeptem menſibus explicantur. Coeant enim numeri, mas ille qui memoratur, & fœmina, octo ſcilicet & uigintiſeptem, pariunt ex ſe quinq; & triginta. Hæc ſexies multiplicata creant decem & ducẽtos, qui numerus dierum menſem ſeptimum claudit. Ita eſt ergo natura fęcundus hic numerus, vt primam humani partus perfectionem, quaſi arbiter quidam maturitatis abſoluat. Hæc ille: cuius tamen non tanta eſt apud me authoritas, quanta Hippocratis, qui ut ipſe Macrobius alio in loco eiuſdem libri aſſerit

tam

tam fallere quàm falli neſcit. Porrò & alia quædam ex ipſo Hippocrate poſtea dicemus, ſed primùm adſcribere placuit quæ ſcriptores alij ex antiquioribus prodiderunt. Plinius lib.7.naturalis hiſtoriæ c.5 Cæteris,inquit,animantibus ſtatutum & pariendi, & partus gerendi tempus eſt.Homo toto anno,& incerto gignitur ſpatio. Alius ſeptimo menſe,alius octauo,& vſque ad initia decimi, undecimique. Ante ſeptimum menſem haud unquam uitalis eſt.Septimo non niſi pridie poſterove plenilunii die aut interlunio concepti naſcuntur.Tranſlatitium in Aegypto eſt, & octauo gigni. Iam quidem & in Italia tales partus eſſe uitales.Contra priſcorũ opiniones uariant hæc plurib. modis. Veſtilia C.Herdicij, ac poſtea Pomponij atque Orphiti clariſſimorum ciuium cõiunx,ex his quatuor partus enixa,Sempronium ſeptimo menſe genuit,Suillum Ruffum undecimo, Corbulonem ſeptimo,utrunq; conſulem,& poſtea Ceſoniam Caij principis coniugem octauo.Et paulò pòſt. Maſurius author eſt L.Papyrium prætorem ſecundo hærede lege agente,bonorũ poſſeſsionem contra eum dediſſe, † cùm mater partum 14. menſibus diceret tuliſſe: quoniam nullũ certum tempus pariendi ſtatutum uideretur. Diuus Ambro. lib.Hexaemeron.5.c.10. Omnes, inquit,animantes præſcripta habent pariendi tempora, homo ſolus indiſcreta atque confuſa.† Varro autem ſcribit matrẽ illius qui primus dictus eſt Gracchus,duodecim mẽſes filiũ geſtauiſſe: quare quòd legitimum partionis tempus ſupergreſſa ſit, cumq; diutius quàm ſit grauidarũ mulierũ mos,geſſerit partũ, Gracchum à geſtãdo nominarũt. Aulus quoq; Gellius lib.3. noctium Atticarum c.16.multa & de hac re ſcripſit, eã ſcilicet opinionem pro uera receptã, gigni hominẽ ſeptimo rarenter,nunquã octauo, ſæpe nono,ſæpenumero 10.mẽſe, eumq; gignendi ſummum finem, decem mẽſes nõ īceptos,ſed exactos. Id Plautũ ueterẽ Poetam dicere in Comœdia Ciſtellaria his uerbis.

Tum illa quam compreſſerat,
Decimo poſt menſe exacto hic peperit filiam.

Hoc idẽ tradit ẽt Menãder poeta vetuſtior humanarũ opinionum uel peritiſsimus,cuius uerſus ex fabula Plotio hi ſunt:

Γυνὴ κυεῖ δεκαμήνος. Id eſt,
Mulier parit decmeſtris.

Sed Cecilius cùm faceret eodẽ nomine & eiuſdem argumenti comœdiam,ac pleraque à Menandro ſumeret,in menſibus tamen genitalibus nominandis non prætermiſit octauum,quem præterierat Menãder.Cecilij uerſus hi ſunt:

Inſoletne mulier decimo menſe parere?
Pol nono quoq;,ſeptimo,atq; octauo.

Eam rem Cecilium non inconſideratè dixiſſe,neque temere à Menãdro atq; à multorum opinionibus deſciuiſſe, M. Varro uti credamus facit.Nam menſe nonnunquã octauo editum eſſe partum,in lib.14.rerum diuinarum ſcriptum reliquit, quo in libro etiam vndecimo menſe aliquãdo naſci poſſe hoīem dicit eiuſq; ſentẽtiæ tam de octauo quã de undecimo menſe Ariſtotelẽ laudat authorem.Tandem autem ſubiũxit Varro antiquos Romanos nõ recepiſſe huiuſmodi quaſi mõſtroſas raritates, ſed nono menſe, aut decimo,neq; præter hos alias partiones mulieris ſecundũ naturam fieri exiſtimaſſe.Et quibuſdã interiectis

iectis ſcribit Gellius comperiſſe ſe viſu veniſſe Romæ, fœminam bonis atq; honeſtis moribus, nõ ambigua pudicitia, ĩ vndecimo mẽſe poſt mariti mortẽ pepiſſe, factũq; negotiũ propter rõnem tẽporis, quaſi marito mortuo poſtea concepiſſet, quoniam Decemuiri in decimo menſe gigni hoĩem, non in vndecimo ſcripſiſſent, ſed diuum Hadrianum cauſa cognita decreuiſſe in vndecimo quoq; mẽſe partũ edi poſſe. id quoque, inquit Gellius, eius rei decretum nos legimus. In quo Hadrianus ita ſtatuere ſe dicit requiſitis veterũ philoſophorũ & medicorũ ſententiis. Subditq; in ſatyra Varronis legiſſe, q̃ inſcribitur teſtamentũ verba hæc, Si quis mihi filius vnus pluresve in decẽ menſibus gignuntur, ij ſi erunt. ὄνοι λύρας, † ideſt aſini ad lyram, exhæredes ſunto. q̃ ſi quis vndecimo menſe κατ᾽ ἀριστοτέλη, id eſt, ſecundũ Ariſtotelẽ, natus eſto, Accio idem quod Titio ius eſto apud me. Per hoc ſcilicet ſignificans eodẽ pariq; iure ſibi futurum filiũ decimo mẽſe natum, quo eũ qui vndecimo. Subnectitq; Gellius. Quod ſi ita, neq; vltra decimũ mẽſem fœtura mulierũ ꝓtolli põt cur Homerus ſcripſit Neptunum dixiſſe puellę à ſerecens cõpreſſæ.

Χαῖρε γύναι φιλότητι περιπλομένου δ᾽ ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ
ἀθανάτων.

Hi autem verſus, vt hoc illi addam ſcripti ſunt lib. Odyſſeæ vndecimo quorum ſententia hæc eſt.

Nũc gaude dilecta, aſt cum ſe euoluerit annus.
Illuſtres neq; enim diuũ cubilia vana.
Natos nixa dabis.

Quod tandẽ ex Phauorini ſñia interpretaĩ non de anno cõfecto, ſed affecto, i. qui non ad finẽ ipſum, ſed proximè finẽ deductus eſt. Nam & Hippocrates, ſiue is eſt Theſſalus, aut Herophilꝰ, ĩ libro περὶ τροφῆς ſuprà citato, cũ & numerũ dierum quibus cõceptũ in vtero coagulum cõformatur, & tẽpus ipſum partionis nono aut decimo mẽſe definiſſet, neq; id tñ ſemꝑ eadẽ eſſe fini dixiſſet, ſed aliàs ocyus fieri, alias ſeriꝰ, hiſce ad poſtremũ verbis vſus ẽ,

γίνεται δὲ ἐν τούτοις καὶ πλείω, καὶ ἐλάσσω, καὶ ὅλου κατὰ μέρος, καὶ εἴπομεν δὲ καὶ πλείω πλειόνων, καὶ ἐλάσσω ἐλασσόνων.

id eſt. Fiũt aũt ĩ his & maiore & minore tẽporis ſpatio ſecũdũ totũ, & ſecundũ partes, nõ multo aũt maiore aut minore. Quibus verbis Gellius ſignificari dicit, q̃d aliqñ ocyꝰ fieret, nõ multò tamẽ fieri ocyus, neq; quod ſeriùs, multo ſerius. Et hęc quidẽ penè oĩa ex Gellio. Sed nõ omittemus quod idẽ Hippocrates de eadẽ re ſcribit in lib. de Carnibus, paulo ante fi. vbi loquens de vi & potẽtia numeri ſeptenarij in hoĩe, inter cætera. Puer, inquit, ſi mẽſe ſeptimo in lucẽ edatur, legitimè natus eſt, & viuit, habetq; rõnẽ & numerũ verè & exactè ad ſeptimanas reſpondentẽ, menſe aũt octauo nullus vnquã uixit, ſed ſi nono mẽſe & decẽ diebus naſcatur, & viuit, & verũ numerũ ad ſeptimanas reſpõdentẽ hẽt. Quatuor. n. ſeptimanarũ [denari, dies ſunt ducenti & octuaginta In denariũ aũt ſeptimanarũ ſeptuaginta dies incurrũt. Hẽt aũt & ſeptimeſtris partus tres denarios ſiue decades ſeptimanarũ, & in vnaquaq; decade ſeptuaginta dies. Tres vero ſeptimanarũ decades ex

toto ſunt dies ducẽti ac decẽ] Idem in libro περὶ ἐκταμήνου, id eſt, de octimeſtri partu, negat octimeſtrẽ partũ poſſe uiuere, nec decimeſtrẽ quoq;, niſi ſeptẽ quadragenariis dierum naſcatur. Nam prima quadragenaria perfectiſſimus eſt, cũ verò plures accedunt, pereunt. nam qui multa pauculo tpe ſumunt, plurimum laborare coguntur, ex quib⁹ mors ſequitur. Et quibuſdam interiectis tradit decimeſtres & vndecimeſtres partus ſeptẽ quadragenariis edi, ſeptimeſtres autem anni dimidio. Ex quibus videtur Hippoc. admittere partum ad vndecimum mẽſem poſſe protẽdi. Quãquã ipſe in libro περὶ διαίτης, i. de ratione victus primo, ſcribit[non in tẽporis æquali ſpatio fœtus exoriari, ſed alios citius, alios tardius, prout ſinguli & ignẽ & alimentũ nacti fuerint, quoſdam quadraginta tribus diebus, alios quatuor menſib⁹ formari. Similiterq; uitales fieri ac gigni, alios citi⁹, ſeptimo mẽſe pfectè, alios tardius, pfectè nono menſe in lucem prodire.] Sed in libro περὶ φύσεως παιδίου, id eſt, de natura pueri ſiue fœtus, non admittit partum vndecimi mẽſis, rationẽ adferẽs, qm̃ nutrimentum, inquit, & augmentum quod de matre deſcendit, puero iã ſatis nõ eſt, cũ decem mẽſes trãſiuerũt, partusq; creuit, qui de ſanguine id quod dulciſſimum eſt, trahit, lactiſq; ſimul aliquantulũ haurit, quæ cũ minus ſint q̃ opus eſt, partusq; iam plenus eſt & maturus, qui plus nutrimenti q̃ adſit, cupit, proptereaq; ſeſe agitat, hymenasq; & mẽbranas diſrumpit & in lucem prodit, ideoque ſi quæ pluſquam decẽ menſes ſibi geſtaſſe videntur (nã & hoc, inquit, ſępi⁹ audiuimus) falſę ſunt, eo.ſ. modo quem inibi declarat. Et hanc ſnĩam ſecutus eſt Vlpianus in d.l. inteſtato. §.vl. ff. de ſuis & legi. hære. vbi hæc uerba adſcribuntur. Poſt decẽ mẽſes mortis natus nõ admittetur ad legitimã hæreditatem. Sicutiq; etiam videntur Gallus Aquilius & Scæuola, cum hãc inſtitutionis formulã adſcribũt, in l. Gallus, in prin. ff. de libe. & poſt. Si quis mihi ex filio nepos neptisq; poſt mortẽ meã in decẽ mẽſibus proximis quib⁹ filius meus morietur, natus natave erit, hæredes ſunto. & Tullius ĩ Topicis in loco à ſimilitudine ex Curiana cauſa. Si filius, inquit, natus eſſet in decẽ mẽſibus. Quæ quidẽ formula nihil omnino abeſt ab ea quam & ſuprà ex Varrone in Satyra cui titulus. teſtamentũ eſt, attulimus. Et eà ſanè verba idẽ ſignificant, ac ſi diceretur, ſi intra decem mẽſes natus erit, quibus verbis vtitur l. ul. in prin. ff. de fideic. liber. & l. vlt. C. de poſthu. hære. inſti. † Nã in & intra eiuſdẽ ſunt ſignificationis, vt nihil interſit dicas in calendis, an intra calẽdas, vt videre licet apud Gelliũ lib. 12. ca. 13. [& eſt tex. apud nos in l. j. §. qd' dicimus. ff. de ſucceſ. edic. & annotauit è noſtris Rom. conſi. 376. quęſtio eſt nunquid, col. 2. ver. tertia ratio, vbi & alios adducit, & inter cæteros d. l. Gallus, in prin. intelligens id qd' diximus, ea verba, in decẽ mẽſibus ſignificare intra decẽ menſes.] Sed vt pgamus vlterius, imperator Iuſtinianus nuncupatim reiicit à ſucceſſione vndecimeſtrẽ partũ, qui, ſ. vndecimo poſt mortẽ mariti menſe natus eſt, nec eum legitimũ exiſtimat, impoſſibile ratus tãto tpe mulierẽ uentrem ferre, vt patet in §. vl. in auth. de reſti. & ea q̃ in vnde mẽ. par. vbi Accurſius hoc ita intelligit, vt ſi ſupra decimũ menſem

ſint tũ duo dies ĩ vndecimo, ſitq́ par tus legitimus, arg.d.l.inteſtato. §. vlt.quæ loquitur de ſex menſibus & duobus diebus, quod & idem dicit ipſe Accur.in d.l. Gallus,in pri. in verb. in decem menſibus, & illi aſſentitur Marius Salomonius vir planè & iuris & humanitatis doctiſſimus, in poſteriore loco, colũ. 15.verſi. quas quidẽ viſas. Natura enim quãuis eodem modo ſemper agat,& perfectè quidem agat,tamẽ plerũq; nõ poteſt,vt dicit ipſe Salomo.ex Ariſtotele. Et his aptè ſuffragatur Hippocrates quẽ ſuprà ex Gellio citauimus.Sed antequã vlterius ꝓgrediamur, illud te admonitum velim lector cãdidiſſime.† Nã quod, quiſquis is fuit qui primum Iuſtiniani nouellas cõſtitutiones, quas authenticas vulgò vocamus. è Græco (nã ex Græcæ ſcriptæ ſũt) traduxit,ita hũc locũ vertit, vndecimo mẽſe ꝑfecto peperit,ita enim legitur in vulgata editione quam habemus,id certe talẽ eſt in Græca cõſtitutione, *κατὰ τὸν ἐνδέκατον μῆνα παραιύμενον ἔτεκεν*. Quæ Gregorius Haloãder ita ĩter pretat⁹ ẽ, ſub finẽ, vndecimi mẽſis peperit, quod ſignificat circa vel paulò ante finem quãquam dictio ſub,nõnunquam & poſt ſignificat. Ego autem malim vertere ad verbum iuxta,vel prope,vel circa,vndecimum menſem perfectũ, ſiue ẽt poſt vndecimum mẽſem perfectũ. Nam *κατὰ* præpoſitio accuſatiuo iuncta,vtraq; hæc ſignificat, vt ꝓinde ambiguum ſit in hoc tex.vtrũ intelligatur poſt menſem, vel prope menſem completum. Nec ii ſoli ſunt qui vltra decimũ menſem partum differri negant. Nam & Ouidius lib. primo Faſto. loquens de Anno,qui ex inſtituto Romuli erat decem tãtum mẽſium, hæc ſcribit.

Quod ſatis eſt vtero matris dum prodeat infans.

Hoc anno ſtatuit tẽporis eſſe ſatis.

Additq; qđ & ad hũc locũ ꝑtinet.

Per totidem menſes à funere coniugis vxor.

Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.

Quibus ſignificatur fœminas maritos mortuos decem menſibus ex lege lugere, & interim viduas manere debere, quod & tradit Plutar.in Antonio,& patet ẽt ex l.ſi qua ex fœminis, quæ eſt 2.C. de ſecun.nu. quo in loco tamen duo menſes additi ſũt. Idq; fiebat,ne,quia, vt dicit Bal.in d.l.2. puer geſtabatur in vtero decẽ mẽſibus, ideo oriretur dubitatio circa partum.l.conſenſu. C.de repu. proindeq; ne inde naſceretur ſobolis confuſio.§.ſi vèrò altera,ibi,circa ſobolis confuſionem rõnabilis eſt ſuſpicio. & §.ſic itaq; verſi.& ſi mulier, ibi propter ſeminis confuſionem, in auth. de nupt. Ideo id tempus à morte prioris viri ad ſecundas nuptias ſtatutũ eſt. Hæc propè Bal. Cui adde tex. in l. liberorum.§.j.ff.de iis qui no.infa. ibi,prætor enim ad id tempus ſe retulit, quo vir lugeretur, qui ſolet lugeri propter perturbationem ſanguinis. [Sed idem Ouidius, lib.2. eiuſdem operis.

Luna nouum decies implerat cornibus orbem,

Quæ fuerat virgo credita, mater erat.

Et alibi eod.lib.

Luna reſumebat decimo noua cornua motu,

Virq; pater ſubito nuptaq; mater erat. Et lib. 3.

Seu quia bis quino fœmina menſe paris.

Et

Et lib. item 5.

Iamq́; decem menſes & puer ortus erat.]

Nec Plautus in loco tantùm à Gellio citato, ſed aliàs ſæpe decimum menſem utero portãdo præfiniuit. Nam & in Amphitryone ita infit.

Alter decimo poſt menſe naſcitur puer.

Quã ſeminatus, alter mẽſe ſeptimo.

Tãquã.ſ.ille decem mẽſiũ termin⁹ abſoluti ac pfecti part⁹ ſit oĩum lõgiſſimus, hic ſeptẽ menſiũ breuiſſimus. Ideẽque in ea ipſa fabula.

Amphi. Grauidã ego illã hic reliq cũ abeo. Soſia. Hei perij miſer.

Amphi. Quid tibi eſt? Soſ. Ad aquam præbendam adueni domũ.

Decimo pòſt menſe, ut rationem te dictare intelligo.

Item in Sticho.

Nam illa in aluo menſes geſtauit decem.

Et in Aulularia.

Nam tua gnata peperit decimo mẽſe pòſt.

Et in Truculento.

Mater.

Ancillas iubet, quoniam iam decimus menſis aduentat.

Aliam aliorſum ire, præmandare & quærere puerum, aut

Puellam, qui ſupponantur mihi.

Et paulò pòſt,

Amicam decimo menſe pòſt Athenas Atticas uiſo,

Quã grauidã reliquimeo cõpreſſu.

Ex quibus põt uideri Plautus hũc terminum arbitratum fuiſſe cæteris eſſe frequentiorem, ac ueluti ordinarium, quæ eſt Ariſtotelis ſentẽtia, ut poſtea dicemus. Sed & Terentius in Adelphis (nam hic locus frequẽs eſt apud Comicos) ita ſcribit.

Virgo ex eo

Compreſſu grauida facta eſt, menſis hic dicemus eſt.

[Et alibi in Hecyra.

Nã memini ab hic mẽſes decẽ fert.]

Sed & apud Theocritũ illũ Syracuſanũ Idyllio. 26. Alcmena d̃ qua ex Plauto ſuprà ſcripſimus, teſtatur ſe Herculẽ decẽ mẽſibus in utero geſtaſſe. Huius.n. in eã rẽ carmẽ eſt.

Μητέριδυς παθέοντος ἐπεὶ δέκα μῆνας ἔκαμνον.

Sed & idem mox in principio Idyllij triginta unum, eundem Herculẽ decem menſium fuiſſe dicit, & Iphiclum una nocte minorem.

ἡρακλέα δεκάμηνον ἔοντα πόχ᾽ ἁμιδεᾶτις

ἀλκμήνη κοινοκτὶ νεώτερον ἰφικλῆα.

Et q̃ſequũt.[Et Euripides ĩ Eelectra

Δεκάτη σελήνη παιδὸς ὡς νομίζεται.

Decima luna pueri, ut receptus, mos eſt.

Et Ariſtophanes in Cerealibus.

Δέκα μῆνας αὐτ᾽ ἐγὼ ἠνισχον.

Decem menſes ipſam ego geſtaui.

Quin & Virgilius in eam ſententiã ecloga. 4.

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

Et Canace Ouidiana in epiſtola ad Macareum.

Iam nouies erat orta ſoror pulcherrima Phœbi,

Denaq́; luciferos Luna mouebat, equos,

Neſcia quæ faceret ſubitos mihi cauſa dolores.

Et rudis ad partus, & noua miles eram.

[Seneca in Thebaide ita facit Iocaſtam loquentem,

Per decem menſum graues.

Vteri labores, perq́; pietate inclytas.

Precor ſorores, &c.

In quo illud notato menſum pro men-

menſium poni cauſa metri, ut alibi apud Ouidiũ. Plato autẽ li. 5. de republ. nullum aliud legitimum pariendi tẽpus agnoſcit, præterquàm decimum, & ſeptimum. Arnobius lib. 5. aduerſus gentes tradit Agdeſtũ menſe decimo natũ fuiſſe. Ante hos Homerus in hymno Mercurij ſcribit ipſum Mercurium decimo menſe natum.

τῇ δ᾽ ἤδη δέκατος μεὶς οὐρανῷ
 ἐστήρικτο.
 εἴς τε φόως ἄγαγεν.]

Nec tñ prætermittã quod ſcribitur Sapientiæ 7. poſt prin. In uẽtre matris figuratus ſum caro decem menſiũ tempore, coagulatus ſum in ſanguine. Sed quoniam ſuperius ſæpe de Ariſtotelis ſñia ex alijs ſcriptoribus locuti ſumus, operęprecium nobis viſum eſt, vt & quæ ipſe ſcripſerit proferamus. Is libr. problematon. 10. cap. 41. Solus, inquit, homo ex oĩum animantium genere varia gñationis tẽpora obtinet. Nã & ſeptimo & octauo & decimo mẽſe in lucem venire põt. Cæteris tempus unum perficiendi ſine mora ſtatutũ eſt. Quo in loco Petrus Aponenſis illius interpres doctior quidem quàm elegantior, ſcribit illum omiſiſſe nonũ mẽſem veluti notiſſimũ, & oĩum frequentiſſimũ. Sed & inibi rationẽ naturalẽ adducit quare octimeſtris partus nõ ſit vitalis, ex Auicenna 21. tertij. quam quia nõdum adſcripſimus, huc ponere voluimus. Nam embryon mẽſe ſeptimo ex vtero egreſſum affectat, quia eius mẽbra iam ſunt completa, nec illi ſatis eſt ex ſanguine qui ad illum nutriendum per ſecundinam defluit, nec ſatis quoque aëris, ideo plurimum ad egreſſum colluctatur atque ob id fatigatum redditur imbecillius. Igitur ſi necdum refectis viribus octauo menſe rurſum eundem conatum petat, oblæſum frequentius moritur. Quam & ipſam rationem poſuit Albertus Magnus lib. de animalibus 10. tract. 2. c. 4. Subdit autem Apon. & aliam rationem aſtronomicam, quam nos ſuprà retulimus. Sed redeamus ad Ariſtotelem: qui & in libro de natura animalium ſeptimo. c. 4. Homini inquit, multiplex pariendij tempus datum eſt. Nam & ſeptimo mẽſe & octauo & nono parere põt, & quod plurimum, decimo: nonnullę etiam vndecimum tangũt. Fœtus qui maturiùs quàm ſeptimo menſe prodeat, nullo modo uitalis eſt. Qui ſeptimo, vitalis quidem hic primus exit, ſed magna ex parte imbecillior: quare cunabulis ex lana eum obuoluunt, & facijs alligãt. Et paulò pòſt. Qui aũt mẽſe octauo naſcũtur, viuere atq; adoleſcere in terra Aegypto poſſunt, & quibuſdã allijs locis, vbi mulieres fertiliores ſunt, multosq; ſimul & ferunt facilè & pariunt, et ſi monſtroſi ſunt: ſed locis Græciæ multi intereũt, nec niſi perpauci ſeruantur: unde fit vt ſi quis ſeruetur, nõ octauo menſe natus exiſtimetur, ſed mulierẽ ſui cõceptus initiũ latuiſſe. Et paulò inferiùs. Simili modo & qui diuturniores, quã vndecimo menſe naſci putantur latet. n. mulieres conceptus initium, ſi cùm antè inflatus fuerit vterus, vt ſępe accidit, poſt coierint atque conceperint, hoc enim principium eſſe ſui conceptus exiſtimant, quod ſimile indicium attulit. Idem præterea lib. de generatione animalium 4. c. item 4. Cæteris, inquit, animalibus vnũ eſt tẽpus ferẽdi vteri, homini plura ſunt: quippe cũ. & ſeptimo mẽſe, & decimo naſcatur, atq; et iter ſeptimũ & decimũ. Qui. n. mẽſe octauo naſcunt, & ſi minùs,

minùs,uiuere tñ poſſunt. Et eadem ſenne adſcribit Auicenna illius ſimia,tú in li.9.de aīalibus,tú fen.21. li. 3.tract.2.c.j. Sed & illud in priore loco ꝑterea dicit uirū probū ſibi retuliſſe atq; affirmaſſe,quāpiā mulierē poſt decimū quartū mensē peperiſſe puerū,illiq; dētes ſtatim enatos fuiſſe. Cæterū ut ad alios trāſeamus, Alex. Aphrodiſeus & philoſophus & medicus præſtātiſſimus,ſi is eſt,qđ Theodor⁹ Gaza negat,ſciſcitaē in problematis li.2.c.44. Cur ἑπταμηνιαῖοι,id ē, ſeptimeſtres īfantes ſunt ζώσιμοι,id eſt,uitales, ὀκταμηνιαῖοι, i. octimeſtres, nequaquam. Qoniam,inquit, ſeptenarius numerus eſt perfectus, vt teſtatur Pythagoras,& Arithmetici & Muſici,octonarius aūt imperfectus. Itaq; ꝙ tunc ꝓdijt,nō aptū eſt advitā,qua rōe ēt mōſtra viuere nequeunt qppe q̄ non ſint ex naturæ prouidentia,ſed imperfecta,vel per inopiā,vel per redundantiā,& temeritatē materiæ in aliā formā contra legē naturæ conficta. Nihil.n.imperfectū aut tēpore, aut informatione, aut ortu à natura ꝓcreatur. ideo ſi quid tale erūpat,nec diuturnū quidē eſt. Educuntur aūt ſeptimeſtres ob validiſſimā vim in vulua informatricē. quā is Græcè δύναμιν διαπλαστικὴν dicit,quæ vtilē moderatūq; ſanguinē cōperiens, fœtum celerius explicat. ſed ſi econtrario eſt,decimeſtres exeant neceſſe eſt. Numerū aūt & ſeptenariū & denariū eſſe perfectum multis probat,q̄ mox ipſe ſubiunxit, vt illic videre poteris. Aſclepiades medicus tradit [† Naxias mulieres,quæ.ſ.eā inſulā quæ Naxos,inter Cicladas dicit̄, inhabitant,] ſolas octauo mēſe parere re ſolitas fœtusq; illos vitales eē, Iunonis quidē, q̄ puerperis & naſcētibus præeſt,munere,vt quæ ſicut ex Iouis liberis Herculē odio ſemper eſt proſecuta,ita Dyoniſiū vnicē dilexit. In cuius gratiā mulierib⁹ eius inſulæ illi dicatæ hanc pariendi prærogatiuā dediſſe eā affirmant. Aut, vt alij cōtēdunt,qm̄ Dyoniſius ipſe ita ſit in lucē editus. Ideoq; & ipſe ſempiterno partus ſui teſtimonio idē ſuis euenire popularibus voluit [Arnobius lib.5.cōtra Hæreſes tradit Cererē à Ioue deluſam tauri forma,poſt menſem ſeptimū peperiſſe Proſerpinā, tāq̄ ſubobſcurè ſentiat de mēſe] 8. Galenus ī definitiōibus medicis ſcribit ideo fœtus natos 7. menſe viuere, octauo nequaquam, qm̄ 8.numerus recēs eſt cōiunctus non aūt iudicatorius. Septē, numerus ſupfluus,& nō cōiunctus,ſed iudicatorius. Soranus Epheſius & medicus & philoſophus itē celebratiſſimus, Iſagogæ capite decimo ſeptimo, Rationem, inquit. & perfectam hominis formam ſiue figuram hominis infans in vtero accipit quadrageſimo die. Hos āte numeros,vt partus edatur, ſepties multiplicari oportet. Ita ergo quicunque in vtero materno figuram hominis accipit,in triceſimo die ſeptimo in ſe naſcitur. ergo ſepties duplices fiūt dies ducenti & decem, qui faciunt menſes ſeptem. Si quis autem die quadrageſimo figuram hominis acceperit,nono menſe intrante decimo naſcitur,hoc eſt ſepties quadrageni faciunt dies ducentos & octoginta vnum,qui faciunt menſes nouem, & dies decem. Ita ergo ſeptimo aut decimo menſe qui nati fuerint, vitales erunt, qui autem non impleuerit numerum, legitimus partus nō eſt. Tullius libro x. epiſt. ad Attic. Tullia,inquit,mea peperit puerum ἑπταμηνιαῖον εὐτόκησεν, id eſt ſeptimeſtrem feliciter peperit.

peperit. Et ſubdit. Quod quidem eſt natum, per imbecillum eſt. Nec prætermittendum cenſuimus quod ſcripſit Philo Iudæus, ſi is eſt, de quo eſt illud Hieronymi prouerbium, ἢ πλάτων φιλωνίζει, φίλων πλατωνίζει, id eſt, aut Plato Philoniſſat, aut Philo Platoniſſat. Is Philo in libro antiquitatum ſcribit Deum præcepiſſe Sarræ, vt ea citius reſtituēs Iſaac, quē cō ceperat, eum redderet ipſi domino menſe ſeptimo. Et propterea, inquit, omnis mulier quæ pepererit ſeptimo menſe, viuit filius eius. [Tullius autem li. de natura Deor. 2. tradit Dianam quæ & ipſa Lucina eſt, adhiberi ad partus quod ij matureſcunt aut ſeptem nonnunquam aut ut plerunq; nouem Lunæ curſibus, qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur.] Deniq; Abraham Euenarte Aſtrologus in libro natiuitatis ita de hac re ſcribit ex traductione Petri Aponon. Sunt, inquit, aliqui commorantes vſque ad decimum menſem, quibus Mars dominatur, egrediunturque ex ventre, quoniam Mars naturaliter multis mouetur motibus, iſti tamen parum viuunt. Natus autem in vndecimo menſe, quoniam tunc principatur ſol, magis viuit. In quo illi conuenit cum Auicenna lib. 9. de animalibus quantum ad decimeſtres parum viuentes. Sed & tu prætera vide in hac re Halyabbatem lib. 3. theoricæ. c. 34. & omnino ipſum Petr. Aponen. Concil. differ. 49. & è noſtris Soz. conſ. 65. ſuper propoſita quæſtione col. j. lib. 3. & Alcia. lib. Paradoxorum. 3. c. 7. Ex quibus omnibus facilè intelliges quid dicendum eſt in caſu de quo loquimur, & qui ad hanc l. noſtram pertinet, quidque dicendum ſit in diſputatis à noſtratibus in d. l. Gallus, in princip. [† An autem abhortiuus faciat ceſſare priuilegiū prælationis ſtatuti, & vente non natus, vide per gloſ. in l. ſi ventri, in prin. & ibi doctor. præſertim Franci. Ripam. ff. de priuileg. credito.]

211 SECONDO † intelliges procedere quod dictum eſt, morte filij, qui ſua natiuitate reuocaret donationem, eandem non reuiuiſcere niſi poſt mortem ipſius filij, aut etiā eo non mortuo (nihil enim quantum ad hoc pertinet, referre videtur, niſi quòd maior eſt ratio in priore) pater diutius vixerit, permiſeritq; ſemper donatariū re donata vti, nec ſignū aliqd' oſtenderit immutatę ſuę in ipſum donatariū volūtatis, nec aliquo pacto declarauerit velle donationē reuocari, pp illā ſequentem liberorum natiuitatē cum id facere potuiſſet. Nam tunc cenſetur tacitè voliſſe donationem ratam manere, non obſtante tali natiuitate nec poterūt hęredes ipſius eam reuocare. Ita videtur voluiſſe Hoſti. in ſum. tit. de donatio. §. qualiter, ver. hę autem reuocationes. Nam cum primum enumeraſſet caſus in quibus donatio reuocatur, & in his caſum legis noſtrę, mox in d. ver. ſubiungit has reuocationes eſſe perſonales, nec extendi ad hęredes donatorum, qui in vita tacuerunt. per l. vlt. C. hoc eo. ti. & l. ſi pater tuus. C. de inoff. teſta. & c. vlt. extra de donatio.

212 ¶ † Sed & hoc expreſſe in caſu noſtro uoluit Bal. in l. j. col. ult. uerſi. ſed ulteriùs quęritur C. de inoff. don. Nam cùm pater, inquit, non reuocauit, uidetur decedere in eadē uoluntate, & ideo hęredes ipſius non poſſunt retractare, argu. l. ult. hoc tit. & l. cùm tacitum ff. de proba.

ba.Subiungitque ad hoc facere l.noſtrã,in illis uerbis reuertať in eiuſdem donatoris arbitrio manſurum, quibus oſtenditur requiri declaratioñe uoluntatis,arg.eorũ quę not. in l.2.ff.ſi ag.uečti.de qua re poſtea dicemus in uerb.reuertatur.Ex quibus Bald.rõnibus potes intelligere, quòd licèt loquatur in eo caſu,cùm filius ante patrem mortuus eſt, uideatur tamẽ intelligere,etiã ſi mortuus nõ fuerit,cùm & hic rationes illius obtineant, ſicuti & Hoſt.Sed & idem quoque uoluit Saly. in l.ſi totas,paulò ante fin.C.de inoſ.don. Imo.qui hoc dicit eſſe æquum,in c. ult.col.6.uerſic.quęrit etiam Bart. ext.de don.Raph.Co.ĩ l.Titia Seio. §.imperator.ff.de leg.2.Pau.Caſtr. in l.2.ad fin.C.de poſth.hęre.inſti. ubi ita intelligit,ut ſuprà diximus, uidelicet ſi donãs poſt natiuitatem declarare & aliter diſponere potuit, & non diſpoſuit.Aliàs n.ſi id facere non potuit,quia forte ſtatim factus eſt furioſus, certè irrita manet donatio.Idem præterea uoluit Corn. conſi.234.placent mihi,poſt princ. lib.2.ubi nuncupatim refert & ſequitur Bal.ubi ſuprà & idem Corn. conſi.4.dubia ſatis,col.5.uerſi.concurrit etiam,lib.3.ubi dicit quòd pater diu tacendo,& permittendo donatarium poſt natiuitatem filiorũ ipſius uti re donata,præſtat urgentem coniecturam tacitę uoluntatis, quòd noluerit recedi à donatione, per id quod in ſimili†dicit glo.in l. athletæ.§.dat remiſſionem,in verb. niſi priuſquam.ff.de excuſa. tuto.ꝙ ſi tutor datus in teſtamento poſtea contrahat inimicitias capitales aduerſus teſtatorem,ita ut ob id cenſeatur teſtator huiuſmodi tutelã reuocaſſe,per tex.ibi,tamẽ ſi diu poſt eas inimicitias ſtetit, & potuit reuocare teſtm̃,& non reuocauit, ſatis videtur remiſiſſe,& ita in ea datione perſtitiſſe,arg.tex. optimi in l.in confirmando,& in l.utilitatem ff.de confir.tut.& in l.tres tutores, in fi.ff.de adm. tut. Idem ẽt voluit Guid.Pap.ſing.339.inci. diſpoſitio l.ſi vnquam,& Soz.conſ.126.viſum. fuit,col.5.uer.quòd aũt etiã fauor, lib.3.vbi loquitur quando filius ante patrem mortuus eſt,& Iaſ.in l. ſi mater,col.j.C.de inoff.teſtam.& in auth.ex cauſa,col.ult.C.de lib.præte,& Steph.Bert.conſi. 83. Chriſti, &c.viſis tribus,col.2.lib.2.& conſ. 284.viſo caſu,in fi.eo.lib.2.

213 ¶†Et hanc ſententiam confirmat quod in ſimili dicitur,quòd licèt ſecundum opi.Bar.ſi pater in teſtamẽto præterijt ignoranter poſthumũ, aut iam natum, non conſeruentur legata ex auth.ex cauſa.C.de liber. pręt.ſed reuocentur ex diſpoſitione l.noſtræ, vt ſuprà latè diximus in uer.donatione largitus,in 14. q. tamen ſi pater poſt natiuitatem poſthumi,aut poſteaquam notitiã habuit iam nati,diuti^ uixit, habuitq; poteſtatem mutandi teſtamẽti nec tñ mutaui cẽſet uelle in eadẽ priori voluntate decedere, & ita legata ipſa rata firmaq; manere, vt uoluit Iac.Bel.in ſua diſputa. incip. quæritur quare pater, quam ponit poſt l.3.C.de lib.præt.& Ang. conſil.99.viſo themate prædicto, colũ. ult.per tex.in l.tractabatur ff.de teſta.mil.& expreſsiùs Pau.Caſt. [in l.ſicut certi,col.vlt.uer. ſecundò niſi poſtquam.C.de teſta.mil.] in l.j. C.de poſth.hære.inſti. vbi ita dicit ſe conſuluiſſe,ſicuti verè fecit, conſil.200.clarum eſt teſtamentum,in fin.lib.j.& iterum conſi.15.incip. à ſecundò quæſito,col.3.uerſi.per cõfirmationem prædictorum,libro.2. rurſumq; conſi.271.quanquã multa,col.vlt.eod.lib.2.& conſi.322.in

caſu ſupraſcripto,in fi.eo.libr. 2.Et vbique allegat id quod voluit glo. in d.§.dat remiſſionem, & d.l. tractabatur,& preterea.l.3.C.de inof. teſtamen.& etiam quod voluit Barto.in l.lex Cornelia:in fi.ff.de uul. & pup.vbi loquens in caſu illius legis dicit quòd ſi pupillus viuo teſtatore mortuus eſt, & pater habuit tempus prouidendi ac mutandi, & non fecit,tunc, inquit, lex præſumit quòd teſtator voluerit quòd ſubſtitutus pupillariter ſuccederet, per l.quòd ſi filius.ff.de cap. & poſi.reuer.Subiūgitq; hāc diſtinctionē haberi in d.l.tractabatur, idq; probari in d.l.3.C.de inoffic. teſtamen. Cuius ſententiam in ea ſe ſecutus eſt & idem Pau. in d.l. lex Cornelia.Et idem quoque voluit Bar.ipſe in l.j.col.6.verſi. ulterius quæro pupillus.ff.e.de vul.& pup.& in d.l. tractabatur,& in l.neque.§.vl.ff.de teſta.milit.& Card.Flor. in c. Raynutius,in materia compēdioſæ ſubſtitutionis,extrà de teſta.Sed tu de hoc vide omnino recentiores in d. j.ff.de vulg.& pup.

214¶ †Nam quantum ad caſum d.authen.ex cauſa,vt eo redeamus, vnde paulum digreſſi ſumus, id quod ſupra diximus,voluit etiam Ro.eadem in id allegans,cō.122.circa id quod effectualiter,col.2.uer.primo quia poſt conditum,& Alex.conſil. 123.diſcuſſis hęſitationibus,col.ul. uer.& hanc opi.libr.j. & conſi. 30. ponderatis his,col.j.uer.& ſubiungit,lib.3.& conſi.ſeq.eiuſdem princip.col.2.uer.& quod dicta clauſula,eo.lib.3.quibus locis alleg. etiā quod voluit Bar.in l.j.in princi. in j.q.ſecundi effectus.ff.de uulgar. & pup.Idem quoq; voluit ipſe Alexā. conſ.142.circa primā dubitationē, col.2.lib.2.quod errore impreſſorū repetitum eſt conſ.103.lib.3.& iterum conſi.50.lib.6.& Cor.in d. authen.ex cā,col.11.in 7. limi. & ibi Iaſ.qui tñ dubitare videt̄,in col. pe. & idē Cor.cōſ. 119. videtur primo aſpectu,ad fi.li.2.& cō.244.videtur prima facie dicendū,col.6.e.li.2.& cōſ.158.pro deciſione,col.pe.lib.2. & cōſ.133.in hac cōſulta.col.3.uer. item cōcurrit.lib.3.& cōſ.150. prima facie,col.2.uer.& maximè cum dictus teſtator,eo.lib.3.& con.225. antequam aggrediar.col. pe. verſi. cum itaq; in caſu noſtro,eod. lib.3. Barb.conſi.54.illud in mediū afferam,col.pe.lib.3.& Iaſ.in d.l. ſi mater,col.2.C.de inof.teſt.& D.Guil. Bened.in repe.c.Raynutius, in gl. ſuper ver.in eo.taſtō relinquens, la j.nu.247.[Phil.Dec.late conſ.490. uiſis & circunſpectis, col.3.verſi.venio ad ſecundum.]

215¶ †Ad quod item optimè facit qd̄ uoluerunt multi multæ authoritatis viri,id ſcilicet quod dicitur donationē & feudum reuocari poſſe ob ingratitudinē,aut feloniam, vt noſtri appellant, per donantem, aut dominum tantum, non ēt per hæredes eorū.Vt de primo eſt text. in d.l.vlti.infrà eo. & in c. vlti. extra.de dona.Et de feudo voluit glo. in l.omnimodo.C.de inoff.teſt. [& in c.j.§.item ſi fidelis, in ver. concubuerit,& ibi Bald.& alij,ti. quib. mod.feud.amit.]cum ſimil. procedere ita demum,ſi donans ſiue dominus ipſe ſciuerit, & habuerit ſpatium reuocandi.Nā ſi non fecerit, id videtur remiſiſſe. Ita voluit Io. Andr.in d.c.vlti.. col. pen.in gloſſ. vlti.per illum tex.in uerb. placuit, & ibi etiam Io.Cal.in repe.col.3.& Collect.colum.vltim.verſic.quid ſi vaſſallus, & Imol. colum. 7. verſiculo,in ea gloſſ.in fin.dicit & Pet. Ancha.& Pan.colum.penul.verſic. in gl.vlti.& iterum verſi.in ea.glo.

extra de donatio.[Et idem Io.And. in addi.Spe.ti.de feud.§.ult.col.2.] Petr.Iacob. titu. de cauſ.ex quib. feud.amit.col.7.uerſic.item tacitè. & Cyn.& Saly.in l.j.in fin.C.de reuocan.donat. Andr.Iſer.Iaco.Bel. Bal.& Iac.Aluar.& Cardi.Alexan. in c.j.§.porrò,titu.quæ fuit prima cauſ.bene.amit.Iac.Bel.in c.j.§.itē ſi fidelis,[& ibi Aluaro.]titu.quib. mod.feu.amit.& Saly.in d.l.omninomodo,in fin.prin.& in l.ul.[C.de adult.& in l.ult.]in fin.C.de reuo. dona.& Pan.conſ.3.nitar in præſenti,in 9.q.li.2.& Ro.& Alex.qui hoc dicit ſing.in l.rei iudicatæ.ille col. 2.uerſi.hic,& pro Romano.ff.ſolut. matri.[idem Alexand. conſil.189. in cauſa, col.2.uerſi.imo fortius,li. 6.]Franc.Aret.conſil.14.uiſo & diligenter conſiderato, colum.ulti. [Carol.Ruin.conſi.159.quia intra. col.4.uerſicu.ad iſtud,lib.j.]Catel. Cot.qui etiā dicit ſing.in memor. incip.donatio perfecta,& iterum in memor.incip.uaſallus poteſt priuari.Fran.Cur.iuni.in tract.feudo.in pen.q.quartæ partis,in fin.[Zazius in epito.feudo.parte decima, quæ eſt de feudi amiſſione,char.9.uer.è diuerſo ſi dominus, de quo tamen uide Bald.in d.l.rei iudicatę.§.j.ff. ſolu.matri.]

216 ¶ †Idemque è diuerſo,ſi dominus non reuocauerit fundum beneficiarium à cliente,qui ipſe ingratus aduerſus eum fuit,non poterit ab hærede ipſius reuocari,ut uoluit gloſ. in d.l.ult.infrà hoc eo.tit.quam ſequunt Cy.Bal.& Ang.ibi,& Raph. Co.conſi.164.pręlatus certæ eccleſiæ,col.3.[& Mart.Laud. in c.j.tit. de lege Corradi, & Carol.Ruin.d. conſi.159.ubi ſuprà lib.j.& conſil. 165.Ieſu Chriſti, colum.5.nume. 20.eod.libr.j.]cum ſimilib. Ita tamen,ſi dominus ſciuerit ingratitudinem illam uiuente cliente,& habuerit facultatem reuocandi ab eo aliàs poterit & ab hærede,ex ſententia Ioan.Andr.in addit.Spec.titu.de feud.§.ult.col.2.& Bal.in l.imperialem.§.inſuper,col.ul.uerſi.cōſidera tamen,& iterum uerſi.ex his etiam apparet.tit.de prohib.feud.alie.per Freder.col.j.& in d.c.j.col.ult.uer. ſecūdò quærit glo.ti.quib.mod.feu. amit.& Pan.d.con.3.& Pet.Iac.ubi ſuprà,uerſi.item ecōtra.& Pau.Ca. con.46.uiſo & examinato,col.2.li. 2.[Zazius,ubi ſuprà.Sed huic cōtra dicit Caro.Rui.cō.159.ubi ſuprà.]

217 ¶ †Sed & idem propè in caſu adulterij diſſimulati,ſiue non uindicati à marito,dum quęritur an hęredes ipſius mariti poſſunt conqueri, ad lucrandum uxoris adulteræ dotem, ut ſcilicet non poſſint ſi maritus reſciuerit, & potuerit conqueri, nec fecerit, aliàs poſsint, uoluit & conſuluit Bald. conſilio. 303. iſta dos debet reſtitui, libr. 3. & Signo. conſilio.50.in quæſtione. & ipſius authoritate Card. Alexan. in capitu.plerunque, in 2.quęſt. extr. de donatio. inter uirum. & uxor. [Salyce. in d.l.ulti. colum. j.uerſicul. ſucceſsiue.C.de adult.] Roma. Alexandr. & Franciſ.Aret. in d.l. rei iudicatæ. §. hæredi.ff. ſoluto. matrimo. licet alij generaliter tenuerunt non poſſe hæredem cōqueri,ſiue maritus ſciuerit, ſiue ignorauerit,ut per Bal.ſibi contrarium, Imol.Paul.Caſtr.in d.§. hæredi.&,Bald.in l.cùm mulier, in 15.oppo.& ibi Imol.colum.8.eod. titu.[& eundem Bald. ſibi contrarium conſi.182.Petr.lib.3.& Fran. Rip.in l.2.col.3.nume.10.eod.quoque tit.]de quo & nos latè diximus in noſtris conſuetudinibus, titu.26. in §. j. in gloſſ.7.in ulti. quęſtio. Et idē ecōtrario,ut ſcilicet maritus

non poſſit mouere qõnem hæredibus uxoris de adulterio ipſius,cũ nõ cõqueſtus eſt in vita ipſius vxoris, ſi tamen ipſe ſciuerit:ſecus ſi ignorauerit,vt voluit Bald.in l.libertatem,quę eſt vlt.C.de adult.

218 ¶†Facit & quod in ſimili ſcribit Pau.Caſt.cõ.218.quòd vxor quondam,col.j.verſi.confirmantur autē prædicta,lib.j.quòd ſi teſtator habens filium, reliquit aliquid vxori, quod fortè non haberet vim pleni vſusfructus propter filiũ, ſed ſi filiũ non habuiſſet,idipſum comprehenderet,ſecundum not.in auth. quod locum.C.ſi ſecun.nup.muli. Certè ſi filius viuo teſtatore deceſſerit, idque ſciuerit ipſe teſtator, & habuerit facultatem mutandi teſtamēti,nec tamen mutauerit,credẽdum eſt eum voluiſſe teſtari, ac ſi filium non habuiſſet,arg.no. in d.§.dat remiſſionem,& aliorum ſuprà allegatorum.quod not.ad id quod ſuprà diximus in hac eadem quæſtio.ver. 162.inci.à quibus non longè abeſt.

219 ¶†Deniq; huc ſpectat & quòd ab eodem Pau.conſultum eſt cõſ.214. cuius eſt initium,Ego Pau.de Caſt. in lib.j.quod ſi quis ſuo teſtamento quicquam legauerit pro maritãda puella,ſi ea uiuente teſtatore maritetur,extinguitur legatum,ſecundum Bart.poſt Dy.in l.Lucius.la j. ff.de leg.2.Si tamen poſtea teſtator qui ſciuit illam nuptam, & potuit mutare teſtamentum, non tamen mutauit,videtur decedere cum eodem teſtamento,& debebitur legatum ac ſi ea nondum nupſiſſet, per gloſ.in d.§.dat remiſſionem,& not. per Barto.in d.l.lex Cornelia. Et idem ſe & aliàs quoq; conſuluiſſe, vt verè fecit conſi.148.proponitur in facto,in fin.lib.2.etiam per no.in d.§. dat remiſſionem. Et ad hæc omnia bene facit text. in d.l.ſi mater,C.de inoff.teſta.

220 CONTRARIVM † tamen in caſu d.auth.ex cauſa,vt videlicet non confirmentur legata,etiam ſi teſtator diutiùs vixerit.& potuerit mutare teſtamentum, nec mutauerit, voluit expreſsè Barto. conſil.210. omne illud,verſ.& per hoc non obſtat.& conſi.235.Lapus fecit teſtamentum, ſubdens quòd illa coniectura quam ſuprà pro contraria parte adduximus,tunc aſſumitur,quãdo alij filij ſunt inſtituti,ſecus quãdo extranei.per d.l.3.C.de inoffic. teſta.Sed & poſito,inquit,quòd teſtator hoc voluiſſet in illo medio tempore, tamen iſta voluntas non fuit legitima,nec facta etiam ſolenni numero teſtium,& ſic eſt nullius momēti.Idem quoque voluit Ang. in l.ideq; erit,quã legit. cũ l. qui iure.ff.de mili.teſt.vbi ita dicit conſuluiſſe collegium Peruſinum,& rurſum in l.j.C.de codi.vbi item dicit, & in l.j.ff.de iur.codicil. & conſil. 108.iſta quæſtio principaliter, col. vlt.dicens de hoc eſſe tex. ſi rectè, & ſanè intelligatur,in d.l. tractabatur.ff.de milit.teſt. Niſi, inquit in poſtremo loco, conſtare poſſit ex alijs indicijs,quàm ex diuturnitate & poteſtate mutãdi, quòd teſtator voluit cum eodem teſtamento decēdere,per text.in d.l.idemq; erit. Et ſi dicis: Ergo nuda voluntate conficitur teſtamentum,contra l.hac cõſultiſſima.C.de teſta.Reſpõdeo nõ id mirum eſſe,quia non conficitur de nouo,ſed iam confectum & infirmatum validatur,quod facilius fieri poteſt.l.qui ex liberis, quæ eſt pēnul.§.teſtamento.ff.de bon.poſſ.ſecun.tab.vbi eſt optimus tex. Idem etiam voluit ipſe Ange. conſi. 364. Pierius fecit ſuum teſtamentũ, col. 3.per d.l.tractabatur, & Fran. Are. in l.Titius,in prin.col.vlt.ff.de lib.

& poſth.vbi de hoc dicit eſſe melio rem tex.quam in d.l.tractabatur. vi delicet in l.ſi filius.ff.de teſt. milit. vbi quando nato poſthumo ignorã ter prætetito à teſtatore,'ipſe teſtator vult decedere cum eodem teſta mento.uidetur nouum teſtamentũ facere, & ex hoc conualeſcit tanquam denuo factum,& hoc quidem in milite toleratur,qui poteſt teſta ri vt uult,ſed ĩ pagano,licèt ex hoc quod non mutatur,videretur induci noua voluntas, tamen inutiliter induceretur, per alium text.'quem tamen ipſe non allegat, in §.'ex eo autem,inſti.quib.mo.teſt.infir.Sub iungitq; Fran.Are. vbi ſupra, illam quàm ſupra diximus Ang.exceptionem.Et iterum idem Fran.Are.con ſil.92.viſo legato,col.3.uer. nec po teſt releuare, ubi & ad hoc dicit te xtus ſing.in d.l.ſi filius in uer.ſi ue rò militante.quem tamẽ dicit à nemine alio allegatum.ſed & ad hoc allegat tex.in l.à filio.§. Seia. ff.de adim.leg.vbi & ex inimicitiis ſuper uenientibus cenſentur adempta'le gata;& ſi teſtator poſtea codicillos fecerit, in quibus ea legata expreſsè non ademerit, tamen remanent adempta.Allegatq; ẽt ideo præſumi teſtatorem tacuiſſe, quia ſciebat ſi bi eſſe prouiſum iuris remedio aduerſus prouiſionem ante factã,ſicut dicim⁹ de creditore qui tacet, quia ſcit ius ſuum ſemper ſaluum manere.l.ſicut.§.non videbitur.ff. quib. mod.pig.uel hypo.ſol.Cui adde & tex.in l.an inutilis.ff.de accep.cum dicitur,fingamus eum qui accepto ferebat ſcientem prudentemq; nullius eſſe momenti acceptilationem quis dubitat non eſſe pactum cum ſenſum paciſcẽdi nõ habuerit?Rurſum idem Fran.conſi. omnium nouiſſimo, eleganter & ſubtiliter colum. 3.in ſecundo dubio, vbi & hoc dicit probari non cauillando,vt ipſe, dicit,literã,in auth. vt nouæ fac. conſt.ver.& non accuſandos,& ver. ſeq.vbi dicitur,ꝙ ſi aliquis fecit teſtamentum ante ius nouum conditum,ſecundum formã iuris veteris, & poſtea uiuo teſtatore fiat lex noua,qua ſtatuitur valere teſtamẽtum ſine noua quapiam forma; valet illud teſtamentum prius factum ſine illa forma noui iuris,nec debet imputari teſtatori,quod poſt legẽ nouam ſuperuixerit, & habuerit tempus mutãdi teſtamẽti.Et quòd iſte ſit ſenſus illius tex.attende, inquit, ad rationẽ quæ in eo text. adiicitur Nam ideo non debet imputari,quia poſſe facere teſtamentũ,non in nobis eſt,non.n.ſemper põt aliquis teſtari,cùm aliquando repentina morte impediatur.Ex qua ratione hoc infertur,ꝙ licèt prima fronte non appareat aliquẽ fuiſſe impeditũ,cũ videatur habuiſſe tp̃s mutãdi teſtamenti,quia tñ ſæpe cõtingit aliquẽ ĩpediri,iſta ſola poſſibilitas excuſat nam etiam põt eſſe ꝙ teſtator non mutauit teſtamentum, quia ſperabat ſe ſemper diutiùs victurum.Poſteaque reſpondet ad d.l.tractabatur,& ad d.l.3.C.de inoff.teſt.ut ibi uidere poteris.Idẽ præterea uoluit Barb.conſi.60.illud afferam in mediũ,col.3.& ſeq.li.2.& Soz.cõſ.93. teſtm̃ præmiſſum,ad fin.lib.4.vbi & illã Ang.exceptionẽ approbat. Et Iaſ.ſibi in eadẽ l.cõtrari⁹,in d.auth. ex cauſa,col.5.uerſi.amplia eã procedere,ubi hoc reputat ſing.& ſolũ Fran.Are.allegat.d cõ.92.& Steph. Bert.qui & illũ unũ allegat,cõ.170. ponitur in facto,col.3.verſ.nec opponat,lib.j.& D.Bene.ẽt eodẽ in loco ſibi cõtrarius,in d.c.Raynutius, in uerb.in eodẽ teſtõ relinquẽs,le j. nu.232.extra de teſta.& nouiſsimè An.Rube.conſi.125.præſens caſus.

226 SED DE HIS SATIS. † Nunc aũt quærendum ducimus, quoniam verba quæ nunc interpretamur, ſunt in plurali numero enunciatã, videlicet ſuſceperit liberos, utrum neceſſe ſit plures filios ſuſcepiſſe, an verò unus tãtũ ẽt reuocabit? Et videt̃ quidẽ primùm aut duos aut plures requiri, ꝑ tex. in l. vbi numerus. ff. de teſti. & l. qui quartã. §. ul. & ibi Bar. ff. de leg. j. & l. legato. §. qui plures. ff. de leg. 2. iuncta l. Menius. §. eum qui. le 2. & ibi gl. in ver. eandẽ rem, eo. ti. & l. 3. in prin. ver. quod ſi ita, & ibi Bar. ff. de annu. lega. & l. j. ff. de opti. le g. & l. vl. & ibi Bar. ff. ad Trebel. & l. libertas §. vl. & ibi Bar. ff. de manu. teſta. & l. inter illã. §. vlt. ff. de verb. ſig. & c. is cui. §. j. de præb. lib. 6. & c. pluralis, de reg. iur. eo. li. & in c. j. poſt prin. tit. de notis feud. Quibus planè probatur, pluralem numerum vno minimè eſſe contentum.

227 ¶ † Ideo Bar. in d. l. j. ff. de opt. leg. dicit, ꝙ iuſtius diſtribuere inter pauperes, nõ põt in unũ tãtũ diſtribuere. qđ & voluit Bal. in repe. l. j. col. 11. ver. iuxta hoc q̃rit an iſti. C. de ſacro. eccl. & Pau. Ca. cõſ. 97. ſuper primo q̃ſito videtur dicendum ꝙ teſtamentum, col. 2. ver. ſecunda inſpectio, li. j. & Philip. Dec. cõ. 471. iuridicã, col. 2. ver. ſecũdo. De quo tñ quia nõ omnino eſt ſine dubio, vide Bal. [in repe. l. j. col. vlt. verſi. ſed an executor. ff. de leg. 2. &] in l. unum ex familia. §. itaq́;, & ibi Rap. Co. & ipſum Pau. in §. ſi duos ff. eo. ti. & ipſum Bal. cõ. 162. quidã Franciſcus, in 2. dubio, lib. 5. & eundem Pau. in l. cùm quidã, col. 2. ver. nota etiam dum dicit. ff. eod. Rom. ſing. 451. teſtator dicit. & Ale. in l. Gallus. §. quid ſi is. ff. de liber. & poſt. & in d. l. qui quartam. §. j. ff. de leg. j.

228 ¶ † Sed illã Bar. ſententiam fulcit qđ à Bal. proditum eſt in l. iubem §. ſin autẽ. C. ad Treb. qđ ſtatutum eos certa pœna multãs, q domum alterius ingrediuntur cum hominibus armatis, nõ habet locum in eo

qui ingreditur cum vno tantùm ar mato, cum ſtatutum pluraliter loquatur de hominibus armatis,& eò grauior maiorq; eſt iniuria, quò à pluribus admittitur l.ſi plures ſerui ff.de iniur.quã ad hoc dicit not. & ſequitur Philip.Dec.d.con.471. ubi ſuprà.Sup quo tñ vide tex.quẽ pro alia parte citabimus, in l.2.§. homines,ver.ſed & ſi vnus.ff.vi bo. rapt. vbi ita ſcribitur. Sed ſi vnus homo coactus ſit,ad huc dicemꝰ homines coactos eẽ.Niſi dicas ibi tex. loqui de damno,nõ de iniuria ꝑſonæ.Nã damnũ nõ augetur ex multitudine,ſicut iniuria, vt quibuſdã placuit.Sed huic aduerſatur Tulliꝰ in oratione ꝓ Cecinna.Si tu,inquit ſolus,aut quiuis vnus cũ ſcuto, cũ gladio impetũ in me feciſſet,atque ego ita deiectus eſſẽ, audereſne dicere interdictũ eſſe de armatis hominibus,hic aũt hominẽ armatũ vnũ fuiſſe?nõ,opinor,tã impudẽs eſſes.Nã vt dicit paulopòſt,in his cauſis nõ uerba veniunt in iudiciũ,ſed ea res cuius cã verba hæc in interdictũ coniecta ſunt. Et iterum paucis interiectis. Non maior eſt iniuria ſi pluribus armatis,quàm ſi uno armato ſit. Et alia multa in eã ſñiam ſcribit,que tu videre poteris.

229 ¶†Et qđ idẽ ſcribit ĩ c.j.extrà de appel.nõ ſatis eſſe,proteſtationem, q̃ ex eo.c.debet fieri in p̃ſentia bonorũ virorũ(ſunt.n.verba illus c.) fieri corã vno,pp illa verba pluralis numeri.Et eũ ſequitur Præpo. ibi. & Nicol.Eueral.in locis legalibus, in loco à numero,in prin.Sed tu tñ de hoc vide,ut quod ẽt dubium eſt, Pan.Peru.& Philip.Dec.ibi,& Specul.locis à Pan.citatis,& Lapum al legat. 39.incip.an valeat appellatio poſt medium,& vide quæ dicam infrà nu.249.& hinc quoque manat.

230 ¶†Sed redeamus ad Bal.qui cõſ. 242.cuius exordiũ eſt, factũ tale ẽ, quidã B.habuit gratiã,lib.3.conſuluit mãdatũ papę de prouidẽdo alicui de bñficio ſpectãte ad collationẽ quoruncunq;,nõ habere locũ in bñficio ſpectante ad collationẽ vnius tantùm,per d.l. vbi numerus.

231 ¶†Huc ẽt ſpectat reſpõſum Old. con.142.cuius caput eſt, factũ tale eſt,teſtator habẽs vxorẽ prægnãtẽ, ꝙ ſi teſtator ſubſtituit ſororem poſthumis.ſi ij decederent in pupillari ætate,non eſt locus ſubſtitutioni ſi vnus tantùm poſthumus natus ſit,& decedat in pupillari ætate,'& cenſetur eſſe caſus omiſſus. Quod quidem con.ad verbũ propè tranſſcripſit Io.An.illius diſcipulus ſine magiſtri mẽtione,quod illi ferè eſt perpetuũ,in addi.Spec.tit.de teſta. §.j.col.pe.ver.quarta quæſtio. De quo tamen vide Fran.Are.qui hoc reputat ſing.in l.placet, col.2.ver. pro iſta concluſione.& And. Alcia. lib.3.de ver.ſig.in 3.q.quarti axiomatis,quartæ regulæ princ.

232 ¶†In quã ẽt ſñiam Ang.conſ.56. quid ĩ nõ ſuppoſitus,tradit quòd in ſtatuto Florẽtię cauente nõ admitti accuſatorẽ,niſi ſatisdet ꝑ fideiuſſores idoneos approbatos ab approbatoribus Cõis, nõ ſufficit dare vnũ fideiuſſorẽ, nec ſatis eſt interuenire unũ approbatorem,licèt uterque & fideiuſſor & approbator ſint idonei & ſoluendo, q̃uis ita uideať ſatisfactum menti ſtatuentium.q̃ſo lũ voluit ſatis cõſultũ cautumq; eſſe indemnitati accuſati:ideoq; videbatur vnũ ſufficere,ꝓ l.ſcire oportet.§.qui aũt,ver.ſed & ſi maximè. ff.de exc. tut. Sed tamen non ſatis eſt.nam quò,inquit,plures ſunt idonei, eò quoque magis cautum eſt. l.ſi quis decedens §. vlt.ff. de lib. leg.Et quia ſtatutum in plurali numero loquitur.

233 ¶†Nec

233 ¶ † Nec hinc longius abeſt quod
idem Ang.alibi conſuluit,uidelicet
conſi.289.hoc principio, uiſo facto
& ſtatutis,in j.dub. Quod ſi ex ſta-
tuto requiratur citari proximiores
agnatos occiſi ad accuſationẽ eius
qui illum occidit, nõ ſufficit unum
citari,cùm ſtatutum de proximiori
bus in plurali numero dicat.

234 ¶†Huc quoque vergit quód cen
ſent domini Rot.deci.522.inci.no-
ta ꝙ ſi committatur,in antiq.[rur-
ſumq; deciſi.79. committatur cau-
ſa,in nouis.] ꝙ ſi in reſcripto facta
fuerit poteſtas citandi in locis uici
nis,non ſatis erit id fieri in uno tan
tùm loco uicino , ſed id debet fieri
in duobus ad minimum locis , per
d.c.pluralis locutio. †Cui omninò
ſimile eſt quod & tradit Card. Flo.
in cle.j.in 32.q.de foro cõpe.quòd
in caſu illius cle.in ver. ſi verò dicti
epiſcopi , dum facit ptãtem citandi
in eccleſijs, debet fieri ea citatio in
duabus.Quanquam illum in diuer-
ſum citet Matthæ.Afflic.in conſtit.
Siciliæ incip.multæ leges , col.pen.

235 ¶ † Eiuſdem monetæ eſt quod &
conſultum eſt à Pe.Anc. uiro utiq;
laudatiſſimo,conſi.36. cuius capuc
eſt,viſa quadam petitione , col.j.ꝙ
ſi ſtatutum requirat aliquid fieri à
conſanguineis , ut in ſtatuto Forli-
uij,quo cautum eſt in rub. de tuto-
ribus dandis pupillis , ut ab aliqui-
bus conſanguineis ex parte patris
petatur adiunctum dati tutori,alle
gata aliqua cauſa ſuſpitionis,uel a-
lia legitima & uerisimili cauſa iudi
ci oſtenſa:non ſatis eſt id ab uno tã
tum conſanguineo peti.& ſequitur
Deci.in c.prudentiam, col.j.ver.&
ſuper iſto tex.extr.de offi.deleg.

236 ¶ † Sed & in hanc ſententiam re-
migrat quod legit apud Pau. Caſt.
conſi.211.hoc initio, ad primum re
ſpõdetur,quòd dictum legatũ, in 2.
dub. lib.2. quòd ſi teſtator manda-
uerit hæredi , ut quampiam nũmo-
rum quãtitatem non exigat, donec
maritauerit ſorores ſuas , non ſatiſ-
feciſſe uidetur unam tantùm mari-
tando,quia pluralis locutio nõ veri
ficatur in vno.

237 ¶†Adde & quod eleganter reſpõ
ſum eſt à celeberrimo noſtræ tẽpe-
ſtatis iurium interprete Philip.De
cio,cõſi.222.uiſo puncto,col.4.uer.
5.quòd tale ſtatutum,dum in ſtatu
to Lucanæ ciuitatis declarante bo-
na patrimonialia illa eſſe quæ fue-
runt ſuorum per lineam paternam
aſcendentium,aſſerit neceſſariũ fo-
re,vt ea fuerint patris & aui, nec ſa
tis eſſe patris fuiſſe,vt dicantur pa-
trimonialia,cùm ſtatutũ dicat, ſuo-
rum aſcendentium,in numero plu-
rali,per d.l.ubi numerus ff.de teſti.
& idem quoque uoluit ipſe Deci.d.
conſi.471.iuridicam,col.2.

238 ¶†Item quod ab alio non etiam
ſpernendo noſtri tpis iuriſconſulto
quanuis Gallo,Steph. Bert.reſpon-
ſum eſt conſi.4. viſis hincinde pro-
poſitis,col.8.in 6.dub.lib.3.quòd l.
tranſactionem C.de tranſ. qua cau-
tum eſt,præſentiam amicorum tol-
lere ſuſpitionẽ met⁹, hẽt locũ tũ de
mũ,ſi nõ unus tm̃ amicus,ſed ad mi
nimũ duo interuenerint,cũ text.di
cat in plurali,amicis interueniẽtib.
Et ante eum idẽ reſpondit Soz.quẽ
non allegat.conſi.263.capio primũ
conſultationis articulum,col.6.ver
ſi.ſed adhuc uidentur,lib.2. Sed cre
do Bertr.non uidiſſe opera Sozi.ut
quem nunquam citauit.

239 ¶†His finitimum eſt & quod ſcri
bit Pet.Iac. in ti.de act. ex emp:re-
dhibitoria,col.4.quòd in quibus ca
ſibus credit medicis, aut aliis peri-
tis,non unus ſufficit,ſed ad minimũ
duo requiruntur,per tex. loquentẽ
in plurali numero de medicis ꝗ in l.

ſe-

ſemel C.de re mil.lib.12. [& idẽ uo luit Bal.per illũ tex.cõ.136. propo nitur quod Titius,col.j.lib.2.& Cę po.cõſi.cau.crim.62.magnifice,co. 2.verſi.nec ob . ſi dicatur,vbi & ad hoc allegat tex.ĩ c.ſignificaſti,'le 2. de homic.in illis verbis, peritorum iudicio medicorũ.] Sed tu tamẽ de hoc uide Bar.in j.cõſti.ff.in fi.prin. & ibi quoq; Bal.col.3. verſi.'ſed an credatur.[& eundem Bart.in l.j.in prin.ff.de vent.inſpi.& in l.j.§.ult. in 2.col.& ibi alios,& latè Iaſ.ff.de ver.ob.& præterea Aug. in l.qui lu minib.in prin.ff.de ſer.vrb. præd.] & præterea Io.Ana.in c.ſignificaſti col.5.de homici.cũ aliis multis con cor.adductis ab Alex.in addi.ipſius Bar.[in d.j.cõſtitutio.ff. & rurſum cõ.35.viſa ſcriptura priuata,col.vl. verſi.circa ſecundũ dubium,lib.j.& Fely.in c.propoſuiſti,col.3.verſi.ſe cunda concluſio,ext. de probat.]& præterea Guid.Pap.cõſi.277.nobi lis Petrus,col.2.ver. & licèt dictus. [& deciſi.'delphina.394. de medi cis,paulò ante finem.]

240 ¶†Deniq; ut multa in unum col ligã,facit quod uoluit gl.in §. præ iudiciales,in glo. magna,poſt prin. ibi,itẽ quia poſtea dicit cæteræ, & ibi ẽt Pe.Iac.Dy.Io.Fab.& alij re centiores,Inſti.de nup.:& glo.in c. ſtatutũ §.inſuper, in uer.paucis,de reſcrip.lib.6.& in cle.ſæpe, verſi.& quia in uer.de partiñ,de ver.ſig.Ol dra.cõſi.177.teſtator in ſuo ultimo teſtõ.Io.An.in addi.Spec.tit.de te ſta.§.in primis,in fi.in addi.magna. incip.huic quæſtioni,in 4.q. Bar.in d.l.qui quartã §.vlt.& in l.qui filia bus,in prin.ff.de leg.j.& in l.vlt.ff. ad Treb.& in l.ſi gemina, ad fi.ff.ar bo fur.cæſa.& cõſi.54.Angelus Ma e æ,col.2. verſi.præterea ex uerbis, & col.ſeq.verſi.non ob. quod dicit [Bal.in l.2.col.2.verſi.itẽ ſi ſtatutũ loquitur C.de lib.& eo.liber. & cõ ſi.123.reuerendiſſimus,col.3.verſi. nunc venio ad ordinationẽ,& iterũ verſi.concludendo igitur,lib.5.] & Pau.Caſt.cõſ.[161. viſo pũcto,col. j.lib.j.& cõſi.] 189. uidetur dicen dum,col.2.libr.j.conſi.219. viſis & cõſideratis quæ ſupra narrant,co.j. eo.li.j.[& cõſi.109. viſa petitione, col.j.lib.2.]& Raph.Co.cõſi.13.Ti tius inſtituit Seiũ. & cõſi.16. Ioan. quondã uitalis.& cõ.179. facta fuit quædã tranſactio, in 2.dub.Imo.cõ ſi.101.in cauſa accuſationũ, col.j. Pan.in c.eccleſia,le 2. col.j.ver.no ta ibi ad arbitriũ bonorũ uirorum, extra ut lit.pend.& conſi.65. caſus quidã Raynerius,lib.2.Cœpo. cõſi. cauſa crimi.62. magnifice ac gene roſe,col.2.verſi.nec obſtat ſi dicat, & Corn.cõſi.72.viſis ſcripturis,co. j.verſi.nã ſi alter,lib.j.[& conſi.28. uiſa petitione,col.2.'in litera g.lib. 2.& Alex.cõſi.18.viſo proceſſu cau ſæ vertentis inter Ant. col.3. verſi. præterea ultra unum,lib.j.&] cõſi. 66.in cauſa & lite uertente,in prin. lib.7.[Corn.cõſi.227.'uiſa copia,ad fi.lib.j.& Cœp.cõſi.cau.cri.69.con tra,col.2.ver. præterea quod illa.] & Soz.cõſi.124.Sortes habens unũ nepotẽ,col.j.libr.4.& Philip. Dec. [cõſi.222.uiſo pũcto,col.4.verſi.9 tale,vbi ex hoc in pulchro caſu re ſpõdit,&]cõſi.287. in ciuitate Pla cẽtiæ,col.6.verſi.ſed uidẽdũ eſt.[& cõſi.471.iuridicã,col.2 ver.2.prin cipaliter.]†& Matthæ.Affli.in cõſt. siciliæ incip.ſup incîſionibus,co.2 ver.3.quæro.ubi ex hoc dicit illam cõſtitutionẽ imponentẽ pœnã inci dẽti arbores,nõ habere locũ in inci dẽte unã tantũ arborẽ.†& in cõſti. incip.blaſphemãtibus,in 7.q.vbi di cit eam conſtitutionem punîẽtem blaſphemantes ſanctos, non proce dere in blaſphemãte unũ tantũ ſan ctum

ctum.& ex medicis Galenus, qui in terpretãs illũ Hippocratis aphoriſ. 6o.libr.5. ſi mulieri utero gerenti purgationes eant, impoſſibile eſt fœtum ſanum eſſe. adnotat Hippocratem dixiſſe purgationes numero plurali: neq; enim unam tantùm oſtendere fœtum pati. [Et ex ſacra tiſſimis ſcriptoribus, Diuus Paulus ad Galatas, c.3. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones,& ſemini eius, non dicit ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno, & ſemini tuo qui eſt Chriſtus.]

241 TV TAMEN † audenter dicito ſatis eſſe unum naſci, ut expreſſe uoluit Steph.Bertran. conſi. 312.difficultas,poſt princ.lib.3.qui tamen nihil allegat. & tacitè uoluerunt omnes penè qui de hac re in conſiliis locuti ſunt,cùm filij aut filiæ natiuitate donationem reuocatã eſſe cenſuerũt ex l.noſtra, cuius optima eſt ratio, quia appellatione liberorum unus tantũ filius cõprehẽditur,nec ſine liberis eſt,qui unũ tantum filium habet l. non eſt ſine liberis ff.de ver.ſig.& l.pater Seuerinam §.ita fideicommiſſo ff. de cõdi.& demon.& l.à filia,in prin.ff.ad S.C.Treb.& in l.is cui ff.quan.dies leg.ced.& l.j.& ibi Bal. qui hoc dicit procedere ex naturali æquitate C.de cõd.inſ.& d.l. iubemus §. ſinaũt C.adTreb.& l.j.& ibi Soz.in 5. no.& Philip.Dec.in 4.no.C.de pa. & l.cũ uxori C.quando dies leg.ce. & ubiq; gl.& doc.& l.hæredibus §. Titius ff.ad S.C.Trebe.& gl.in c.ſi pater,in uer.liberis,de teſt.li.6.Oldra.conſi.141.thema tale eſt, domini G.col.j.§.j.Io.An. in c. Raynutius,col.2.in uer.abſq; liberis, ext. de teſt.Bal.ĩ auth.ſed & ſi quis,col. 2.ver.præterea indefinita C. de ſec. nup.& conſi.158.quædam mulier, libro quinto, Angel. conſilio 118. quia pro nepte, poſt prin. Anto. in rep.c.nl.in 4.ar.prin. uerſi.fallit no no,ext.de cõſue.Raph.Co.conſ.15. Frãciſcus ĩſtituit,col.j.& cõſi.106. mulier inſtituit maritum,col.2.alter Raph.Fulg. cõſi.4.ad id de quo quæritur,in prin. & conſi. 18.ſolmunia fecit teſtamentum,col.2.& conſi.46.Andreas de Luca.& cõſil. 87.proponitur,col. 2.& cõſi.92.Antonius,col.2. & conſi.203. uiſis inſtrumento,ubi & hoc dicit procedere in ſtatuto.Pan.qui ex hoc conſuluit in pulchro caſu,conſi.65. caſus quidam Raynerius,col.2.uerſi. uenio ad ſecundum dubium,li.2. Car. Flor. conſi. 60. pro examinatione puncti,col.ult.& conſi.153.in ſocietate,poſt prin.Rom.conſi.148.uiſis themate. Paul.Caſt.conſi.287. caſum iſtum,col.j.li.2.Alex.cõſi.108. uiſo themate,poſt prin.lib.j.& conſil. 109. Sempronia teſtamentum condidit,col.j.lib.2.& cõſi.31. ponderatis his.poſt prin.lib.3. & conſi. 38.perſpectis his,col.j.& ſeq.lib.6. & conſil.6.attentis uerbis,in fin.li. 7.& conſi.133. ſtantibus his,col.j. eo.lib.7.Fran.Cur.conſil. 64.antiquiſſima,col.8.uerſi. tamen adhuc oſtenditur. Corne.conſi.91.uiſa facti narratione,col.j.lib.j. & conſil. j.circa primum, col.antepen.uerſi. & quando pater, lib.4.& conſi. 68. licèt hanc cõſultationem,colum.j. eod.lib.4.Sozin.conſi.55.uiſis conſiliis,poſt princ.lib.3. Philip. Dec. conſi.50.quia uerba teſtamenti,fermè per tot.& conſi. 370.uiſo teſtamento,col.j. & conſi.414. uiſo eleganti conſi.col.2.Ludo.Bolo.conſ. 32.Berta ſuum condidit teſtamentum,col.j. & conſi.62. Martinus & Maria,col.6.in 5.dubio.Id quod etiam uerũ eſt, cum in cõditione ſit mẽtio liberorũ,ut ſi dicatur,ſi quis decedat ſine liberis. nã licèt aliàs

conditiones ſint præciſæ, debeantq; impleri in forma ſpecifica. l. qui hæ re. & l. Mæuius. ff. de cond. & dem. tamen & hoc caſu ſufficit decedere cum vno filio, vt voluit gloſ. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, & ibi Bart. ff. ad ſenatuſcō. Trebel. & glo. in c. ſi pater, in verb. liberos, & ibi doc. de teſt. li. 6. & multi ex iis quos ſupra citauimus. Sed & id procedit in ſtatutis quæ alias ſtrictè ſunt interpretanda. vt patet ex his quæ ſcribit Bal. in d. l. j. C. de condit. inſert. & multis etiam ex ſupradictis, & alijs quos poſtea citabimus.

242 ¶ † Nec id quidē mirum eſt, quoniā hæc enunciatio liberorum ſemper plurali numero profertur, ſicut & pugillares, & codicilli, vt tradit iuriſconſultus in d. l. non eſt ſine liberis. ff. de uerb. ſig. & Probus Grāmaticus in Catholicis, & Seruius in lib. 10. Aeneidos, enarrans illud. *Natis parce tuis*. & vt ſcribit Gellius. lib. noctium Atticarū, 2. cap. 13. antiqui oratores, hiſtoriæq; aut carminum ſcriptores etiā vnum filium filiamve liberos multitudinis numero appellarūt, idq; probat authoritate Sempronii Aſellionis, vt illic videre licet. Cui & tu adde Plautū in Aulularia inducentē Euclionem, cui vnica erat filia, hæc loquentem.

Quamobrē ita faceres, meq; meoſque perditum ires liberos,

Et in Truculento cum Phroneſiū vnicum puerum diceretur peperiſſe, de ea tamen dicit.

Cumq; es aucta.

Liberis gratulor.

Et Terētius [in Andria, cum de vno loqueretur, vt ex præcedentibus aperte conſtat.

Domus uxor, liberi inuēti inuito patre.

Et rurſus] ī Heautontimorumeno.

Ingenio te in liberos leni puto,

Et illum obſequentem.

Qui locus in hanc rē eſt apertiſſimus, & eum etiam annotat Donatus interpres. Et rurſum in Hecyra cū de vna tantum filia loqueretur.

Qui illum decreuerūt dignū, ſuos cui liberos committeret.

Vbi & hoc expēdit Donatus, Et Cicero in 3. in Verrem actione, quem ipſe Donatus loco non deſignato citat i vtroq; illo loco. En cui tuos liberos cōmittas, cum de vno ageretur Malleoli filio. [& in eadem quoq; oratione. Cur hūc dolorē cineri eius atq; oſſibus inuſſiſti, vt liberis eius bona patria voluntate patris iure, legibus, tradita eriperes, cum de vnica P. Amij, filia loqueretur vt ex præcedentibus patet.] Et idē Cicero in j. in Catilinā oratione. Occiſus eſt cum liberis M. Fuluius conſularis. cum is tamen vnicum filium haberet, cui facta eſt optio, vt genus mortis eligeret, vt ſcribit Appianus lib. primo. [vide D. Auguſtinū impreſſio. Pariſ. Tomo. 5. fol. 205.]

243 ¶ † Quanuis nonnunquam liberum in ſingulari numero pro filio reperiamus, ſed ſemel tantū in vniuerſo Digeſtorum opere, videlicet in l. ius autem. ff. de pac. vbi Bar. & Iaſ. id notant. & etiam Sozi. in l. 2. col. j. ff. de libe. & poſt. & Cat. Cot. in memor. incipi. liberum pro filio. Sæpe verò in C. & Inſtit. vt in l. ſi quis in ſuo teſtamēto, in prin. vbi Accurſ. id expendit. C. de inoffic. teſta. & in l. ſi quis prioris. §. vlt. vbi & Bal. obſeruauit. C. de ſecun. nup. & in §. hoc quoq; à nobis, Inſti. per quas perſon. no. acquir. Quæ loca & Iaſ. citat in d. l. ius autem [& quædam ex his Corn. cōſ. 41. videtur in hoc, paulo ante fi. lib. 2.] Ideo & Sipontinus in ſuis in Martialē commētariis, ſup ea epiſtola cuius initium

tium eſt,ſpero me ſecurum, aſſerit quòd liber in ea ſignificatione aliquando reperitur in ſingulari numero,nullum tamen locum nuncupatim citat. & Laurentius Valla in libro elegantiarum.c.106.[& in li. 2. aduerſus Bartholemæum Faciũ] etiam dicit ſe liberũ pro filio apud Quintilianum,Paulum Caiumq; iuriſconſultos aduotaſſe, nullum tamen locum deſignauit, nec etiam verum eſt quod de Paulo & Caio tradit,quippe cũ d.l.ius autem, ſit Modeſtini, nec in totis Digeſtis alius huiuſmodi locus reperitur, vt inibi tradũt Bar.& Iaſ. qui Laurentium nuncupatim in hoc arguit. & Catel.Cot.in d. memor.incipien.liberum pro filio.Quanquã ſunt qui & Vlpianum quoq; ita vſum fuiſſe ſcribũt in l. nemo prædo.§.locupletior.ff.de regu.iu.vbi ita ſcribitur. Locupletior nõ eſt factus, qui liberum acquiſierit. vbi Accurſius accipit pro filio,& etiã And.Alcia.in d. l.non eſt ſine liberis.& Cota vbi ſuprà.de quibus magis miror,cum illic liberum non pro filio, ſed pro libero homine haud dubie accipitur quem qui acquiſiuit de facto, non eſt factus locupletior,cum liber homo non cadat in commercium hominum.l. cum hæredes.§. vlt.ff.de acquir.poſſ. [& l.ſi in emptione.§. liberum.ff. de contrah.empt. & §. j.Inſtit.de inutil. ſtip.]& c.2. ext. de pigno.& ibi cõcor. Nec rationi recti ſermonis admodum cõgruit. vt dicamus acquirere liberos, pro ſuſcipere,vel gignere,vel procreare.[Et vt id cõcedamus,quia quærere filios legimus in l.ſi te parens. C.de ſuis & legit. Tñ q̃ ratio fuit, vt iuriſcõſultus ſcriberet,locupletiorem eum non eſſe factum qui liberos genuerit. quis.n.vnquam de hoc dubitauit?vt interim omittam nõnullos eſſe qui in ea l.non liberum,ſed libertũ legant, inter quos eſt Fortunius Garcia:in l.iuriſge ntium.§.& ideo,col.9.verſi.ſecundo not.ff.de pact.] Quintiliani quoq; locus nullus eſt,qui ſciam in oratoriis ĩſtitutionibus. Scio autem eundem,ſi is eſt, quod Valla ipſe vbiq; credit, ego nunquã putaui,in 2.declamatione, cui titulus eſt, Cæcus in limine,in hac ſignificatione libri vocabulo vſum fuiſſe,cum dicit. Liberi ac parentis affectus, non alius mihi videt̃ affectus.Et ita quoque vſus eſt Sextus Aurelius victor in Nerua,cum dicit.Hic Traianum in liberi locum,inq; partem imperij adoptauit.

244 ¶ † Sed vt redeamus, non tm̃ in hac liberorum appellatione, ſed alias ſępe videmus pluralem numerum poni pro ſingulari,& quod plũraliter profertur. in vno tantum æquè ac in pluribus procedere.l.Gallus.§.ꝙ ſi is,in illis verbis, illis viuis & ibi Bal.Alex &alii recẽtiores ff.de libe.& poſt.& l.2.§.exactis.ff. de orig.iu.& l.diuus,in fi. & ibi gl. Bal.& Ang.ff.de peti.hæred. & l.3. §.negotia,& ibi Bar.ff. de neg.geſ. & l.j.in prin. & ibi Bar. & Bal.ff.de procu.& l.2.§. hoĩes, verſ.ſed & ſi vnus,& ibi Bar. & iternm.§.vel cuius bona ff.vi bon.rap.& l.hæredes mei.§.cum ita,& ibi etiã Bar. ff.ad Trebel.& l.j.§. quãuis ff.de aſſig.liber.& l.ſi ei cui,in 2.reſpon. iuncta gl.in uerbo,his igitur caſibus.ff.de euictio.l.ꝙ ſi nolit.§.pe.cum gl.in ver.ĩ his.ff.de ædil.edi.l.quia actionum,cum gl.in uerbo,actiões.ff.de ꝓſcript. uerb. & l.j.§. vt in initio, & ibi glo.in ver.capitibns.ff.de poſtul.& l.ꝗ quartã.§.j.& ibi Alex.& Iaſ.ff.de leg.j.& in c.vt priuilegia, & ibi glo.& Pan.ext. de priui.& in c.j.& ibi glo.in ver. originalia, de pœni-

pœnitē.diſt.4.& voluit glo.in l.Sticho.§.idē q̄ſiit in uerbo,poſt mortē eorum.ff.de vſufr.lega.& in l.falſa.§.vl.& ibi ēt Bar.ff.de cōd.& de.& in l.vl.C.de ſerui.reipu.manu.& in l.j.§.illo ꝓculdubio,in verb.pactionibus.C.de rei vxo.actio.& ī §.j.in ver.oēs hoīes, Inſti.de iur perſo.& in §.j.ī ver.utilis,Inſti.de vi bon.rap.& in §.ſi vero abſit,ī auth.de hær.& falc.& ī c.2.ext.de reſcri.& in c.accepta,in ver.pater, & ibi Pan.ext.de appel.& in cle.j.in ver.alios,& ibi etiam Pau.Gēz. Imo.& Car.Flo.de renūt. & in c.oēs,& ibi Domi.& Fely.latè.j. diſt. & Archi.in c.j.4.q.vl.Spe.ti.de pri.& ſecūd.decret.§.iā de effectu,uer. ſed nunquid ſufficeret.Guil.à mōte Laud.in extrauag. ſuper cathedram.§. ꝙ ſi fortè,in ver.quempiam,de ſepul.Luc.Pen.in l.nemo, col.2.uerſi. ſecundò quæritur. C.de cur.pub.lib.12.cum in fi.ſi.

245 ¶ † Idq́; frequens eſt in ſacris literis. Nam quod Diuus Paulus ad Hæbræos.c.11. ſcribit. Obturauerunt ora Leonum,de vno tantū Daniele ītelligitur.Et quod inibi quoque dicitur ſecti ſunt, de ſolo Eſaia traditur.Et quod itē dicitur, circuierunt in melotis, de ſolo Helia legitur.Et in Pſal.2.Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unū,quorū primū de ſolo Herode, alterū de Pilato intelligiī, ut uidere licet ex actis Apoſto.c.4.& qđ itē Matth.c.27.& Marc.c.15.latrones fuiſſe xp̄o cōuitiatos cū vn⁹ tm̄ cōuitiat⁹ ſit,quē alter īcrepauit.Lucæ teſtimonio c.23.Quoī loco Ambroſius & Beda hæc q̄ dicim⁹,annotunt. Sed & qđ ſcribitur Pſal. 50. Ecce ī iniquitatibus cōceptus ſum, de uno tm̄ peccato originali intelligitur.Et Matthæ.2. Mortui ſunt ꝗ q̄rebāt aīam pueri,de vno tm̄ Herode intelligitur, ut patet ex eo qđ pauloante in eodē c.ſcriptū eſt. Et Exodi.32 fecerūt ſibi deos aureos. Et Exodi.32. Hi ſunt dij tui Iſrael, qui eduxerunt te de terra Aegypti cū de uno tantū uitulo intelligeretur. Quæ loca ēt in eā rē expendit Diuus Auguſt.in eo lib. cui Enchiridion titulus eſt,c.54. & poſt eum magiſ.Sen. Lombar.lib.2. diſt. 33.

246 ¶ † Sed & Poetæ frequētes ſunt in eo genere loquēdi,ut plurali pro ſingulari utantur. Ex quibus unū, qui inſtar oīum eſt, Virgilium ſatis erit aduocaſſe.Is li.7. Aeneidos, cū de uno Anea loq̄retur, qui futurus erat gener Latini regis. ita ſcribit.

Externi veniunt generi,qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferant.

Et iterum poſtea eodem libro.

Generos externis affore ab oris.

Quod & Seruius interpres illius expēdit ī priori loco[Et rurſus eo.li.

Exulibus ve datur ducenda Lauinia Teucris.

Et paulopoſt.

Quò thalamum eripiat Teucris.

Cum etiam de uno eodem Aenea loqueretur.Nam & è diuerſo li.11. ſoceros ille idem uocat, cū de uno Latino intelligeret.

Parceret hoſpitibus quondam ſocerisq; vocatis.]

247 ¶ † Propterea licet tex.ī l. aptiſſimi C.de iud.dicat ī plurali arbitros eē aſſumēdos, qui iudicēt de recuſatione iudicis, ut ēt ī c.ſecūdo requiris,& c.cū ſpāli,ex.de ap.& ī c.licèt ex.de fo.cōp,& in c.ſuſpicionis,ex.de offi.deleg.& in c.ſi cōtra,& c.ab arbitris,eo.ti.lib.6.& in c.legitima de appel.eo.li.Sufficit tn̄ unum eligi,ut uoluit gl.in d.c.ſecūdo requiris,in uerb.aliquos,dū ita exponit, ideſt arbitrum uel arbitros, & ibi Pan.col.pe.& alii. & Spec. in ti. de recuſa.

recuſa.§. effectus ver. ſed nunquid vna pars. & Georg.Nat.in repe.c. quanuis,in.4.q.3.q.prin. de pactis, lib.6.Et facit optimè tex.in l. cum ſpecialis.quæ eſt vlt. ibi, arbitrum vel arbitros eligere.C.de iudi.

248¶†Eſt & doct.ſententia, ſtatutum certo modo puniens producentem falſos teſtes,habere locum in producente vnum tantum. Ita enim voluit Cyn.in l.j.C. vti poſſi. Iac. Bu.& Bar.in d.l.3.§.negotia,& ibi Ang.qui eum §.legit cum princ.illius l.ff.de nego.ge. & idem Bar.in d.l.2.§.ſi vnus,& ibi etiam Dyn.& Alber.ff.vi bono.rapt. & ipſe Bar. in d.l.j.& ibi quoque Bal.ff. de procur.idē Bal.in d.l.Gallus.§. quid ſi is,paulò ante fin.& ibi etiam recentiores.ff.de liber. & poſt. & in d.l. diuus.§.diuus,& ibi Ang.ff.de pet. hære.& in c.mandatum,col.2.extr. de reſcript.Alber.[in l.2.§.j. ff.de lib.hom.exhib.&] in 2. par. ſtat.q. 28.incip.ſecunda quæſtio eſt. Gan. in tra.male.in rub.de falſarijs, col. 3. ver. itē ſtatutum eſt in ciuitate. [Bonif.Vitel.in trac.eiuſdem materiæ,tit.de falſ.nu.18.]Ang.in l.j.§. j.in prin.ff.de dol.mal.Pet. Anc.& Imo.in c.relatum,lc.2.de teſta. idē Pet.in c.j.de lit.cont.lib.6. & in c. cùm ab vno,col.2.in 3.not.de ſent. & re iudic.eo.lib.6. & ipſe Imo.in cle.& ſi principalis,de reſcrip.Ant. ī rep.c.vlt.col.59.ver. fallit.nonò, ext.de conſue. Domi.in c.duobus. quod eſt pe.col.8.de reſcript.lib.6. & in c.ſi cōpromiſſarius,col.j.de elect.eo.li.& in c.j.col.4.ver. fallit decimò,& ibi ēt Phi.Fran. de tem. ordi.eo.lib.Ang.Are.in d.§.j.col.2 ver.ꝙ in delictis.Inſt.de iur. perſo. & in §.j.Inſt.de oblig.quæ ex qua. cōt.naſc.& ī tra.mal.ī ver.falſario, col.2.Alex.in d.l.qui quartā.§.j.ff. de leg.j.Io.Bap.Seue.in repe.l.oēs populi,in materia interpretationis extēſiuæ quæ eſt circa fi.in 14. fal. de iuſt.& iure.Fran.Cur.ſen.conſ. 69.dñs Ioan.col.4.ver.credo ꝙ voluerit Barb.in l.5.§. ſatiſacceptio. col.vlt.ff.de verb.obl.& in repe.c. Raynal.col.31.ver.& pōderavnum ext.de teſt.[Bene.in rep.c.Raynu. in ver.duas habens filias num.142. Caro.Ruin.cōſ.114.circa primum, col.3.nu.6.lib.5. Georg.Nata.in d. c.quāuis.vbi ſupra.Iaſ.[in l.ſingularia col.3.ver.ad iſtud notabile.ff. ſi cert.petat.&] conſ.145. beatiſſimus Papa,colum. penul.ver.quinimo fortius,lib.2. Card. Alex.in d. c.omnes,col.2. in 1. diſt. Matthæ. Afflic.in d.conſtit.Siciliæ.incipien. multæ leges,col.3. ver. tertio not. & in conſtit.incip. qui falſitatem, poſt princip. & Nicolaus Eueral. in locis legalibus, in loco à ratione legis.in tertio caſu princip. columna nona. verſiculo, hinc eſt quòd ſi per ſtatutum. Ex quibus patet & hoc procedere in ſtatutis,& in materia pœnali. Quanquam in hoc caſu contrarium tenuit Domin. ſibi contrarius, in d. c.omnes.j.diſtin.

249¶†Et hinc quoque manat quod voluerunt doct.quòd iuribus quæ requirunt proteſtationem fieri coram tabellarijs ſiue honeſtis perſonis,ſatiſfactum eſt, ſi fiat corā vno tantùm. Ita enim voluit gloſ. in l. vt perfectiùs,in ver.tabulariorum. C.de anna.excep.& Spec.tit.de primo decret.§ .iam de effectu, verſi. ſed nunquid ſufficeret. & Io. And. in c.paſtoralis,col.2.in ver. onere, & ibi quoque Collect.poſt Ab.ant. col.j.ver.ſed cùm loquatur, & ibi itē Pan.in §.præterea,in fi.extr.de offi.ord.Ro.&Alex.in l.de pupillo. §.ſi qs ipſi prętori.ff. de ope. nou. nunciat.& Alex.cōſ.85.animaduerſis

ſis optimè,col.j. ver. & licet ſtatutum,lib.4.& Iaſ.d. conſi. 145. col. vl.ver.ad idem facit, lib. 2. Quanquam contrarium nuncupatim tenet Bal.in c.vlt. col.j. ver. ſed nunquid iſta proteſtatio, extra de appel.per illũ tex.loquentẽ in plurali [& ibi quoq;Card.Alex.co.2.verſi. nota ex textu.] & vide q̃ dixi ſupra nu.229.inc.& quod idem ſcribit.

250 ¶ †Ex quo etiã fit quod dicit Bal. in d.l.j.C. de cond.inſert. ꝙ ſi ſtatutũ repellat fœminas exiſtentibus filijs maſculis, repelluntur fœminæ exiſtente vno tãtùm filio. ſequitur Barb.in rep.c.Raynal.co.31.vbi ſuprà,extra de teſta.vbi hoc dicit mirabile,cùm iſtud ſtatutum ſit exorbitãs.& Maria.qui ita dicit ſemper vidiſſe ſe obſeruari, in c. ſuper eo, colum.22.de condit. appo. Alex.& Iaſ.in d.l.Gallus.§.quid ſi is. idem Alex.conſ.109. ſuper prima conſultatione,col.4.verſi. ſextò pro hoc, lib.7.[Benedic.in d.c.Raynu.in uerbo,duas habens filias,nu.141. Ludo.Bolo.conſ.32.cor mundum,&c. viſo igitur caſu,col.j. vbi &alios allegat,quos ibi uidere poteris,&pręterea]Georg.Nata.in d.c.quanuis, vbi ſuprà.Albe.Bru. in tract.ſtatuto.excludẽ.fœmi.à ſucceſſio. in.12. ar.prin.q.13.Philip. Fran.in d.c. ſi pater,col.27.ſuper gloſ.in ver.liberis.de teſta.lib.6. Iaſ.d. conſi. 145. col.pen.ver.ſimiliter quanuis,li.2. Philip. Dec.in d.l.j.in 4.nota.C.de pact. Andr. Alciat.in d. l. non eſt ſine liberis.ff.de verb.ſignifi. Quanquam Maria.in c.ſuper eo, col.22. extra.de condit.appo. aſſerit vidiſſe ſe contrarium conſultum, ſed noluiſſe ei conſi.ſubſcribere.

251 ¶ † Hinc quoque fit quod tradit idẽ Bald.poſt Iac.Bu.in d.l.j.C. de condit. inſert. quòd ſi ex ſtatuto vir lucratur dimidium dotis,ſi vxor deceſſerit ſine liberis, certè non erit locus huic lucro, ſi ea deceſſerit relicta vna tantum filia. Et hoc quoque ſequitur Philipp. Franc.in d.c. ſi pater.vbi ſuprà.& Ia.in.l.ſingularia,col.4.verſi.quartò adde bene facere.ff.ſi cert.pet.&Ant.Corſ. in ſuis ſing. in ver. ſtatutum, ſing. incip.ſtatuta Italiæ diſponunt.

252 [¶ † Nec hinc admodum abeſt, quod ab Angelo reſponſum eſt, conſi.118.auia pro nepte dedit dotem,poſt prin. quòd ſi auia quæ dotem dedit,eam ſtipulata eſt,ſibi reſtitui,matrimonio ſine filijs diſſoluto,& poſtea neptis mortua eſt relicta filia.deficit conditio,per.d.l.j. C.de condit.inſert.& alia iura quæ ibi allegat, ideoque dos cedit lucro filię ex eo matrimonio procreatæ, villius taciti pacti.l.inter ſocerum.§.cùm inter.ff.de pact. dotal. & hoc dicit voluiſſe Iac. Bel. per illum. §. in quadam ſua diſputatione.

253 ¶ † Huc item pertinet quod traditum eſt à Bal.in c.j.col.vlt.verſi. quid ſi dominus.tit. quid ſit inue. vbi quia text.ibi loquitur de paribus, numero multitudinis, quærit quid ſi dñs non habeat niſi vnum parem, an ſaltem cum eo debeat alter extraneus intereſſe. quod videtur inquit, innuere is tex. loquens in plurali. ſubdit tamen ſe tenere contrarium,arg.l. cum antiquitas. C.de teſta.]

254 ¶ †Sed& ex eodẽ fonte fluit quod ſcribit idem Bal. atque etiam Calde.& Car.Flor. in d.c. mandatum, de reſcrip.quòd ſi papa mandauerit prouideri alicui de beneficio cum clauſula ſi pro aliis non ſcripſerimus, gratia nullius erit momenti,ſi pro vno tantum reperiatur ſcripſiſſe.quod & idẽ voluit ipſe Card.Flor.conſi, 30. in hac dubia

bia qõne, col.2.ver.pro euidentia. Domi.in c.quãuis,le j.col.j.de pb. libr.6. vbi ita quoque dicit voluiſſe Archi.ibi,& in c.accepimus,de æta. & quali.in quibuſdam repor.Barb. in d.l.5.§.ſatiſacceptio, col.vl.ff.de verb.obliga.[Iaſ.in d.l.ſingularia, col.j.ver.tertiò adde & in d.l.Gallus.§.quid ſi is.ff.de liber.& poſth. & in auth.ſi qua mulier, nu.38.C. de ſacro.eccle.Philip.Dec.in c.pru dentia.§.adiicimus,per illum text. de offic.deleg.[& Alcia.vbi ſuprà. Ex quo etiam intelligis & hoc procedere in materia ſtricti iuris,cuiuſ modi ſunt reſcripta,per c.ſignificãte,& ibi gloſ.extrà de reſcrip.cũ ſi.

255 ¶ † Nec ab his diſſidet quod aſſerũt Archi.& Io.And.in c.j.eodemq; vnico, & ibi poſt eos Domi.col.j. verſ.quid ſi vnus ſolus,& etiã Phil. Franc.in prin.de rer.permu.libr.6. ꝙ ille tex.loquens in expectãtibus, cùm dicit,numero multitudinis,ali qui beneficia vacatura expectant, habet locum ſi vnus tantùm expectet,cúm ſit,ut illi dicunt,eadem ra tio,ac ſi plures expectarent.

256 ¶ † His concinit quod à pleriſque traditum eſt, quòd licèt text.in c. cõſtitutionem,in fin.de ſent.excõ. lib.6.loquens de canonica monitio ne,loquatur in plurali de dierũ interuallis : tamen non eſt neceſſe duos dies pro quolibet termino aſſignari : ſed vel unum uel duos uel plures,ut iudici uidebitur.Ita enim uoluit Ab.antiq.in c.ſacro, extrà, eo.& Guil.Laud.Pet.Anch.& Phil. Fran.in d.c.conſtitutionẽ,per text. in l.inter accuſatorem.ff.de publi. iudi.& in l.ſi cõuenerit,in fin.ff.de pig.act.Quanuis Do. in d.c.conſtitutionem,dubitat,tutius eſſe exiſti mans duos dies interponi.

257 ¶ † Quod item uoluit glo.in cle.j. in uerbo,ſimul, in fin.& iterum in uerbo,legitimè, de appellat. quòd ille tex.qui loquitur de appellatione facta à duobus uel pluribus iudicibus,habet locum & cùm facta eſt ab uno,qui ſolus eſt iudex,quam ſequitur Imo.ibi col.ult.& Pet.Anc. dum illam allegat in d.c.conſtitutionem,ad confirmationẽ eius qđ ſuprà ex eo diximus.

258 ¶ † Sed & hãc partẽ ad iuuat quod à Card.Flor.reſponſum eſt cõ.153. cuius initium eſt, in ſocietate accidenti,paulòpoſt prin.quod non dicitur falſa ſubſcriptio mercatorum in qua dicitur quòd Titius & ſocij, & c.licèt ipſe Titius unum tantum ſocium haberet,ſicut illud, inquit, ſine liberis,in uno tantùm uerificatur.quod nuncupatim ſequitur Iaſ. in d.l.ſingularia,col.4.uerſi.ſecũdò adde ad iſtam regulã.ff.ſi cert.pet. & in auth.ſi qua mulier,col.10.ver. iſtas deciſiones.C.de ſacro.eccle.& d.conſi.145.col.pen.uerſi. ſimiliter quanuis, libr.2.[& Carol.Ruin.d. conſi.14.col.3.nu.6.lib.5.]

259 ¶ † Nec deniq; prætermittendum quod ſcribit Bar.in l.ſi quis alicui, per illum tex.iuncta gloſ.C.ad leg. Iuli.maie.quòd licèt omnes leges loquantur in plurali de præcedentibus indiciis, ſufficit tamen unum bonum ad torturam.& ſequitur & commendat Iaſ.d.cõſi.145.in fin.& idem quoque uoluit.[Ange.Are.in tract.male.in uerſi. ꝙ fama publica ꝓcedẽte, nu.13.quæro an unum indicium.& ante eum.]Signo.conſi. 209.quæſtio præſupponitur, col.j. uerſi.præterea lex licèt, ubi tamen hoc dicit procedere in legibus,non autem in ſtatutis, in quibus uerba propriè intelligenda ſunt cõtra quã ſuprà diximus,nume.248.Sed & in primo contrarium ſimpliciter tenet Ioan.Andr.in addit.Specul.tit. de præſumptio.§.ſpecies, uerſicul.

 uiolentia.

violentia.[& Imol.in l.ult.col.pen. ff.de hære.inſtit.] & Corne.conſil. 58.hoc capite,uiſa inquiſitiõe,col. 3.uerſi.& eſt ponderandum,libr.2.

260 ¶†Sed utruncunquæ ſit in eo caſu,illud planè uerũ eſt,ſemper plurale in ſingulari uerificari,ut noſtri loquuntur,cùm eadem eſt unius & multorum ratio, ſecundum Archi. Ioan.Andr.Domi.& Fran.in d.c.j. de rer.permut. lib.6.Bald.& Paul. Caſtr. in d.l.j.C.de condit. inſert. Imol.& Card.Flor.in cle.j.ille col. ult.hic 4.in 6.oppoſi.de renuntia. Alexand.in l.qui quartam.§.j.ff.de leg.j.& in l.ſi ſeruus §.ſi plura.ff.ſi quis caut.Franc.Are.in l.ſi quis ante,col.2.ff.de acquir.hær. Soz.con. 278.in queſtione vertente, colũ.j. verſi.confirmantur,lib.2. & omnes recentiores in d.l.Gallus.§.quid ſi is, Philip.Franc. in d. c.ſi pater, de teſta.lib.6.Fran.Cur.d.conſi. 69.q. vbi ſupra,Iaſ.in dicta l. ſingularia, col.4.in duobus locis, Philip. Dec. in dicta l.j.col.3.in 4.no.C.de pact. [& in l.2.§.mutui datio,in princip. ff.ſi cer.pet.] & in c.accepta, col.2. de app.& conſ.50.quia uerba teſtamenti,ante ſi.& conſi.80.viſis duobus conſiliis,col.2. ver. quartò de iſto caſu,& conſil. 362. punctus de quo quęritur, colum. 2.[& conſil. 484. æquitati col. j.] quod & Tullius aſtruit in ea oratione pro Cecinna. Hic autem in caſu l.noſtræ eadem eſt reuocationis ratio, ſiue vnus,ſiue plures filij naſcantur donatori,cum eorum tamen temperamento, quæ diximus ſupra in uerbo omnia,vel partem aliquam uer. 28.incip.in huius autem rei conſideratione.

261 ¶†Aliàs autem,vtrum & quando plurale in ſingulare reſoluitur, & èdiuerſo ſingulare ĩ plurale, & quõ vide præter eos quos ſuprà citauimus,gloſſ.in l.huiuſmodi, la j.ff.de ver.ob.Dy.in c.pluralis,de reg.iur. lib.6.Guil.à monte Laud. in extra. execrabilis, in prin.in verſi.plures quam duas,de præb.Io.And.in add. Spec.ti.de teſta.§.in primis,in fin. in addi.incip.huic quæſtioni. Sign. conſi.92.dominus marchio,col.j.& iterum 3.& cõſ. 155.in proceſſu facto,col.4.ver.non obſtat ſi dicatur, Bar.& alios in l.ſi ſeruus.§. ſi plurium.ff.ſi quis caut.eundem Bar.in l.pe.C.de imp.& ali.ſubſt. Fed.Senen.conſ.42.teſtator inſtituit, Ioã. Fab.& Ang. Aret.in d.§.j. inſtit.de iure perſo.Bal.Imo.Pau.Caſt.& Iaſon in l.ſi pater ff.de vul. & pupill. Bal.in l.cum quidam,col.ult. verſ. modò generali⁹ quæritur. C.de impu.& ali.ſubſt.Ang.conſi.266.dictũ legatum,in j.dubio,Anton. Imo.& Barb.in cle.& ſi principalis, de reſcrip.Aut.in c.cum venerabilis, de excep.Raph.Co.conſi.13.Titius inſtituit,colum.j.& conſi. 38.maritus quatuor filiis,col.2.uerſi.ex aduerſo, & conſi. 106. mulier inſtituit, col.2.uer.cęterum non obſtantib⁹, Imo.in cle.& ſi principalis,col.j.ſuper gl.de reſcript. Pau.Caſt.conſil. 219. viſis & conſideratis,col.j.Ale. conſi.136.viſo proceſſu,col.j.lib.5. & d.conſi.210.col.pen.ver. non ob. dum ſecundò,lib.7. & conſi.167.viſis & põderatis, col.pe.uerſ.nõ obſtat etiam,& ver.ſeq.eo.lib.7. Cor. conſi.93.licèt poſſet, col.vlt. uerſ. poteſt autem,lib.3.& conſi.276.viſo ſupraſcripto themate,col.4. uer. & iſta ratio,eo.lib.3.& conſil. 320. videtur in hac conſultatione eo. li. 3.& Laur.Calca.conſi.omnium primo,uiſo conſilio,col. 22.verſi. non obſtat quædam reſponſio,cum duabus ſequen.colum. & omnino Fel. in c.omnes colum.j.& ſequent.i.diſtinctio.& Sozi.conſi.43. viſa prouiſione

uiſione, colum.j.verſi. quod etiam ſecundò, & col.2.uerſi. non obſtat ſecunda ratio,& in 2. ſequen. lib.j. & Steph.Bert.cōſi.141.Chriſti,&c. viſo caſu,in ſecundo dubio, libr. 2. Philip.Dec.conſi.287. in ciuitate, col.7.uer.ſed videndum, & Nicol. Eneral.in locis legalibus,in loco à numero, & ex externis ſcriptorib⁹ Fabium lib.oratoriarum inſti. octa uo,cap.6.quo loco de tropis diſſerit, & iterum lib.9.cap.3 .vbi de figuris verborum tractat, quibus locis oſtendit Oratores & Poetas ple runque numerum ſingularem pro plurali,& econtrario vſurpare.

262 ¶†Sed illud tamen ſpeciatim dicēdum operæpretium nobis uiſum eſt,quod à paucis eſt animaduerſū quod cū, pluralitas pro forma alicubi requiritur, nunquam pluralis numerus reſoluitur in ſingularē ita voluit ſolus omnium, quos hactenus legimus,ſi non fallit memoria,Bal.conſil.123. cuius principiū eſt, reuerendiſſimus pater, columna tertia, verſiculo, concludendo igitur, libro 5.per l. Pædius .§. in ſeruum, cum l.ſequen. & l.ſicuti tribus.ff.de arbitris, & l.Pomponius, ff.de re iudi.

263 ¶† Quod autem dictum eſt ſupra, ſatis eſſe vnum naſci filium, vt ſit locus huic l. velim intelligas ſecundum ea quæ ſuprà diximus, in verbo, omnia, uel partem aliquam, dic.numero 28. incipien. in huius rei conſideratione, vt cùm ſcilicet quæritur, reſne donata tanti ſit, vt veriſimiliter donans non fuiſſet, aut fuiſſet donaturus,ſi cogitaſſet de liberis : inter alia quæ tunc in hoc conſideranda ſunt, illud eſt, an plures poſtea ſuſceperit liberos, an vnum tantum, vt plene videbis ex eo loco, ne hic iterum repetam.

264 DENIQVE † quia hæc l. loquitur de natiuitate filiorum donātis, illud etiam quæro, vtrum natiuitate filiorum donatarij, reuocetur donatio, quam ipſe donans alteri fecerat poſt mortē illius prioris donatarii, uerbi gratia, ut planius intelligas, Caius donat fundum Titio, tantiſper dum ipſe Titius vixerit, & poſt eius mortem Meuio,ut fit in l.quoties C.de don. quę ſub mod.& in l.j. C. de donat. cauſ.mor. Poſtea autem naſcuntur liberi Titio priori donatario, cum nullos ante haberet, utrum reuocetur donatio, quę eſt ſecundo loco facta Meuio, ita ſcilicet,ut mor tuo Titio,cui primo loco donatum eſt, tranſeat res donata ad ipſius filium, non ad Meuium ſecundum donatarium? Et profecto ſi Titius prior donatarius ſit prorſus extraneus, nemo hactenus de hac re dubitauit,& expreſsè tenuit gl.in d.l. j.poſt prin.& ibi Cy.Bal. & alii. C. de dona.cau.mor.non eſſe locum.l. cum auus ff.de cond.& dem. & alia gl.in l.ex facto. §.ſi quis rogatus, in uer.ex voluntate.ff.ad S.C. Trebel.& ibi Dy.qui eam dicit ſingul. Ale.& alii,& alia item in l.cum acutiſſimi,in ver.deinceps C.de fideic. & in l.generaliter §.cum autem, in ver.filios.C.de inſt.& ſuſt.Bald. cōſi.391.factum tale eſt, quidam nomine Colla,lib.3.Imo.in c.in præſentia,col.4.uer.in eadem,ibi ſubſti tutio,extra de proba.cum ſi.

265 ¶†At ſi prior donatarius filius ſit donantis,Bal.in l.cùm acutiſſimi,in fi.C.de fideicommiſ. aſſerit eam l. quæ huic ſimilis eſt, non habere locum in contractibus, quia gratia vtriuſq; celebrantur,quod ſequitur Soz.conſi.93.teſtamentum, col. 5. lib.4. Quaſi aliud ſit in ſimplici & mera donatione,quæ fit gratia tan-

tum donatarij,vt ex eo nũcupatim
infert Io.Bapt.& Philip.Deci.in d.
l.generaliter, ille in 8.q.hic col.4.
verſi.quartò quod hic dicitur.C.de
inſti.& ſub.vbi Dec.ipſe ad hoc al-
legat in ar.hanc l.noſtram . Et hoc
quoq; latè tenuit Soz.in rep .d.l.cũ
auus,col.55.verſi.octauò quæritur.
ff.de cõd.& dem.quia cùm l.noſtra,
inquit,ſi fauorabilis,eſt extendẽda,
ex ſententia Bar.in l.ſi conſtante,in
j.q.ff.ſol.mat.de qua re latè & nos
diximus ſuprà,in verb.libertis,nu.
[61.igitur vt repetamus,& ſeq.]Et
quia etiam ſicut donator prætulit
filiũ primũ donatariũ illi extraneo
ſecundo donatario,ita etiam veriſi-
militer prætuliſſet nepotes ex ipſo
filio,ſi de eis cogitaſſet.Hucq́ue ẽt
trahit text.in l.generaliter.§.cum
autem.C.de inſtit.& ſub.cùm dici-
tur reliquerit,vel dederit.Nam ver
bum,ait,reliquerit,ad vltimas volũ
tates refertur,vt voluit glo.in l.his
verbis.ff.de hęre.inſtit.& probatur
in l.j.§. hoc interdictum ff.de tab.
exhib.Cui adde optimum tex.in l.
cum hi,in prin. & ibi Bar.& alii.ff.
de tranſa.& in §.j.non ſemel,in au-
thẽ.vt lice.matr.& auiæ, & gl. in l.
iubemꝰ nulli.§.vl. ĩ gl.ul.C.de ſac.
ſan.ecc.& in §.ſi verò nullis,in uer
bo,relictis,& ibi Bar.& Ang.in aut.
de hær.& fal.& in cle.2.in uer.reli-
cti,de iure patr.& Bar.in l.vnum ex
familia,in prin.ff.de leg.2. [& Ra-
pha.Co.]conſi.90.in q̃one Ioannis
col.j.& Ant.conſi.15.viſis themate
col.j.in fi.Car.Flo.con.60. Guaglo
tus,col.2.& Do. cõſ. 46.ſuper iſto
dubio,col. 2. Verbum aũt dederit,
ad donationẽ inter viuos pertinet
l.ſenatus.§.donatio.ff.de don. Cui
adde tex.optimum vtrunq; proban
tem in l.filia legatorum.C.de lega.
Hæc penè Sozi.quem ſequitur Bar
tho.Chaſſè cõ.54.ex facto hic ante
deducto,col.5.uer.13.facit, & iterũ
col.11.ver.13.pro hac opin.& col.
17.verſi.decimotertiò non obſtat.
Quibus adde Bald.qui & d.l. gene-
raliter.§.cum autem , dicit etiam ,
& loqui & obtinere in donationibꝰ
in dicto cap.in præſentia,col. 4.ver
ſicu.ſed certè teſtator, in illis ver-
bis,plus dico quod idẽ videtur, ex-
tra de probatio.vbi & ad hoc alle-
gat.§.ſed hoc præſenti,in authenti.
de ſanctiſ.epiſ.Sed contrarium nun
cupatim in donatione cauſa mortis
ſcribit Pau.Caſt.in l. ſi cui mortis.
ff.de dona.cauſa mor.Id quod dicit
not.& perpetuo menti tenendum.
Idq́ue voluiſſe glo.in d.l.j.C.de do
na.cauſ.mor.quæ tamen potius cõ-
trarium videtur voluiſſe ſi ſolerter
inſpiciatur

266 ¶†Scio autem Barba.in repe.l.cũ
acutiſſimi,col.9.uerſi.ſecundo con
ſidero.C.de fideicom.& rurſum cõ
ſil.28.clementiſsimi Dei,col.2.uer.
nec obſtat,quod dicitur,lib.2.illud
in dubium reuocaſſe,vtrũ ea l. quæ
loquitur in filio & nepote , habeat
locum in filio fratris,concluditq́ue
habere locum,cum,per multa alia,
tum verò maximè, quòd filius fra-
tris etiam nepos dicitur , in quo ea
l.obtinet , quæ res admodum ridi-
cula eſt cum ea nepotis ſignificatio
[pro filio fratris] recens ſit, & nũ-
quam iurecõſultis cognita , ſed nec
imperatoribus quidem, quorum le
ges in C.habemus, de quo late , &
nos diximus in noſtris conſuetudi-
num commentariis,titu.17. §.4. in
glo.3.Et quia etiam ſi ea l. non ha-
bet locum in fratribus , vt non ha-
bet , ſicuti ſtatim dicemus , multò
minus in eorum filijs , argu.l. ſi vi-
ua.C.de bonis matern.cum ſimili.
Et etiam Barba.ipſum nuncupatim
reprehendit Sozin.in d.l.cum auus
colum.j.2.& 3. [& Philipp. Deci.
conſi.

conſi.529.Philippus, colum.vlti.] & Bartho.Chaſſe.conſi.65. ex facto colum.2.uerſi.eo etiam maximè,& ſubobſcurè D.Guil. Benedi. in rep. cap.Raynutius,in uerbo, ſi abſque liberis moreretur,le j.nume.3. extra, de teſtamen.Et id quidem non iniuria, quando & communi noſtrorum calculo, dicta l. & ſimiles non habeant locum in fratre ipſo, ſecundum Iacob.Are.Cyn. Alberi. Angel.Rapha.Fulgo.Ioan.à monte Sperello:Corne.qui hoc dicit clariſsimum, & cæteri recentiores in d.§.cum autẽ,Imo. in d.l.cũ auus. [& in l.ex facto.§. ſi quis rogatus, colum.j.ff.ad Trebellian.Pet. Anc. conſil.71. dubia, circa medium.] Paul.Caſt.conſi. 14. ſi contingat dictam dominam, colum.vlti.lib.j.& Alexan.qui adfert concord. conſi. 38. viſo themate, colum. 2. libr.j. [& Cæpol.conſi.cauſarum ciuiliũ. 54.quędam mulier,colum. 2. verſi. nec obſtat.] Quorum ſententiam optimè fulcit tex.ĩ l.3.§.j.ff.de leg. præſtan.Imo nec in patre matréve cui relictum eſt, ex ſententia Bart. Imo.& Sozin.in d.l.cum auus, eiuſdem Imo.& recentiorum, in d.§.ſi quis rogatus, Rapha.Franc. Areti. & Iaſ.in d.§.cum autem, vel reclamantibus Cy.& Ang. ibi.

267 Caetervm † non illud omiſerimus,nihil hic referre vtrum donãs ſuſceperit liberos ex vxore quã primum habebat, an ex alia quam poſtea habuit,vt nuncupatim dicit Bald.hic in caſus poſitione.Nam & lex ſimpliciter dicit,& poſtea ſuſceperit liberos,nec diſtinguit ex qua uxore.Ideo nec diſtinguere debemus.l.de pretio.ff.de publi. in rem act.& l.j.§.quod autem. ff.de alea. luſ.& al.cum ſi.Quinimo potior eſt ratio liberorum ex alia vxore ſuſceptorum,vt reuocent ex hac l.ut latè diximus ſupra in princi. l.nume. 100.inci.tertio declara:& multis ſequen.vbi uidere poteris. Sed in hac ſententia nuncupatim fuit Cardin. Flor.Alex. conſil. 20.cum in teſtamentis,iuncto caſu illius conſil. in quo loquitur de filio nato ex alia vxore: quam poſtea duxit.

SVMMARIVM.

1 *Totvm vtrum reuocetur ex hac lege.*
Totum ideſt ſine diminutione.
Totum qui dicit,nihil excludit.
Totum qui excludit nihil excludit.
Maritus qui totam dotem reſtituere promiſit,an lucrum quod ſibi ex ſtatuto debetur retinere poßit,
Legitimæ uel trebellianicæ detractio an impediatur,cùm teſtator totam hæreditatem reſtitui iuſſit.
2 *Socius ſi promiſerit totum uel integrum reddere,uidetur renuntiare beneficio non conueniendi, niſi inquantum facere poßit.*
Teſtator habens rem cõem cum alio, totam rem illam legans, partem ſuã & alterius legaſſe cenſetur.
3 *Donatio inofficioſa an in totum reuocetur,an uerò uſq; ad legitimam & nu.4.5.& 6.*
7 *Totũ quãdo & quib. modis dicatur.*
8 *Totum,omne & uniuerſum quid diſferant.*
9 *Totum & perfectum quid dicatur.*
Dictio totaliter quid.

TOTVM.

Totvm igitur,id eſt ſine vlla diminutione,vt declarat Bal. aut quiſquis is eſt inter conſi.illius, cõſi.3.factum tale eſt,quidã noĩe Paulutius,col.2.li.5.per tex.in l.2.§.ad filiorum.C.quã. & qui quar. pars.

lib.10.& Pau.Caſt. conſi.192. verba appoſita,col.vl.lib.j.per l. Meuio.§.à me ff.de leg.2. Nam & qui totum dicit,nihil excludit.l. Iulianus, in prin.& ibi Bar.ff.de leg.3. & l.hoc articulo.ff.de hære.inſti.& l.pediculis. §. Labeo ff. de aur. & arg.leg.& c.ſolitæ,extrà de maio. & obe.& not.glo.in l.à procuratore C.mand.cum ſimi.[cui conſentiens Diuus Paulus ad Hebræos ij. enarrans illud Pſal.8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.In eo,inquit, quòd dicit omnia, nihil dimiſit.] †Sicut è diuerſo qui totum excludit,nihil non excludit l.ſi is qui du centa §.vtrùm ff.de reb. dub.l. vlt. C.de reb.ali.non ali.& not.Bal.cõ. 349.ſtatuto Placentiæ,col.ul.lib.j. Ideoq; Ang.Imo.& Ro.in l.damni, poſtrema,nam ſunt tres in eod. tit. eius initij.§. cum parietem ff. de dam.infect.dicũt † quòd ſi maritus promiſerit totam dotem reſtituere ſoluto matrimonio,non poterit retinere lucrum quod ex ſtatuto ei deferebatur: quanuis ſecus eſſet ſi ſimpliciter dotem reſtituere promiſiſſet.quod & voluit Ray. Alex.& Iaſ.in l.poſt dotem ff.ſol.matr.Bal. [in l.quod noie de condi.ob cauſ.] & in l.vl.C.ad leg.fal.Ang.& Imo. in l.ſi patronus ff.de don.[&in l.dãni infecti.§.cũ parietẽ ff.de dam.in fect.]& Alex.qui hàc dicit eſſe cõmunem opin. conſi.5.circa primũ dubium,col.vl.ver.bene facit, lib. 3.& iterum conſi.133.ſuper quæſitis,col.j.in fin.lib.5.& Philip.Dec. qui & alia quædam ſimilia cõgerit, conſi.195.ſtudendo breuitati, col. 2.in prin.& Frã.Purp.in l.j.col.21. n.130.C.de ſum.triu.& Iaſ.cõſ.90. dubitatur an ſpectabilis, col.2.ver. & quia circa, li.3.[Carol.Rui.con. 57.quo ad ea col.4.n.2.li.j.& conſ. 84.qm̃ col.6.nu.13.lib.j.& cõ.148. pro deciſione,col.2.n.4.li.3.& cõſ. 9.in hac cauſa,col.pen.nu.24. eod. lib.4.]†Similiterq; ſi teſtator iuſſerit totam ſuam hęreditatẽ ad qu ẽpiam peruenire, impeditur detractio legitimæ aut Trebellianicæ,vt uoluit Bar.in l.Cẽturio, col.7.ver. quid dicemus dubito,& ibi poſt eũ Aug.& Fran.Are.& cæteri recẽtiores ff.de vulg.& pup.ſub.cũ multis cõcor.adductis per Ale.ibi, col.24. ver.quarta fuit opi.&col.2.& ſeq. ver.nota tamen ex verbis & d.cõſ. 5.col.vlt.verſi.circa ſecundum,vbi & hanc dicit eſſe cõmunem opin. & reſpondet fundamentis & rationibus eorum qui diuerſum tenuerunt: de quo tamen vltra eum vide [& Bald.hoc tenentem conſi.398. præmittendum eſt.verſi.4.not.lib. 4.per glo.quam dicit ſing. in l.decem.ff.de fideico.liber.& Ang.cõſ. 125.hoc eſt teſtamentum col. pen. vbi & ad hoc dicit ſin.tex.in d.l.decem.]Pau.Ca.con.28.in cauſa quæ vertitur inter Petrum,lib.2.& cõſ. 77.viſa facti narratione, col.2.libr. 2.Mariã. conſi. 14. ſequendo ordinem,col.vlt.verſi. quare ſupereſt. & Barb.conſi.24.illud afferam,col. 2.verſi.& adduco,lib.j.& conſi.68. clementiſſimi Dei,col.5. verſi.prętereà faciat ſimile,lib.2.& Iaſ.con. 84.omiſſa,col. 10.verſi. & quidem prima,lib.j.quæ diximus in noſtro tract.de legi.connubialibus in glo. [j.in uer.*expres*,nu.99.limita quinto & ſeq.Et tamen vide Roma.contrarium tenentem, conſi. 32. uiſa municipali conſtitutione, col.ul.& conſi.75.neſcio qua ex re per tot. & conſi.79.totum fundamentum, etiam per totum, & Franc.Rip. in l.Centurio, nume.131.ff. de vulg. & pupil.]

2 ¶†Sed & ſi ſocius promiſerit totũ vel integrum reddere, videtur renuntiare

nunciare beneficio, ne conueniatur niſi inquantum facere pōt ſecundum Alex.d.conſi.133.in prin.lib.5.& Iaſ.in l.ſunt qui in id, colum.j. ver.limita iſtum textum ff.de re iudi.[Et licet appellatione rei ſimpliciter, quando legatū ab eo relinquitur qui habet rem communem cū alio, videtur relicta pars teſtatoris tantùm l.ſerui electione §.vlt.ff.de leg.j.tñ ſi teſtator, legans rem communem ita diceret, totam eam rē lego, tunc non tantum partem ſuā, ſed & alterius legaſſe cenſetur, vt per l.ſi ex toto in prin.ff.de leg.j. voluerunt Dyn.Iaco.Aret.& Bar. in d.l.ſerui electione §.j. & ſequitū Phil.Dec.cō.69.viſis duob.cōſilijs col.2.ver.ad prædicta tamē facit.]

3 ¶†Ex quo & illud conſequens eſt, integram donationem in caſu noſtrę legis reuocari, cùm ſcilicet donatum eſt extraneo, id eſt, alij quā filio, aut eccleſiæ, vt & nuncupatim voluerunt glo.& omnes hic.Alber. Bal.Imo.& Paul.Caſt.in l.Titia Seio.§.imperator ff.đ leg.2.& omnes penè in l.j.& in l.ſi totas C.de inoff.dona.Arch. in c.vlt.17.q.4. Bar. Brixi.q.66.quæſtio eſt, quòd epiſcopus fuit Bald. conſi. 167. quidam Franciſcus tunc carens liberis, col. j.li.5.& cō.215.pū&tus quidam donauit, col.5.li.i.& i ſua marg.ī ver. natio, col.2.Signo. conſi.171.Ser. Antonius, col.pen.Ang.in §.j. col. 3.ver.ſubſequenter quero, in auth. de immen.donatio.in fili.fact.Imo. in c.vlt.col.5.verſi. iuxta prędicta poteſt quæri, ext.de dona.& Sozin. conſi.93.teſtamentum præmiſſum, col.5.verſi.quinto modo reſpondetur, lib.4.& quotquot de hac re locuti ſunt nullum enim hactenus reperi qui diuerſum ſcripſerit: nec ſi omnes dicerent, illorum ſententiæ accederem, cùm tex. hic noſter in eam rem ſit apertiſſimus. At ſi filio aut eccleſiæ quis donet, liberi poſtea ſuſcepti non totum quidē, ſed ad debitum vſque bonorum ſubſidium tantùm reuocarent, vt latè diximus ſupra in ver. libertis, verſi. 75.incip. quæro igitur ſi pater, & ver.82.verùm ſunt & multi.

4 ¶†Sed & ſi quis ſciēs ſe habere filios, immenſam inofficioſamq; fecerit donationē, ad legitimam tantū reuocatur, etiam ſi ea ſit inofficioſa re & conſilio, ut tradidit Azo, quē ſecutus eſt dignus magiſtro diſcipulus Accurſius, in d.l.i.in 5.q.& ibi quoq; Iacob.Ra.Ricar.Malū.Guil. Cū.Cyn.Bal.& Pau.Caſtrē.C.de in offi.don.per tex.in l.ſi liqueat, eo.ti.ubi & Accurſius ipſe idem tenet. & rurſum idem Accur.in auth. unde ſi parens, & ibi Iaſ.in ſi.C.de inoffi.teſta.Bal.in auth.ex cauſa, col. 3.ver.item non obſtat.C.de lib.pręter.vel exhære.Ang.ī d.auth.de immenſis donationibus in filios factis in prin.col.2.Pau.Caſt.in d.l.Titia Seio §.imperator ff.de leg.2.Fran. Are.qui hoc latè & ſubtiliter defendit, conſi.47.viſis & diligenter ponderatis, col.2.& ſequent.Paul. Pic. in repe.l.poſt contractum, col.2.ff. de donat.

5 ¶†Verum maior pars noſtrorum id minimè recipiūt, ſed ita diſtinguūt vt ſi donatio ſit inofficioſa re tantū reuocetur ad legitimam vſq; tñ p l.j.& 2.& 4.& l.cùm donationibus C.de inoffi.dona.Si re ſimul & conſilio, eaq, ſit facta filio, idem, vt ſcilicet ad legitimam tantùm reuocetur, per dictam legem primā. Quòd ſi extraneo facta ſit, totum omnino reuocetur, per l.ſi libertus §. pen. ff.de iu.patro. Nam ſi hoc, inquiūt, obtinet in patrono, vt ibi ſcribitur, multò quidem magis in extraneo. Hæc fuit ſnīa Hugo antiqui gloſ-

 ſatoris,

ſatoris, quē ſecuti ſunt Dyn. Petr. à Bella pertica. Bar. Bal. ſibi contrarius, Alber. Imo. Com. in di. l. Titia Seio. §. imperator. ff. de leg. 2. Iaco. But. Bart. Saly. & Auge. ſibi item diuerſus, in d. l. j. C. de inoffi. dona. Ioan. And. Colle&. Petr. Ancha. Imo. & Panor. in cap. vlt. extra de donationibus, Iacob. Bel. in d. authenti. vnde ſi parens. C. de inofficio. teſtamen. Roma. conſi. 26. pro deciſione eorum, in 4. dubio. & conſil. 95. viſo prius donationis inſtrumento. Petrus Ferra. in titu. forma libel. quo agitur pro donatio. in verb. irreuocabiliter, col. 2. Sozin. conſi. 126. viſum fuit, ante fine, lib. 3. & inter cōſi. Fran. Cur. ſenioris, conſil. 2. eleganter & ſubtiliter, in princip. & ipſe Cur. in præcedenti omnium ſuorum primo, colū. vlti. vbi hanc dicit eſſe communem opinionem. & Iaſ. conſi. 115. Bartholomæus, colum. vlti. lib. j. vbi dicit ꝙ ab hac opinione, non auderet conſulendo aut iudicando recedere. & conſi. 141. viſa longa, colum. pen. verſi. concluditur ergo, lib. 4.

6 ¶ † Si hanc poſteriorem ſentētiam teneas, eam intelliges vt procedat quādo fuit donatio facta extraneo nulla re liberis relicta. At ſi filio facta ſit, aut etiam extraneo, aliquo dato liberis, tunc indiſcriminatim reuocatur ad legitimam tantum, per textum, quantum ad primum pertinet in d. l. ſi liqueat. C. de inoffic. dona. & quantum ad ſecundū in l. j. & l. vlt. C. eod. titulo, & l. omnimodo, & l. ſcimus. C. de inoffici. teſtamen. & ita in vtroque voluit Bar. in d. l. Titia. §. imperator, col. j. ff. de legat. 2. Panor. in d. cap. vlti. colum. 2. extrà de donatio. Pet. Ferra. quo loco nuper citauimus, & in priori etiam caſu voluit Bald. in d. authenti. vnde ſi parens, per text. ibi, & in d. l. ſi liqueat.

7 QVID AVTEM † aliàs totum dicatur, & quādo, & quomodo. quia lex noſtra hic totum appellat, copioſè & ſubtiliter, vt ſemper aliàs diſſeruit Bald. conſi. 335. quædam mulier relicta, col. 2. li. j. Nam aliud eſt, inquit, totum integrale, vt fundus, & quicquid aliud in ſua integritate continetur l. eum qui ædes. ff. de vſucapio. & l. poſſideri. §. j. ff. de acquirend. poſſeſſio. Aliud eſt totum numerale, vt decem & viginti l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, & l. vlt. C. depoſi. Aliud eſt totum generale quod prædicatur, id eſt verificatur ſecundum naturæ ſuæ diffinitionis de qualibet ſpecie ſub ea contenta vel ratione ſigni quod dicitur vniuerſale, ſiue terminus vniuerſalis. Sed apud legiſtas, vt ipſe appellat magis dicitur generale vel generalis, vel commune appellationis, vt iſte terminus animal, ſecundū Dialecticos, & iſte terminus homo, ſecundum legiſtas. l. ſi quid earum. §. inter emptum. ff. de legatis. 3. & nota. in l. 2. ff. ſi cert. peta. Denique dicitur totū, id eſt, totaliter, ſiue omnimodo l. 2. §. poſt originem. ff. de origine iuris. Hæc Baldus, qui & eadem propè ſcribit in l. qui vſumfructum. ff. de verborum obligationibus. Quo in loco etiam Bart. & latius Iaſ. colum. vlti. multa de toto tradiderunt [Vide tamē ipſum Bar. in l. re coniuncti, col. 4. verſi. quarto dubitaui. ff. de legat. 3. atque etiā ipſum Bald. in l. in rem actio. §. ſi quis rei. ff. de rei vendi.]

8 ¶ † Sed & aliàs de ſignificatione huius vocabuli, & quid interſit inter totum & omne, & inter totum & vniuerſum, vide tex. in l. Lucius Titius, cum gloſſ. in ver. hæreditati, & ibi Bal. ff. de lega. j. & in l. Titia,

& ibi Alex.ff.ad.l.falc.& in l.recte. ff.de verb.ſig.& glo.in l.ſi vnus.§. pactus ne peteret,in ver. ipſo iure, & ibi Bar.col.2.& Iaſ.col.4.ver.ad uerte etiam. ff. de pact. & gloſ. in proœ.ff.in princ. & ibi etiam Bart. col.j.Alber.Parpal. & Hier. Cagn. & gloſ. in l. nihil aliud. ff. de verb. ſig.&gloſ.i §.j.in ver.totorũ,& ibi Io.Fab.Inſtit.pro ſoci. & Bar. in l. Moſchis,in prin.ff.de iu.fiſc.& in l. j.§.vlt.& ibi Aquen. ff. de verbor. oblig.Fab.& Angel.Aret.in §.reſti tuta.Inſtit.de fideicom.libert.[Lu can.Pen.in l.ſi quis procuratione, col.j.in verb.totius.C.de decuriõ. lib.10.Stephan. Phedericus in ſuo opere, de legum interpretatione, parte prima,chart.ſecunda, ver.ſed notandum quòd totum.] Rapha. Co.conſi.34.pater vxori, poſt prin cipium,Pet.Beſu. & Iaſ.in l.3. §.filius.ff.de lib.& poſt.& in l.2. col.j. C.de hæred.inſtit. [Fran.Aret.in l. Centurio.& ibi Lancel.Galian.nu. 355. ff. de vulg. & pupill. ſub.] & Phllip.Deci. in l.omnia, in primo nota.ff.ſi cer.pet.& ex externis ſcri ptoribus Cornelium Nepotem in libello de nominum verborumque differentiis, [& Nonium Marcellum in dictionum differentiis,] & Seruium in primo libro Aeneidos enarrantem illud.

Hos tota armenta ſequuntur.

9 ¶ Denique Io.Mo.in extrauagan. vnam ſanctam in verbo, ſponſo, de maio.& obed.tradit ex philoſophi ſententia, totum & perfectum idem eſſe,vel proximum ſecundum naturam. Nam illud eſt perfectum, quod totum habet, & nihil ei deficit,& etiam illud totum eſt, quod omnia habet. Locus autem Ariſtotelis,ne tu ignores,eſt in primo lib. de cælo & mundo, & iterum lib.j. Metaphy.De aduerbio autem tota liter,quod à barbaris noſtris exprimitur ex toto,vide gloſ.in c.cupiẽtes.§.cæterum,in verbo, totaliter. & ibi Io.Mo.Archid.Io. And. Domi.& Philip.Fran.de elect.lib.6. & Soz.conſi.266.col.16.ver.ſecundo etiam eadem concluſio,lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Dictio quicquid, quam uim habet, & nu.2.& 3.*

QVICQVID.

1 ET HÆC † dictio quoque eſt latæ ſignificationis, omnia ſcilicet comprehendens vel minutiſſima, quæque,vt nihil omnino reliqui faciat,etiam ſi ea dictio, totum, non fuiſſet oppoſita. Hanc enim vim eſſe huius dictionis, [vt apertè voluit Donatus enarrans illud Terentij in Hecyra.

Quicquid id eſt quod reliquit, profuit.

Ad paruitatem(inquit)refertur, vt illud.

At enim id mihi ſatis eſt,quod eſt de me opinioni ſ,quicquid eſt.

Et] non obſcurè vult Guil. à monte Laud.in extrauag. ſuſcepti regiminis,in ver.& ſi quicquam,tit. ne ſede vacan. vbi loquens de dictione quicquam, dicit nihil excipi, quantuncunque modicum fuerit: & allegat.c.quia ſæpe,de elec.lib.6 quod loquitur per hanc noſtram dictionem quicquid,dum ſcribitur, quicquid de bonis perceperint. Tanquam ſcilicet vtraque dictio,& quicquam, & quicquid, eandem vim habeant, omnia ſcilicet quantunlibet modica comprehendentes. [de quo & nos diximus ſupra in ver.omnia vel partem aliquam, num.17.] Nam etiam gloſſa. in d. c.quia

c.quia ſæpe,dicit, omnia in caſu. d. ca. vſque ad [ouum reſtituenda.] quam ſequuntur Archid. Domi. & Philip.Fran.Et huc pertinet tex.in l.Meuio.§.j.ff.de leg.2.vbi ſi ita le gatum ſit, quicquid ad eum dotis nomine peruenerit, tota dos ſine ratione deductionis impenſarum mulieri debetur, licet aliud eſſet ſi ſimpliciter dos legaretur.per l.j.in prin.& l.3.etiam in prin.ff. de dot. præleg.Id enim eſt propter illam dictionem quicquid. vt expreſſim ſcribitur in d. l. Meuio. §.i. quem ibi ad hoc expendunt gloſ. Dyn. Bar.& alij.& Alex. qui illum dicit not.conſi.133. ſuper quæſitis col.j. lib.5.& Iaſ.qui & illũ quoque citat pro no.in l. poſt dotem, colum. 9. verſi.vltimò adde.ff. ſoluto matrimonio.Sed & ita illum allegat Bal. in l.quod nomine,col.2. verſic.ſed quid ſi ex conſuetudine.ff. de conditione indebi.vt ex eo poſſis ĩtelli gere, hanc dictionem eſſe eius ſignificationis, vt idem denotet ac ſi dixeris integraliter vt ipſe loquitur.[Allegat item in id text.Lucas Pen.in l.j.colum.j.C.pnl.lætit.lib. 12.vt ſcilicet ſi ſignm vniuerſale di ſtributiuum omnia comprehendens. ad quod etiam citat. l. 3. §. nonnunquam.ff. de vſur. & l.quicquid,in princi.ff.de verborum obli gatio.vnde vt ſubdit, eſt ſignum ef frenatum, nihil excipiens, aut ſaltem maiorem partem omnium cõprehendens.c.quod die, in fin. 75. diſtinctio.vbi gloſ. affert concord. Et eadem prope ponit ipſe Lucas Pen.in l.in omnibus,poſt medium. C de curſu publ. eodem libro. 12. vbi & pro priore dicto allegat. l. Lucius.§.hæredum,& §. ſeq. ff. ad Trebellia.

2 ¶ † Sed & his adde text. in l. cùm virum, ibi, quicquid ex hæreditate,&c. C. de fideicommſ. & ibi Barto.& alios,inter quos Bald. columna 2.in 2. oppoſit. dicit ex eo tex. hanc dictionem,quicquid, eſſe præcisè vniuerſalem. quem refert & ſequitur Philipus Decius,conſi. 29.an detur reſtitutio, columna.2. verſi.ſecundò nam cùm, vbi etiam ad hoc allegat tex.in l.in fideicommiſſo.§.cum Pollidius. ff. de vſur. & in c.cum cauſa,in fin.de offic.de legat.& in c.vlti.de rerum. permutatio.& idem quoque voluit Ludo. Gozad. Conſi. 8.in hac cauſa, col. 5.nu.24.vide Bald.in d.§. nonnunquam,& Fran.Aret. in l. lex Cornelia.ff.de vulg. & pupil.& Bart. in l. quæ omnia.§. planè.ff. de procura. Bal.in c.j.col.9. verſi. item Oldra. quærit,tit. de capi. qui curiã vend.

3 ¶ † Eſt autem & alia huius dictionis natura,quam prætermittere noluimus,vt ſcilicet iuncta verbo futuri temporis faciat conditionem, per tex.in l.qui Romæ.§.Augerius ff.de verb.oblig. quem ad hoc expendit & dicit not.Iaſ.in l.Stichum qui meus erat,col.j. uerſi. ſecundo amplia.ff.de lega.j.]

SVMMARIVM.

1 *Domitio in caſu lgis noſtræ, utrum ipſo iure reuocetur, & an donans poterit rem ipſam natis liberis vendicare. uel poſſeſſionem condicere. & num.2 cum ſeq. vſque ad num. 9.incluſiue.*

2 *Conſtitutum in donatione appoſitum vtrum ex hac lege reuocetur.*

Conſtitutum ſequitur naturam actus ſuper quo interponitur.

Contractu ſublato, & conſtitutum in eo appoſitum ſublatum cenſetur.

2 *Donatio*

Conſtitutum transfert ueram poſſeſſionem.

3 *Donatio cum reuocatur uſque ad legitimam ſ. cum facta eſt vni ex liberis alijs poſteà liberis natis,an et ipſo iure reuocatio fiat,*

4 *Quid ſi fiat à liberis iam à tempore donationis natis,& non,ignoratis à patre,aut etiam ab ijs quæ poſteà nati ſunt, de quibus pater, tamen reuocatur ipſo iure donatio. quia inofficioſa.*

5 *Verbum reuertatur, an ipſo iure ſignificet,& an directum ſit uel obliquum. et nu.6.7.8.et 9.et nu.157.*

Verba directa, directam diſpoſitionem faciũt, obliqua verò fideicommiſſariam.

Precuria ſubſtitutio quæ & quare dicatur.

Precaria verba quæ dicuntur.

8 *Dictio reuerſus quid denotet.*

10 *Lex noſtra an ita demum procedat ſi pater velet,& id ipſum declarauerit.& nu.11.cum ſeq.vſque ad nu. 19.inclu.*

Emphyteuta cadit emphyteuſi propter non ſolutam penſionem, aut aliàs,niſi volente domino.

11 *Vaſallus nullo caſu cadit à feudo niſi domino nolente.*

12 *Feudum non cenſetur nouum, cùm dominus vaſallo feloniam remittit.*

13 *Teſtamentum ratione præteritionis tum demum eſt nullum, cùm præteritus hoc dicit & petit.*

14 *Legitimæ ſupplementum fit ipſo iuri: ſed ita demum ſi petatur.*

15 *Compenſatio ipſo iure fit. tum demũ ſi petatur.*

16 *Falcidia reſecat ipſo iure.*

Actiones tranſeunt in fidei commiſſarium ſi petatur.

Dolum dans cauſam contractui reddit cõtractum nullũ,modo petatur.

17 *Dominium ipſo iure non transfertur in priorem dominum, eùm contractus ipſo iure reſoluitur. Quod procedit etiam ſi ipſo iure ex diſpoſitione legis vel ſtatuti contractus annullaretur.nu.18.*

18 *Pactum de retrouendendo, an dominium trãsferat ipſo iure oblato pretio*

19 *Legatum ut ipſo iure transferratur quantum ad dominium ita et tranſfertur per actus uoluntarios.*

20 *Lex vel ſtatutum qnando intelligatur eſſe latæ ſententiæ,aut ferendæ. & nu..21.cum multis ſeq.*

Pœna obligatoria requirit ſententiã.

Idem pœna afflictiua.

An etiam pœna priuatiua.

Pœna actus excluſiua au idem requirat.

Pœna tacitæ confeſſionis induſtiua, an etiam requirat ſententiam.

Quid de pœna iuriſdictionis prohibitiua.

Sententia diſpoſitiua ubi non requiritur,ſi tamen factum reuocatur in dubiũ, ſententia declaratoria requiritur.

Tabellio ipſo iure priuatus officio poteſt conficere inſtrumenta, donec fuerit per ſententiam declaratum.

21 *Verbum aut participium præſentis temporis an & quando ſit latæ ſententiæ.& nu.22.cum ſeq. uſque ad nu.32.excluſiuè.*

26 *Superfluum non eſt quod clarius & diſtinctius exprimit, id quod tacite intelligitur,*

29 *Subiecta materia facit vt verba& dictiones latæ ſñiæ ſint ferendæ,& è contrario.& nu.36.37.& 38.*

30 *Fruſtra dictio an ſit latæ ſententiæ. & nu.130.131 & 132.*

Nihil agit verba ſunt latæ ſentẽtiæ.

32 *Verbum & participium præteriti temporis eſt latæ ſentẽtiæ et nu.33. Quod limitatur duobus modis. nu. 34.*

34.35.36.37.& 38.

35 *Lex ita intelligenda eſt vt aliquid operetur & addat.& nu.44.et 45.*

36 *Verba ob ſubiectam materiam impropriantur,ita vt ex canone latæ ſententiæ fiant ferendæ,& è diuerſo,quæ ſunt ferendæ fiant latæ. & nu.37.*

39 *Verbum & participium futuri temporis,eſt ferēdæ ſentētiæ.& nu.40. & 41. Quod in multis fallit, ut nu.42.cum multis ſequentib.*

42 *Verbum futuri temporis eſt latæ ſententiæ, quando natura iudicij repugnat pœnæ infamiæ quæ irrogatur.*

Alterare verbum latinum.

43 *Verbum futuri temporis eſt latę ſententiæ,cùm aliàs lex eluſoria eſſet.*

Verbum cuiuſcunq; temporis, ſi non operatur in ſuo tēpore, an ad aliud trahendum eſt.

44 *Verbum futuri temporis ſit latæ ſententiæ cùm alia diſpoſitio ſuper vertit,idem per omnia diſponens.*

45 *Diſpoſitio idem ſtatuēs quod prima, ita interpretari debet vt ad primā aliquid addat, ne ſit ſuperuacua.*

Pactum de non petendo ipſo iure non tollit actionem, niſi cùm ſit ei qui aliàs exceptione tutus eſt, vel niſi geminatum ſit.

46 *Geminatum uerbum futuri temporis,eſt latæ ſententiæ.& nu.47.cum ſeq.*

47 *Geminatio verborum facit, vt quæ ſunt ferendi tantum ſententiæ fiant latæ.*

48 *Dictio irritum eſt latæ ſenteniæ.*

49 *Geminatio actuum non operatur niſi ſit interuallum, ſed tantum geminatio verborū.& nu.50.cum plu.ſeq.*

Verba tu tu,vel per te te, ita repetita declarāt electam eſſe induſtriam perſonę et nu.50.cum multis ſeq.

Subſtantiam rerum non mutat, non neceſſaria verborum multiplicatio.

51 *Geminatio operatur,ubi de voluntatis declaratione agitur,ſed non quādo agitur de præiudicio tertij.*

54 *Verbum futuri temporis à teſtatore prolatum, eſt latæ ſententiæ.*

55 *Conditionis defectus facit deficere actum ipſo iure.*

56 *Verbum futuri tēporis cū pœna imponitur propter omiſſum actū iudicialē an ſit latæ ſentētiæ.& nu.57.*

58 *Verbū futuri tēporis ad iudicē relatū,an ſit latæ ſnīæ & nu.59.et 60.*

Statutum ſi mādat iudici ut cauſam intra certum terminum expediat, quod poſte à factum eſt, an ſit nullum,& nume.59.

59 *Geſtum à iudice poſt tempus inſtantiæ illi & non parti ſtatutū ualet. licet ipſe puniatur.*

61 *Verbum futuri temporis directum parti & non iudici,an ſit latæ ſnīæ.*

62 *Verbum futuri temporis cùm pœna imponitur circa bona & non in perſonam,an ſit latæ ſententiæ,et quid ſi in perſonam extenditur.*

63 *Verbum futuri temporis ſit latæ ſententiæ,cum ex aliis verbis cōſtitutionis apparet eam eſſe mentem conſtituentis.*

64 *Verbū futuri eſt latæ ſententiæ, cū id ex alijs iuribus apparet.*

Verba impropriam ſignificationem aſſumunt ex alijs iuribus, & nume.65.cum ſeq.

65 *Verbum futuri temporis ſit latæ ſententiæ ratione ſtatus incōpatibilis.*

66 *Verba declaratoria ſemper ſunt latæ ſententiæ.*

67 *Verbum futuri temporis in diſpoſitione inducente formatū eſt latæ ſententiæ, quod duobus modis limitatur.nu.68.& 69.*

Formæ omiſſio redit actum nullum, etiam pium & fauorabilem, quod limitatur duobus modis. ibidem.

Forma

Forma dat eſſe rei & perfectionem ipſius eſſe.

69 Solemnitatis omiſſio reddit actũ nullũ, præter quàm in duobus caſibus.

70 Verbum futuri temporis iunctũ participio præteritis temporis an ſit latæ ſentẽtiæ, & nu.71.72.73.et 74.

72 Verba noſcas te ſuſpenſum, noueris te excommunicatum & ſimilia an ſint latæ ſententiæ, & nu.ſeq.

75 Verbum futuri temporis iũctum alteri uerbo quod eſt latæ ſentẽtiæ an ſit latæ ſententiæ.

76 Verbum futuri temporis cui adiecta eſt dictio omnino an ſit latæ ſententiæ, & nu.77.78.79.80.81.et 82.

Dictio omnino eſt latæ ſententiæ.

78 Dictio omnino operatur quod ſit parata executio.

Dictio omnino eſt præciſa, & nume. 79.cum ſequen.

Dictio omnino eã vim habet, ut quis ad factum præciſe cogatur.

79 Præciſe dictio quid ſignificet, et nume, 80.

81 Dictio omnino excludit omnem gratiam & diſpenſationem.

Dictio omnino moræ purgationẽ non admittit.

83 Dictio omnis adiecta ei rei qua quis priuatur, an inducat canonem latæ ſententiæ, & nu.84.85.& 86.

85 Aduerbia tenent locum formæ.

87 Dictio prorſus eſt latæ ſententiæ, & idem ſignificat quod omnino.

88 Dictio omnimodo adiecta uerbo futuri temporis quid denotet, & nume.89.90.& 91.

89 Dictio omnimodo eſt pręciſa, & facit, ut quis præciſe teneatur habetq́; uim decreti, ac omnem diſpenſationem reicit.

92 Verba omnibus modis an ſint latæ ſententiæ.

93 Dictio nullo modo eſt latæ ſentẽtiæ, oẽmq́; diſpenſationem tollit nu.94.

Vniuerſalis negatiua plus habet uiriũ quàm affirmatiua.

95 Dictio nullatenus eſt latæ ſententiæ tollitq́; poteſtatem diſpenſandi, ac vim decreti habet, et nu.96.cũ ſeq.

97 Dictio nullius momenti an ſit latæ ſententiæ, & nu.98.cum ſeq.

Incarcerati obligatio eſt ipſo iure nulla, & nume.101.

99 Teſtis examinatus parte non citata, nullum indicium facit.

103 Verbum futuri temporis cui adiecta eſt dictio funditus, an ſit latæ ſententiæ.

104 Dictio funditus quid ſignificet & unde dicatur, & quid radicitus & quid ſtirpitus, & an vim latæ ſententiæ habeant.

105 Dictio pœnitus eſt latæ ſentẽtiæ, ac etiam præciſa, nec recipit limitationem, aut modificationem, nec etiam diſpenſationem, & idem ſignificat quod omnino, nu.106.107.et 108.

109 Dictio mox an ſit latæ ſententiæ, & executionem paratam denotet, & nume.110.111.& 112.

110 Dictio mox, an dicat interuallum et quantum, & nu.111.

112 Dictiones latæ ſententiæ uim ſuam perdunt, cùm iunguntur uerbis neceſſario requirentibus ſententiam.

113 Dictio confeſtim an ſit latæ ſententiæ, & quam ſignificationẽ habeat.

114 Quid dictio incontinenti.

115 Quid dictio illico.

116 Quid dictio ſtatim, & nume.117.118.119.& 120.

121 Quid dictio ꝓtinus, nu.122.et 123

122 Dictio protinus omnem interuallũ excludit, Idem ſignificat quòd mox & eſt dictio præciſa.

124 Dictio continuo eſt latę ſententiæ, & omnem moram tollit.

125 Quid dictio immediate.

126 Quid dictiones ex templo, Derepente, Repente, e ueſtigio, Incunctanter Indicatè

Indilatè,Cito & ſubito, Excontinenti,et nu.127.& 128.
128 *Sententia ſtatim ferri non poteſt, nam ea cum deliberatione fertur.*
Iudicium multas moras habet.
Dictiones ſine mora ſunt latæ ſententiæ.
129 *Quid dictio vlterius.*
133 *Quid dictiones auctoritate noſtra.*
134 *Quid dictio libere, & nume. 135. 136.& 137.*
135 *Dictio libere alterius conſenſum non requirit,& ab omni neceſſitate abhorret.*
136 *Item facit ſubſtitutionem directã.*
Et omnem moram excludit.
138 *Dictiones pleno iure an ſint latæ ſententiæ. & an faciant ſubſtitutionẽ directam,nu.139.*
140 *Dictiones de iure ſunt latę ſentẽtiæ.*
141 *Quid dictio ex tunc.*
142 *Quid dictiones eo ipſo.*
Dictiones eo ipſo faciunt ſubſtitutionem directam.
143 *Dictiones ipſo facto latæ ſententiæ.*
144 *Quid dictiones ipſo iure.*
145 *Verbum incurrat an ſit latę ſententię,& nu.146.& 147.*
148 *Quid verbum ſubiaceat, & nume. 149.& 150.*
150 *Quid verbum ſubdatur.*
151 *Quid verbum amittat, & nume. 152.153.& 154.*
155 *Quid verbum perdat, & nu.156.*
158 *Idẽ verbũ redeat,et nu.159.et 160.*
161 *Et quid verbum careat,& nu.162. 163.164.165.& 166.*
162 *Verbum careat totalem priuationẽ denotat.*
167 *Verbum ſpolietur,an latam ſententiã denotet,et nu.168.169.et 170.*
171 *Verba amoueatis & remoueatis an ſint latę ſententiæ,& nu.172.*
Verbum amoueatis ordinem iuris non requirit.
173 *Verbum deponatur an ſit latę ſententiæ.*
174 *An uerbum expellatur,& nu.175.*
An uerbum repellatur ibidem.
175 *An verbum arceatur.*
An verbum excludatur.
176 *An uerbum priuetur, & nu.177.*
178 *An verbum abijciatur.*
179 *Quid de alijs verbis executiuis,& vim priuatiuam habentibus.*
An verbum auferatur.
180 *An verbũ ſit,et nu.181.182.183. 184.& 185.*
An dictio anathema,ibidem.
181 *Verbum ſit eſt directum,eſt q; ſubitaneum.*
Geneſis locus,& nu.208.
185 *Verbum ſit & erit futuri temporis iunctum participio præteriti aſſumit naturam illius.*
186 *Verbum cadat an ſit latæ ſententiæ: & nu.187.& 188.*
189 *Verba capiat ſiue accipiat, recipiat. percipiat,an ſint directa & latę ſententiæ,& nu.190.& 191.*
192 *Quid verbum ſumat.*
193 *Verba veniat, deueniat, adueniat, proueniat,perueniat,an ſint directa, an obliqua, & num.194.195.196. 197.& 198.*
194 *Dictio per quid ſignificet.*
199 *Verbum pertineat an ſit directum & nu.200.& 201.*
200 *Verbũ potiatur an ſit directum.*
An verbum ſpectet.
202 *An verbum competat, & nu.203. & 204.*
205 *Verbum maneat, vel remaneat, an ſit latę ſententiæ.*
206 *An verbum accreſcat,& nu.207.*
208 *An verbum fiat,& num.209.210. & 211.*
212 *An verba non audiatur,& nu.213.*
214 *Denegetur actio an intelligatur ipſo iure,& ſit latę ſententię.*
215 *Verba non reddatur ius,ſiue non detur actio,an ſit latæ ſententiæ.*

216 An verbũ hẽatur,& n.217.et 218.
219 An verbum habeat inactiua ſignificatione.
220 An verba habeatur & ſit,& nume. 221.& 222.
221 Sit & habeatur pro eiue an ſignificent ueritatem.
222 Verbum ſit per ſe eſt ſignificatiuũ ſubſtantię.
223 Verbum nõ habeat an ſit latę ſñię.
224 An dictio a'iquatenus.et n.225.226
An dictio aliquid.
225 An verba alicuius roboris firmitatẽ non habeat,& nu.232.
An uerba aliquo modo non ualeat.
226 An verba ius crediti non habet.
227 An verba nullam actionem habeat, & ſimilia,& nu.229.& 230.
229 Vniuerſalis negatiua requirit omnia eſſe vera.
231 Verba teneat, ſiue obtineat, an ſint latæ ſñiæ,& nu.232.233.et 234.
235 An verbum valeat negatiue prolatum,& nu.236.237.238.et 239.
239 An uerbum aliter non valeat.
240 An verbum liberetur, & nu.241.
242 Verbo futuri temporis an vim latæ ſenteutiæ iuſſit·
243 Dictio nullũ uim latæ ſñiæ habet, oĩmq; caſum poſſibilẽ cõprehendit.
244 Infinitiuum oĩa tẽpora cõprehendit.
Infinitiuum an ſit ferendæ ſñiæ.
245 Verbũ quod põt eẽ præſentis & futuri tpts,ĩ dubio ꝑ futuro accipitur.
246 Interpretatio benignior fit in pœnis.
In dubio debemus potius iudicare canonẽ ferẽdæ q̃ lata ſñia præſertim ſi pœna delicto non conſumato conſtituitur,nume.247.
Quod procedit in delictis uel rebus alias odioſis.Nam in fauorabilibus contra, ipſo iuro obligatus, licet ſit tutus exceptione,dicitur pati damnum.nu.262.
248 Pœna priuationis ipſo iure nẽ incurritur, niſi exprimatur maxime in delictis cõſumatis,ſed nos priuationis ſimpliciter nume.249.250.251.& 252.
253 Subſtitutio in dubio, potius directa quàm obliqua cenſetur.
254 Verba ſub pœna excommunicationis,& ſimilia,an ſint latæ, ſententię,& nu.255.cum ſeq.uſq; ad nu. 265.incluſiuè.
265 Libertus ſemel collata auſerri non poteſt.
Libertas data in fraudem creditorũ, ipſo iure nulla eſt,cum cętera mero iure ualeant,& quare.
266 Differentię effectuum canonis latę & ferendę ſententie, & nu.267.
268 Ipſo iure cùm quid fit,ſtatim debentur fructus,ſine alia petitione, aut litis cõteſtatiõe,& nu.269.et 273.
269 Donatarius in caſu legis noſtrę, a quo tempore reſtituat fruitus, & nume.273.& 274.
270 Supplementum legitimę, licet non fiat niſi petenti debentur tamẽ fructus a morte patris, Quod qualiter intelligatur uide nu.274.
271 Emphyteuta tenetur reſtituere fructus,ex eo tempore. quo reſoluta eſt emphyteuſis.
272 Vaſallus an teneatur ad fructus a tempore commiſſę felonie.
Clericus qui ob malefiũ, beneficio priuatur,an fructus a tempore maleficij reſtituere teneatur.
Donatarius ingratus,an reſtituat fructus a tpe ĩgratutudinis,et nu.281.
275 Fructum in caſu legis,noſtre debeantur ex natiuitate filij qui reuocat, an & ante mortem, & nu.276.cũ ſeq.uſque ad nu.290.
Reſtituere plene qs dicitũ,cũ fructus reſtituit,& nu.276.& 287.
276 Condemnatus rem reſtituere intelligitur cum fructibus,& nu.277.
277 Conditione deficiente actus habetur pro non facto.

Dominium

Dominium non transfertur, niſi impleta conditione.
Conditionis defectus oculos retro habet.
Conditione deficiente, reſtituenda eſt res cum fructibus.
Fructus percepti ex re legata pēdente conditione, legatario debentur.
278 *Fructus percepti ex uenditione cū pacto addictionis in diem an ſint reſtituendi, & nu. 282. & 283.*
Titulus cùm eſt reuocabilis fit reuocatio cum fructibus, & nu. 281.
279 *Fructus rei donatæ, donati non dicuntur.*
281 *Fructus non reuocantur, cùm donatio inter uiuos reuocatur.*
Fructus bona fide percepti ex donatione inter uirum & uxorem non reſtituuntur.
283 *Pactum addictionis in diem, facit venditionem puram, aut conditionalem ſecundum uerba quibus conficitur.*
Fructus percepti ex venditione facta cum pacto de reuendendo, an ſint reſtituendi.
Fructus ſequuntur dominium.
284 *Fructus percepti de re fideicommiſſaria, alias reſtitutioni ſubiecta ſub conditione, an ſint reſtituendi.*
285 *Conditio tacita an ſuſpendat & faciat actus conditionales.*
288 *Donatarius utrum ſaltem compenſabit ſumptus neceſſarios cum fructibus, an uero & hos integros recuperabit, & nu. 289. & 290.*
Emponemata quæ dicantur.
Fructus non computantur in impenſas ad perpetuam rei utilitatem factas, & nu. 289.
289 *Fructus non compenſatur cum fructibus cum is qui eos percepit erat dominus, etiam ſi res erat ſubiecta reſtitutioni.*
291 *Lex noſtra utrum locum habeat in foro conſcientiæ, & nume. 292. 293. 294. & 295.*
Ipſo iure cùm quid fit, obligat in foro conſcientiæ, etiam ſi pœna ſit, ibidem.
292 *Priuatus ipſo iure beneficio, non poteſt id am plius licite tenere, ſecus ſi priuandus ſit.*
294 *Donatio ſi reuocatur uſque ad legitimam tantum, an totum in foro conſcientiæ reddi debeat.*
295 *Pœna ipſo iure impoſita, delinquentem occultum afficit.*
296 *Pœna que ipſo iure imponitur tranſit ad herēdes actiuè & paſſiuè, & nu. 267. 298. 299. 300. 301. et 302*
301 *Proteſtatio an tranſeat ad heredes.*
302 *Heres domini an poſsit reuocare feudum ob feloniam.*
Heres non poteſt defuncti uoluntatē declarare.
303 *Conſtitutio pœnalis ex eadem ratione extenditur, niſi cum pœna ipſo iure imponitur.*
304 *Pœna cum ipſo iure imponitur, non extenditur conſtitutio ad exequata, ſiue equiparata de iure antiquo.*
305 *Conſtitutio declaratoria iuris antiqui addens nouam pœnam, non extenditur ad preterita, reſpectu pœne que ipſo iure imponitur, ſecus per ſententiam.*
306 *Pœna cum imponitur ipſo iure, quod nominatim fieri debet, neceſſe eſt fieri noībus proprijs et expreſſis.*
307 *Pœnitentiæ locus non eſt, cum quid fit ipſo iure.*
308 *Electio cum ipſo iure ſecum trahit executionem, variare non licet.*
309 *Sententia interlocutoria non reuocatur, cum ſecum trahit executionē.*
310 *More purgatio non admittitur, cùm quid fit ipſo iure, & nu. 311.*
Mora non purgatur, cum diſpoſitio eſt conſumata.
Mora non purgatur, cū terminus gratiam

tiam perimit.

311 Moræ purgatio cũ admittitur intelligitur modo id ſtatim fiat.

Dictio mox an impediat moræ purgationem.

312 Confeſſus an mitius puniatur quàm conuictus, cùm pœna ipſo iure imponitur, & nu. 313. & 314.

315 Pœna cum ipſo iure imponitur, non mitius agitur. cũ ciuiliter agitur, q̃ cum criminaliter, licet alias ſecus.

316 Renũtiatio nihil operatur, in iis quæ ipſo iure nõ ualẽt, alias ſecus. et nu. 317. cũ ſeq. uſq; ad nu. 323. incluſi.

321 Conſenſus nullas habet utres contra decretum irritans & nu. 322.

322 Decretum irritans formam inducit.

324 Ipſo iure reſciſſa, reuocata, amiſſa, confiſcata, alienari non poſſunt, nec de eis teſtari poſſumus nu. 331.

325 Donatarius utrum poſt natiuitatem liberorum donantis, rẽ alienare poſſit, & ſupra nu. 324. & infra nu. 326. cum ſequen.

Et quid ſi ante natiuitatem alienauerit, an poterit donans ab illo tertio, rem ſibi uendicare ibidem.

326 L. ſi quis maior. C. de trans. non habet locum aduerſus tertium.

327 Actio perſonalis non rem ſequitur ſed perſonam, niſi rem ipſam afficiat, & nume. 328.

328 Dominus an poſſit uendicare feudũ quod tendit in commiſſum a tertio poſſeſſore.

330 Donatarius ſi rem ſibi donatam non alienauit, ſed pignorauit, an reuertatur res libera ab eo pignore an uerò obligata maneat.

331 Donatarius poſt natiuitatem liberorum donantis, de re donata teſtari non poteſt.

332 Infamia cum ipſo iure infertur, etiã ex lata culpa incurritur, ſecus ſi per ſententiam, & nu. 333.

334 Conatus delicto proximus licet æque puniatur in atrocioribus, nõ tamen procedit cùm pœna ipſa iure imponitur.

335 Beneficium quo quis ipſo iure eſt priuatus poteſt alteri conferri illo non uocato, & nu. 336. Sed tamen poſſeſſio non poteſt ab eo in audito auferri nu. 337. niſi in quatuor caſibus nume. 339. cum ſeq.

338 Dominium tranſit ſine poſſeſſione, cum quid fit ipſo iure, non tamen poſſeſſio.

Dotis dominium trãſit ipſo iure ſoluto matrimonio, non etiam poſſeſſio.

Legatorum dominiũ ipſo iure tranſit in legatarium non poſſeſſio.

Dominium ipſo iure in eccleſiam tranſit, ſed non poſſeſſio.

342 Ipſo iure reſtitutus ad integrũ tempus reſtituitur.

343 Donans utrum ſtatim natis ſibi liberis, poſſit rem donatam alteri concedere, ignorante ac non uocato donatario, & an poſſit poſt natis liberis rẽ ipſam propria auctoritate occupare, nu. 344. 377. cum ſeq. uſque ad nume. 443.

344 Alienatio ſi ipſo iure non ualet, ſi quid contra pactum fiat, is qui pactum appoſuit, poteſt rẽ propria auctoritate occupare.

345 Iudex poteſt & debet agentem repellere ex officio cum actio ipſo iure tollitur. & exactis cauſæ cõſtat. & nu. 346. & 347.

348 Ipſo iure qui compenſat, ſi ſoluit poteſt repetere alias ſecus.

348 Ipſo iure cum quid eſt indebitum ſi ſoluatur repeti poteſt, ſi nõ ipſo iure non poteſt.

350 Pœna cũ ipſo iure imponitur in aliqua conſtitutione, non recepta uel approbata a ſubditis ipſi, tantum in eam incidunt, ſecus ſi non ipſo iure.

351 Ipſo iure quod deficit, accreſcit alias ſecus.

352 Actus æquipollens ſi eundem effectum ipſo iure inducit, poterit per ipſum impleri, quæ aliàs per æquipollens fieri non poſſunt.

353 Veritas inſpicitur non opinio delinquentis, cùm datur opera rei illicitę niſi tamē pœna imponitur ipſo iure.

354 Priuatus ipſo iure hæreditate, non poteſt agere familiæ erciſcundæ. ſecus ſi non ipſo iure, quia poteſt uſq; ad ſententiam, & idem in ſimilibus, & nume. 355.

355 Agenti petitorio pro beneficio quod ſemel habuit, obſtat exceptio criminis, ex quo ipſo iure priuatus eſt, aliàs ſecus.

356 Excipi de iure tertij poteſt ubi quis eſt ipſo iure priuatus, & nu. 357. Quod qualiter intelligatur, vide, nu. 358. & nu. 359. uſq; ad nu. 364.

365 Priuato ipſo iure non debent debitores ſoluere, nec ſi id faciunt liberantur, ſecus ſi non ipſo iure.

366 Priuato ipſo iure, poſſunt ſubditi ſubtrahere obedientiam.

Subditi utrū ratione rei donatæ poſſunt & ab eius obedientia ſubtrahere poſt natos donanti liberos, & nume. 367.

368 Pœna cum omiſſioni uel negligentiæ ſtatuitur, ſine temporis præfinitione, monitio requiritur alias ſecus, & nume. 369.

370 Epiſcopus diſpenſare nō poteſt. cùm pœna ipſo iure imponitur.

371 Lex vel ſtatutum poteſt ipſo iure dominium & poſſeſſionem transferre, non homo.

372 Procurator an admittatur in publicis iudicijs, cùm pœna ipſo iure imponitur.

373 Actus ipſo iure nullus nō confirmatur iuramento.

374 Sententia cum ipſo iure non tenet, poteſt iudex iterum cognoſcere, & pronunciare, & nu. 378.

375 Electores publicato ſcrutinio poſſunt uariare, & iterum eligere, ſi electio eſt ipſo iure nulla, quod intellige, niſi electores eſſent priuati ipſo iure eligendi nume. 376.

Itē niſi ius eligendi, iure alieno competeret, nume. 377.

379 Ipſo iure cùm optio nulla eſt, poteſt iterum fieri alias ſecus.

380 Priuati iure eligendi ipſo iure, ob defectum formę, amplius eligere non poſſunt, alias poſſunt.

381 Legatarius cui vetitum eſt alienare, an teneatur cauere de non alienando.

382 Pœna ne ſtatuti, an domicilij, an verò loci delicti debeat apponi.

383 Ipſo iure quod nullum eſt, non facit indicium.

384 Infamis ipſo iure an poßit teſtamentum facere, & nu. 385.

385 Infamis infamia iuris an & quando teſtis eſſe poßit.

386 Primum teſtamentum à ſecundo reuocatum, non reuiuiſcit ſecundo caſſato, ſecus ſi non ipſo iure ſit reuocatum.

387 Pœna cùm ſecum trahit executionē, non expectat terminum intra quem quid fieri debuit; cùm certum eſt id fieri non poſſe.

388 Dominium tranſit ſine traditione, nō autem poſſeßio, cùm quid fit ipſo iure, & nume. 389.

390 Reuocationi huius legis utrum præſcribatur à donatario & num. 391. cum multis ſeq.

Actioni præſcribitur etiam de iure canonico, quando is qui debet non tenetur offerre, aut nihil aliud facere; Idem ſi ea non competit, niſi per acceptationem nu. 391.

391 Lex noſtra an procedat in foro conſcientię, & nu. ſeq.

392 Supplemētū legitimę p̄ſcribitur, ſed quāto tēpore uide nu. 395. cū ſeq.

Iuri

Iuri adeundi præſcribitur.

393 Iuri dicendi contractum nullū præſcribitur. quanto autem tempore habes infra nu. 395. cum ſeq.

394 Donans ſi poſt filij natiuitatem diutius vixit, permiſitq; donantē re donata frui, nec mutationē uoluntatis declarauit, an ex hac lege reuocet.

397 Dominium cū ipſo iure alieni acquiritur, ii præfertur alij, cui etiam tradita prius eſt poſſeſſio.

398 Pœna cum ipſo iure imponitur, an & quando ſententia declaratoria requiratur, & nu. 399. cū multis ſeq. & an citādus ſit q deliqt nu. 404.

405 Ipſo iure cōmiſſum domino queritur per ſniam uſufructuario.

406 Contra factū ſuū quis uenire poteſt, cum illud ip ſo iure non valet.

407 Ipſo iure quid fieri plenius, quàm per ſententiam.

408 Ipſo iure quid multis modis & reſpectibus dicitur. & nu. 409.

410 Defenſio cū ipſo iure tollit actionē, ea non reijcitur ex ſtatuto, quod iubet nullam exceptionem admitti.

411 Ius prætorium ipſo iure poteſt aliquid tollere.

412 Notariatu priuatus ipſos iure, non eum poteſt poſteà exercere.

413 Ipſo iure exceptio cōcludens actionē agēti nō cōpetere īpedit litis īgreſſū.

414 Nullum ipſo iure, non confirmatur impedimento amoto.

415 Ipſo iure quod nullum eſt non ratificatur. & nu. 416.

417 Contractus ipſo iure nullus non præſtat titulum præſcribendi.

418 Cōfirmās nullū ipſo iure, dare uidet.

419 Ignorantia iuris non excuſat pœnas ipſo iure impoſitas, etiā mulieres.

420 Turpitudinem ſuam quis allegare poteſt, cum per eam concluditur ius actori ipſo iure non competere.

421 Reſtitutus propter impedimentum, an reſtituatur pro rata tpis impedimenti, an ad totum tempus.

422 Contra priuatum ipſo iure, obijci poteſt electionis confirmationem.

423 Citatus comparere non tenetur, cum iuriſdictio ipſo iure deficit.

424 Liberatus ex cauſa tranſlationis ipſo iure, poteſt pœnā petere, & actorem exceptione tranſactionis repellere alias non.

425 Remediū incōpetens cū ipſo iure nullū eſt, ſufficit ignorātia iuris, ut qs non uideatur renūtiaſſe remedio cōpetenti, ſecus ſi non ipſo iure.

426 Sniā ipſo iure illata, facit ut cōtinuo dicatur res iudicata, non expectato tpe ad appellandum introducto.

427 Actio cū ipſo iure nō cōpetit an ſnia ſuper ea lata, ſit ipſo iure nulla.

428 Immixtio nulla ipſo iure, beneficiū abſtinendi non tollit.

429 Incapax ipſo iure inſtitutus cū alio an faciat huic alij in totum.

430 Ipſo iure nouata prima ſtipulatione per ſecundam pœnalem, an ex illa prima agi poſſit.

431 Reſcriptum nullum ipſo iure ob ſurreptionem impedit iudicem delegatum cognoſcere de principali.

432 Vaſallus cum priuatus eſt ipſo iure, et tamē ei domin⁹ culpā cōdēnat an dicat feudū nouū, an antiquum.

433 Pœna ipſo iure a lege inflicta, nō poteſt a iudice commutari.

434 Tutus ipſo iure, non habet neceſſe opponere, alias ſecus.

435 Actus inualidus an & quando confirmari poſſit.

436 Dolus an cum dolo compenſatur.

437 Reſtitutio ī integrū an poſſit incidēter peti, cū pit ius minoris ipo iure.

438 Pœne pecuniariæ poſitæ rōne delicti et poſteà ſublatæ an renaſci poſſūt.

439 Tutus ipſo iure an reſtituatur contra naturalem obligationem.

440 Pœna an imponatur delinquenti extra territorium.

441 *Confeßio ficta ſeu præſumpta nō poteſt renouari prætextu erroris vbi lata eſt ipſo iure ſententia.*

442 *Res empta ex pecunia communi nō eſt ipſo iure communis, ideò uterrim alienari poteſt.*

443 *Acceſſoriū oīo tollitur ſublato principali ipſo iure, ſec⁹ ſi p exceptionē.*
Vſuræ an perimantur perēpta ſorte.

444 *Iuramentum an vitietur, uitiato principali.*

445 *Iuramentū non valet quando cōtractus aut iudiciū nullū eſt ipſo iure.*

446 *Ipſo iure cùm quid conceditur non eſt neceſſe iudicem adire.*

447 *Venditione ipſo iure nulla, ſuppletio pretij locum non habet.*

448 *Impetratio dignitatis vel beneficij, non facta mentione poſſeßionis alterius an valeat.*

449 *Matrimonium nullū an præſtet impedimentum iuſtis nuptijs.*

450 *Factum a lege ipſo iure, ſcientiam hominis non deſiderat.*

451 *Vaſallus an & quando poßit eluere culpam admiſſam aduerſus Dominum, ſine ipſius conſenſu.*

452 *Literæ primæ cum ipſo iure non ualent, ualet impetratio ſecundarum ſine illarum mentione.*

453 *Agnatus aut dominus intra quod tēpus poßit reuocare alienationem feudi factam à vaſallo, & nu. 454.*

455 *Alienatio cum eſt ipſo iure nulla, nō eſt opus reuocatione.*

456 *Minor ſe gerēs pro herede, & poſteà factus maior exigens debitores hæreditarios, an ſibi præiudicet ut non poßit abſtinere, & nu. 457.*
Actus quando dicatur geri uoluntariè, & non neceſſariò.

457 *Extraordinarium remediū non competit, cùm ordinarium competit.*

458 *Inſtrumentum cùm ipſo iure nullū eſt, ea nullitatis exceptio poteſt contra illud opponi, etiam ſi ſtatutum prohibeat opponi exceptionem.*

459 *Pœna legalis an toties committatur quoties idem factum iteratur.*

460 *Priuilegium iuriſdictionale cùm ipſo iure tollitur, non ualet ſententia lata contra illud priuilegium.*

461 *Iuriſdictio cū ipſo iure expirat, aut ſoluitur, non ualet proceſſus etiam ſi partes ſponte litigent.*

462 *Exceptio cum excludit actionem ipſo iure non competere, an poßit opponi ante litis conteſtationem.*

REVERTATVR.

1 IPSO IVRE, † dicit Accurſius ex hoc inferēs. quòd donator poterit rem ipſam donatam. natis liberis, vendicare tanquam ipſo iure dominus effectus, vel poſſeſſionem ipſius condicere. Sequūtur Bar. Alex. Ioann. Fabr. Bald. in vtraque lect. Saly. & Ang. hic. & idem voluerunt Cyn. Bar. Ang. Saly. Rapha. & Paul. Caſt. in l. ſi totas. C. de inoffi. dona. Bar. in l. j. col. vlt. & ibi quoq; Saly. col. pen. ver. quæro ſexto, eo. tit. Oldra. côſ. 238. cùm mulier donatrix, in prin. Bar. in l. Titia Seio. §. imperator, col. 2. ver. quærit gl. & iterum uer. quæro vtrum quærit lex, & ibi quoque Bal. Imo. & pau. Caſt. ff. de leg. 2. Bar. dum hanc l. allegat, in l. quiſquis, & ibi Io. Plat. in fin. C. de om. agr. deſer. lib. 11. Bal. conſ. 167. quidam Franciſcus tunc carens liberis, col. 1. lib. 5. & conſi. 215. punctus quidā donauit, eod. lib. 5. Imo. in c. vlt. col. 6. verſi. in ea. glo. 2. in fin. & ibi etiam Pau. col. 2. & ſequē. ex. de dona. Paul. Caſt. conſ. 435. ſuper hoc puncto, in prin. lib. 2. Pet. Ferra. in tit. for. libel. quo agit. pro donat. in ver. irreuocabiliter, col. 3. ver. ſed nunquid eſt neceſſe. Nicol. Mil. in ſuo reperto. in ver. donatio facta extraneo. Alexand. conſi. 71. conſide-

conſideratis his,paulo poſt prin.li. 4.Cor.conſi.15.ex quo dictus Franciſcus,col.5.lib.j. & conſil. 176.in præſenti conſultatione, col.ult.lib. 2.& conſi.4.dubia ſatis,col.j.lib.4. & conſi.11.in præſenti,col.9.verſi. confert ad prædicta, & iterum col. 11.poſt princi.eod. lib.3. & conſil. 30.lib.4. Franciſ. Aret. in l.Centurio, paulò ante fin. & ibi Iaſ. colū. pen.ff.de vulga. & pupil. & conſi. 92.uiſo legato,col.3. Fran. Cur.ſenior.conſi.j.colū.ulti. uerſi. capio ſecundum paſſim. Guid. Pap.ſing. 339.in prin.& Dec.214. reuócatio colū.2.uerſi. an reuocatio. Sozin. cōſi.39.in quæſtione quæ uertitur col.pen.uerſi. poſtremò poſſunt,li. 3.& conſi.93. teſtamētum præmiſſum,col.5.uer.quinto modo reſpondetur,lib.4.& Iaſ.in l.cum acutiſſimi,col.j.uerſ. eodem modo ſi quis. C.de fideicom.& conſi.171. uiſo inſtrumento,col.j.lib.4. Fortu. Garcia ī libro de ultimo fin.iuris char. 16.uerſi.item probatur ex affectione, & aliis ſequentibus, & Steph. Ber.conſi.192. uiſo caſu,col.2.li.2.

2 ¶ † Ex quo & illud ſequitur, quòd ſi in donatione fuerit appoſitū conſtitutum, ex quo transfertur uera poſſeſſio,per l.certè.§.j.ff. de prec. & not. Bar.in l.ab emptione. ff.de pact.cum multis concor.à me nuncupatim citatis in [meo libello,de conſtituto,in j.amplia.]Tamen natis liberis huiuſmodi conſtitutum ipſo iure reſoluitur, ac reuocatur, quemadmodum & donatio principalis, reditq; confeſtim poſſeſſio in donationem, ut expreſsè in hoc caſu not.conſuluit Philip.Dec. conſ. 366.pro declaratione,ad fin.motus † quia aliàs conſtitutū ſequitur naturā ei9 actus in quo apponitur,ex ſententia Bal.in l.ex teſtamento,ad fin.C.de fideicom. & in cap.2.ti.de feud.dat.in uic.leg.commiſ.cū multis aliis concordan.quos & ego[ti bi congeſſi in d.tract. conſtituti, in 7.limita.]inter quos cōperies Pau. Caſt.conſi.10.ſi uera ſunt, col.j.li. j.ubi dicit † quòd ſublato principali contractu,cēſetur & ſublatū conſtitutum in eo appoſitum. Nam ut dicit idem Paul.in l.j.§.ſi uir.ff. de acquir.poſſeſſ.huiuſmodi poſſeſſio à iure transfertur, & à iure pariter poteſt annullari. Subdit autē Deci. aliud eſſe ī poſſeſſione reali, quæ in facto conſiſtit,per d.§.ſi uir. Et idē in eadē ſpecie cōſuluit Carol. Rui. conſi.173.quæritur primo,in 2.eodemq; ult.dubio,lib.j.& Hierony. Gra.conſi.50.reuerendiſſimæ, col. antep.uerſi. & ultra ſupradicta,li.j.

3 ¶ † Et quod dictum eſt donationē hic reuocari ipſo iure, procedit ēt in donatione facta uni ex liberis, quę non tota quidem reuocatur ſuſceptis poſtea aliis liberis, ſed uſq; ad legitimum bonorum ſubſidium tantum,per l.ſi totas.C.de inoffic. dona.& latè diximus ſupra in uer. libertis,uerſi.75.inci. quæro igitur ſi pater quiſpiam. ſed ea tamē reuocatio fit etiam ipſo iure, ut uoluerunt Bar.& Pau. Caſt.in ea ipſa l.ſi totas Bal.in l.Titia Seio. §.Imperator.ff. de lega.3.

4 ¶ † At reuocatio donātionis,q̄ fit p liberos iā tpe donationis natos, & à patre quidē nō ignoratos, aut ēt à poſtea ſuſceptis, ſed de quibus pater cū donauit, cogitabat, & ita nō fit ex hac l.quādo illi iſtis caſibus nō ſit locus, ut ſuprà alibi abunde diximus,ſed fit,quoniā donatio eſt inofficioſa,cetēr nō fit ipſo iure,ſed opus eſt quærela, per l j.& ibi not. C.eo tit.de inoffi.teſta.& uoluerūt omnes in d.l.ſi totas.

5 SED quòd † ad priores illos caſus pertinet, non omnino in confeſſo

119¶†Sed & in diuerſum quoque vrget. quòd hæc dictio ſtatim,dicitur etiam de re quæ fit ex intæruallo, ut probatur in d.l.diuortio,in prin. iuncta glo.in ver.ſtatim.ff.de iu.fiſci,vbi dicitur de viginti annis. Et aliàs ſecundum ſubiectam matriam dicitur dę longiori aut breuiori tēpore,ut ꝑ glo.in c.quicunq; inver. ſtatim.77.diſt.&in c.j.extr.de mut. pet.& per Bar. & alios in l.j. §. qui præſens,in fin.ff.de verb.[obl.&Lucā.Pen.in l.diui. C.de ſuſcept.præpo.& archar.lib.10.& in l.actuarij. C.de erogat.milit.anno.lib.12.]

120¶†Sed ad hoc dicendum eſt quod ſuprà de dictione,mox,quæ eſt eiuſdem ſignificationis,diximus videlicet hanc dictionem nonnunquam dici de interuallo,ſed impropriè ex ſubiecto argumento. Verum ex vi propria nullum habet interuallū, ſecundum Bal. & Alex. in d.§. qui preſens,& Imo.in d. l. diuortio,in prin.col.penul.& ibi Iaſ.col.3. [& Fran.Aret.in l.cum res.§.j.in 3.no. ff.de leg.j.] & probat tex. in l.tutor qui repertorium.§.vſuræ. ff.de admini.tut.& alij ſupra in prin.citati,atque etiam optimus tex. in l. ſi quis in ſuo,in prin.C. de inoff.teſta.vbi & illud præterea ſatis probatur,hanc dictionem non poſtula-

re iudicium aut ſententiam, quamuis a nullo illorum qui id dixerunt fuerit citatus. Quòd ſi ſententia requiratur ex ſubiecta ſorte materia, tunc oſtendit ſummariam cognitionem ſecundum Bar. & Ang.in l.j. col.j.ff.iudi.ſolui.

121 Trigesimotertio † quod in ſuperioribus dictionibus, idem & in dictione protinus, habet locum, quæ & ipſa eſt latæ ſententiæ, ſecundum Hoſt.in c. in quibusdam, ext. de pœn.& Imo.in d.c.ult.vbi ſupra de præſcr. Domi.& Philip. Fran.in d.c.quàm ſit,vbi ſuprà,de elect.lib. 6. Fran. Aret. in l.in illa ſtipulatione,in prin.per illum tex.& ibi quoque Iaſ.col.3.verſi.ſexto pondera. ff.de ver.obli.[& ĩ l.3.§. ĩ amitrenda, col.j.in 2.not.ff.de acqui.poſſ.] Iac.à S.Georg.in d.l.ſi quis maior, col.5.C.de tranſact.

122 ¶ † Nam vt dicit Bal. & poſt eũ Pau. Caſt. & Iaſ.in l.2.C.vt lit.pẽ. hæc dictio excludit omne interuallum, & quemcunque proceſſum, allegantq; not. in ſimili in d.authen. de inceſt.nupt.vbi glo.& doc.dicũt de dictione mox, id quod ſupra diximus, ſcilicet habere eã vim latæ ſententiæ, tanquam & hi ſentiant eãdem vim & ſignificationẽ utranque habere. Sed & gloſ.in §. illud, propriũ,qui eſt pe. Inſti.de adop. exponit protinus, id eſt ſtatim,qđ & idẽ facit glo. in §.j.Inſti.de hære.qual.& diffe. & in §.idem iuris, qui eſt 2.verſi. nec in pendenti, in ver.protinus, Inſti.de inutil.ſtipul. & in l.diuortio,in ver. ſi non protinus ff.de nego.geſt.[& in l.eas cauſas.in prin.ff.de condi. & demon.]. & ĩ c.cũ olim,in ver. protinus,ext. de offi. deleg. & Dyn.in d.l.3.§.in amittenda,& ibi quoq; Alex. qui ſequitur illud dictũ Bal.in j.not.& Iaſ. in 3.not.qui item illud ſequitur,de acqui.poſſeſ.Luc. Pen.in l.Circenſium C.de decur.lib.10. Fran.Are. in l.j.col.2.in 3.no.ff.eo. & in l.j. col.2.in prin.[& ibi quoque Alex. col.vlt.]ff.de verb.oblig.vbi Fran. ipſe dicit ſing.illud dictum Bal.[& Catel.in memorabi.incipiente protinus.] & ex vetuſtiſſimis Grãmaticis Caper in lib. de orthographia, & latinitate verborum. In huncq; ſenſum trahunt ipſi Grammatici illud Vergilianum lib.4. Aeneidos.

Protinus ad regem curſum detorquet Hiarbas.

Nec tamen id minus probat illud eiuſdem lib. 10.

Traiecto miſſa lacerto
Protinus haſta fugit, ſeruatque cruenta tenorem.

Et apud nos tex.[in l.à quo fundus & ibi Bal.ff.de dam. infect.&] in d. l.in illa ſtipulatione ſi calẽdis ff.de verb.obli.vbi quod ꝑ ſtatim prius dixerat, mox per protinus idem dicit,& ĩ l. Luciꝰ Titius.§.Caio ff.ad S.C.Treb.ubi ecõuerſo qđ primũ ꝑ protinus õſiuerat, id per ſtatim reſpondet.[& in l.liberto.§.vlt.ff.de annu.lega. vbi etiam id quod primum per protinus dicit, per confeſtim repetit.] & in l.diuortio, ibi, non enim ff.de neg.geſt. Quin & illud Bal. dictum aperte confirmat tex.in l.non abs re C. vnde vi cum dicitur protinus id eſt non expectato iudiciorum ordine. Quem quidem text.non poſſum non mirari fuiſſe à gloſ.Bal. & aliis ſuprà citatis animaduerſum.

123 ¶ † Super quo tamen dicto vide Fran. Are.in [d.l.j.§. qui præſens], col.2.verſi.ſecũdo inducũt, & text. illi dicto aduerſantem in l.arbitrio, in fin.ff. de dol.mal.cũ dicitur protinus condemnari debet in id quod intereſt actoris, & in d.l.2.C.vt lit. pend. ubi ſimiliter dicitur, protinus

nus condemnetur. Nam id non poteſt intelligi ipſo iure ſine mora ac ſententia, cum repugnet verbum condemnandi. Sed illud facit ſubiecta materia, quod iam ſuprà ſæpius diximus, atq; etiam vis & natura illius uerbi qđ ad ſe trahit, mutatq; propriam naturam dictionis protinus ob ea quæ diximus ſuprà in 27. fallen. in fin. Et idem potes dicere ad l. j C. de ſuperexact. lib. 10. quæ iubet protinus reſtitui quod vltra debitum fuerit elicitum a curialibus, & ibi Bar. negat ex hoc tolli tempus quadrimeſtre. quod datur condemnatis. Nam id etiam facit ſubiecta materia. Et adde ad omnia præcedentia quod ſcribit Aug. in d. §. in amittenda, hanc dictionem eſſe præciſam, quod & repetit Ial. ibi, col. 3. verſi. tertiam ſolutionē.

124 Trigesimoqvarto † idem quoque in dictione continuo, ut ſcilicet ſit latæ ſententiæ, ut nuncupatim affirmant Alex. & Iaſ. in l. poſthumo, ille col. 6. verſi. tertio fuit op. hic col. 7. verſ. pro qua op. C. de bon. poſſeſ. contr. tab. Pro quibus optimè facit tex. in l. j. in fin. cum ſequen. & ibi not. per doct. ff. pro ſoc. & in l. apud Aufidium, ibi, continuo eius ſit, iunctis illic not. per Bar. & alios ff. de opt. lega. Nā & ea dictio omnem moram tollit, vt ibi probatur, & in l. qui vxorem. ff. de iniuſt. teſta. & in l. ſtipulatus ſum, damam. ff. de verb. obli. & in l. j. C. de iis qui ſe defer. li. 10. & in c. cæterum, ext. de reſcri. Et apud Virgiliū lib. 4. Georg.

Haud mora, continuo matris præcepta faceſſit.

Et lib. 3. Aeneidos.

Haud mora, continuo perfectis ordine cunctis.

Et iterum lib. 5.

Nec mora, continuo vaſtis cum viribus effert.

Ora Dares.

125 Trigesimoqvinto † & etiā obtinent in dictione immediatè, voce non admodum proba, ſed qua noſtri recentiores vtūtur, quæ ſi alicubi reperitur, & ipſa denotat aliquid fieri ipſo iure ex ſententia Bal. in c. bonæ, le j. col. vlt. verſi. & ſcias quòd aut tex. extr. de elect. Nā & ea apertè reiicit omne internallum ex vera ac propria ſignificatione. Nam id immediatum eſt, quod eſt ſine medio, [vt tradit Frā. Are. conſi. 71. diligenter & maturè. col. 4. verſi. ſuper ſecundo dubio, & patet ex not. per Bar. in l. vxori ff. de auro & arg. leg. & in l. ambitioſa ff. de decre. ab ordi. facien.] Atqui ſi ſentētia requireretur, eſſet aliquid medium.

126 Trigesimosexto † non ſolum in illis dictionibus, mox, cōfeſtim, incontinenti, & cæteris ſupradictis id obtinet, de quibus ideo ſpeciale caput adſcripſimus, quoniam & de illis ſpeciatim noſtri doctores locuti ſunt, ſed & in aliis omnibus quæ ſunt eiuſdem ſignificationis, locum habet, cuius modi ſunt eæ, ſcilicet, Ex tēplo, Derepēte, [qua dictione vtitur Terētius & alii apud Noniū Marcellū,] Repente, Eveſtigio, quas duas poſteriores copulat Tullius in j. in Verrē actiōe, & poſteriore vſus eſt iuriſconſultus in l. diuortio ff. de nego. geſt. vbi Accur nō intellexit ſignificatū huius dictionis, quā declarauit Priſcianus lib. 18. Vſus eſt & pōtifex in c. j. §. verū de ſtat. regu. li. 6. vbi gl. optimè expoſuit, ſtatim, vel cōtinuo. Incunctāter, de qua [ī l. ſi rogatus, in prī. ff. de man. vindi. & ī c. ex literis, qđ eſt 3. ī fi. ext. de fide iſtru.] in c. reſerēte ext. de pbē. & ī c. ul. ext. de ſchiſma & in c. j. ext. de his q̄ fiūt à ma.

par.cap.& in c.quemadmodum, ex trà de iureiu.& in c.cum quis.[qđ eſt penul.]de ſenten.excom.lib.6. [qui quidẽm tex.loquitur & etiam in caſu canonis latæ ſẽtẽtiæ]Indilate,non admodum latina dictione ſed qua utitur c. ut inquiſitionis, de hæret.li.6.vbi & Pet.Anc.de ea nonnulla huc pertinentia ſcribit. Cito,Subito,[De ſubito, nã & hoc verbo,in eadem ſignificatione uſus eſt Tullius, & antiquiores ut probat Nonius Marcellus. Actutum,de quo Virgilius,lib.9.Aeneidos.

Tum cætera reddet.

Actutum pius Aeneas.

Quo in loco Seruius,Actutum, inquit,confeſtim ſine dilatione temporis.Et Terentius in Adelphis.

Aperite aliquis actutum oſtium.

Id aũt Priſcianus dicit deriuatum ab actu id eſt celeritate.]Ex continẽti.nam &hæc idẽ ſignificat quod incõtinẽti,vt probatur in l.iuriſgẽtium §.quinimò,in prin.ff.de pact. & in l.ſi purè ff.de fideic.lib.& in l. quoties,in priu.ff.ſol.mat.& ĩ l.ſed & ſi ex parte §.ſed an ẽt ff.quod cũ eo.& in l.3.§.cùm igitur ff.de ui & ui ar.& in l.ſi ita fuero §. cùm pecuniam ff.de noua.ſuper quo tamẽ uide tex.in l.vlt.C.de erro.aduo.& ſi quæ ſunt aliæ.

127 ¶†Nam & eæ oẽs quę eius ſignificationis ſunt,ut diximus, ſunt ẽt latæ ſnĩæ,ut generaliter tradit Bar. in d.l. imperator ff. de iu.fiſc. & in d.auth.de inceſt.nup.[Bal.in auth. in donatione C.de ſecun.nup.in 2. lectu.] & Saly. in d. auth. inceſtas C.de inceſt. nup. & Ang. in d.l.in criminali.C. de iuriſd. om. iud. & in l.j.C.de pœna.iudi.qui malè iudic.Imol.in d.c.ult.ubi ſuprà, ext. de præſcript. Rom. & Franc. Arc. in l.j. §. qui præſens ff. de uerbo. obligat. Fran. Cremen. d. not. 7. Fran.Are.in d.l.ſi quis maior, in 7. notab.C.de tranſact.[Phili.Dec.in d.c.in pœnis,de reg.iur.li.6.]& omnes ferè quos ſuprà in illis dictionibus allegauimus. Id quod ſatis ex eo probatur,quòd in nouellis cõſtitutionibus Iuſtiniani, quas vulgo authenticas uocamus, quæ Græcè primùm ab ipſo Iuſtiniano ſcriptæ ſunt, ita ſcribitur in titulo περὶ ἀθεμιτογαμῶν, id eſt, de ſceleſtis nuptiis, & ut à noſtro interprete, quiſquis is fuit, non malè traductũ eſt,de inceſtis & nephariis nuptiis, ſtatim poſt princi. εὐθὺς μὲν αὐτὸ τῶν ὠκείων πραγμάτων ἐκπτωσιν ἐπικεῖσθαι. Quod ſic ad verbum vertit noſter interpres, mox ei ſuarum rerum caſum imminere.Et ibi glo.in illo verbo,imminere,not.id fieri ipſo iure propter dictionem mox,quod nos ſuprà diximus in 27. fallen. At Gregorius Haloãder,cui debemus illam Græcam nouellarum editionem, & qui eas multò elegantius traduxit, ita eum locumvertit. Illi confeſtim & bonorum ſuorum ademptio immineat.Nã dictio εὐθὺς, qua Gręca litera utitur, propriè ſtatim ſignificat, ſicuti & εὐθέως confeſtim. Quaſi ſcilicet & hæ dictiones & ſimiles confundatur, nec inter eas quicquam interſit,præſertim quantum ad hanc vim latæ ſententię,de. qua tractamus.

128 ¶†Nam & omnium huiuſmodi dictionũ eadẽ eſt huius naturæ ratio.Cum.n.lex vult pœnam ſtatim ſiue continuo aut incontinenti vel mox infligi,nõ obſcurè demõſtrat aliam à iudice ſententiam non eſſe ferendam,cũ ea ſtatim proferri nõ poſſit, ſed priùs requirat cauſæ cognitionẽ.Hãc.n.rationẽ reddit Calder.con.10,tit.de uerb.ſig.quẽ refert

fert & ſequitur Car. Ale. in d. §. callidis, col. 2. tit. de prohi. feu. ali. per Frede. & idem in effectu dicit Ang. quē Car. non allegat, in d. l. j. C. de pœ. iudi. qui malè iud. & d. cōſ. 371. in fin. Nā ſentētia, inquit, illico ferri nō pōt l. j. C. de iuriſd. omn. iud. Et ante hos omnes Cyn. in d. auth. inceſtas C. de inceſt. nup. huius etiā reddēs rationē. †Nam iudicium, inquit, habet multas moras l. etiā, in prin. ff. ut lega. no. caue. † Et ſententia cū deliberatione datur l. hac lege. C. de ſenten. ex peri. reci. ¶Sed omniū primus Accur. hāc eandē rationē poſuit in d. §. j. in ver. imminere, & ibi ēt Ang. in auth. de inceſt. nup. [Illa aūt dictio repētē, id ſignificat, ut nō requiratur cauſæ cognitio, Cōpoſte. in c. quod ſicut, de electi. Alber. in l. ſententiis C. de erro. calc.] †Ex quibus & illud fit, quòd ſi in cōſtitutione apponerētur hæc verba, ſine mora, ea eſſet latæ ſententiæ, ſecundū Fran. Aret. in l. j. §. qui pſens, col. j. in fin. ff. de verb. oblig.

129 Trigesimoseptimo †fallit ſi cōſtitutio vtitur dictione vlteriùs verbi gratia, ne quis ulteriùs id faciat: nam illud cenſetur eſſe ipſo iure ſublatū, ſecundū Bal. in c. cū acceſſiſſent, col. 3. ver. ibi, ulteriùs eſſet, & ibi quoq; Barb. extr. de conſtit. & idem Barb. in c. ſi diligenti, extr. de for. compe. & Corſe. in ſuis ſingu. in ver. careo, in fi. & ipſe Bal. poſt Pet. cuius neuter meminit, in l. vlti. C. quib. ex cau. maior.

130 Trigesimooctavo †idem de dictione fruſtra, verbi gratia ſi dicatur, fruſtra id faciet, aut facturus eſt: quia intelligitur, ſi factū fuerit, nullum eſſe ipſo iure, ut voluit Bar. in l. pen. §. ad crimen, in fin. & ibi clariùs Imo. ff. de publ. iudi. & Saly. in l. quanuis, 3. col. vlt. C. de adult. & in l. maior. C. de pigno. Domi. poſt Io. And. in c. j. col. vlt. in prin. de accuſa. li. 6. Pan. in c. veniēs col. ul. & ibi Fran. Are. ext. eod. tit. idem Pan. in c. quia fruſtra, col. 2. ext. de uſur. dum ſe remittit ad no. per eum in d. c. veniens. Fulg. conſ. 150 quidam ciuis, col. pen. uer. rurſum & tertiò. Fran. Are. in l. verbis ciuilibus, poſt prin. per illū tex. & ibi Iaſ. in 2. no. ff. de vulg. & pup. [& in l. Centurio, col. 9. ff. eo. ubi & illud dicit eā dictionē ſignificare deeſſe potentiam faciendi & ibi quoque Iaſ. col. 10. ver. in ea gl. ibi vt modo] Ant. ab Alexan. in l. cùm ea quę. & ibi etiam Iaſ. ad fin. & Iac. à S. Geor. C. de trāſ. Barb. in c. prudentiam, de offic. dele. & conſi. 44. ſcribitur apud prophetā, col. 2. li. j. Alex. clāculum in l. j. §. ſi quis ita col. 2. in prin. & ibi apertiùs Fran. Cur. ſeni. in addi. ipſius ff. de uerb. obl. Fely. in d. c. Rodulphus, col. 21. ver. fruſtra aliquid fieri, extr. de reſcrip. Corſe. in ſuis ſingu. in ver. nihil agit. Et bene facit tex. in l. ſi tutor. C. in quib. cau. in integ. reſti. nō eſt neceſ. & in l. in dubium C. de tuto. vel cura. qui nō ſatiſd. & in l. ex conſenſu. §. cùm procurator. ff. de appella. & in l. ſi cauſa. C. de tranſ. Quanquam & hic in contrarium adferri poſſet.

131 ¶†Cōtrarium enim uoluit Ang. in d. §. ad crimē, col. j. ver. ſequitur in tex. fruſtra. & Domi. ſibi contrarius, in c. j. col. vlt. de iud. lib. 6. per tex. in d. c. quia fruſtra, de vſur. ubi & Io. Ana. col. 6. verſi. in ea. in fi. & ſic patet. & etiam Maria. in repe. d. c. ueniens & Alex. ſibi etiam quoque cōtrarius, in l. ſi tibi decem. §. de pignore, in fi. & ibi ēt Iaco. à S. Geor. ſibi item cōtrarius, in utraq; lectu. ff. de pact. Pro quibus eſt tex. in l. ſi Titius, in prin. ff. de fideiuſ. vbi ſcribitur mulierem fruſtra pro

alio intercedere, & tamen certum eſt eam mero iure obligari, ſed exceptione Velleia.ſenatuſcon. actione ſummoueri, vt patet ex l. antiq. §.vlt.C.ad S.C.Macedo.& no.Bal. in l.2.ff.eo. Facit ẽt tex.in l.j.C. de non nu.pecu.in illis verbis, fruſtra cautionem emiſſam.quæ gl. prima ibi ita interpretatur,bene dicit fruſtra,quia licet ciuiliter obligetur, tamen habet exceptionẽ l.cũ ultra & l.in exceptionibus,eo.tit.& eam gl.ſequitur Bal.in d.l.j.in j. oppo.

132 ¶†Sed ad hoc dicas ex ſniã Imo. Pan.Ioan.Ana.& Iaſ. ubi ſuprà in prin.huius fal.dictionem hanc ſuapte natura habere vim latæ ſnĩæ, ſed aliquando ſecundum ſubiectã materiam ſuam naturam relinquere. De quo & nos diximus pleniùs ſupra in 2.fal.præteriti tẽporis. Ex quibus intelliges hoc gñale eſſe & perpetuũ in oĩbus verbis & dictionibus.Tu aũt interim vide tex.in l. tutelã §.impuberi,ibi,fruſtra tutorem dabit ff.de teſta.tutel.iuncta l. j.C.eo.tit.& l.iuriſperitos §.vlt.ff. de excu.tuto.Nam ex d.l.j.videtur illam dictionem,fruſtra, in d.§.impuberi,ſignificare ipſo iure, & ſine ope exceptionis.Contrà autem videtur ex d.§.vl.Vide etiam Domi. in c. ſi pater,verſi.teſtatore,colum. pen.in prin.de teſta.lib.6.

133 Trigesimonono †fallit in his verbis,authoritate noſtra, ſiue huius noſtræ legis authoritate, nã ea cum à iure proferuntur, denotant latam ſententiam,ut ſi dicatur talem pœnam authoritate noſtra ſubibit.ita tenent Domin.& Card. Alex. in c.j.2.q. 3.per tex. in c.2. ext.de teſti.cog.& in c.prætereà re quiſiſti,& ibi not.extr. de appella. & in c.excommunicationi, iuncta glo.ext.de rapto.

134 Qvadragesimo †fallit in dictione liberè,vt voluit Bal. in d. c.j.§.callidis, in prin. & ibi Card. Alex.col.2.in fin.tit.de prohi. feu. ali.per Frede.& Panor.in c.cum in cunctis §.cum uerò,in ult. not. de elect.Corn.con.165.circa primum col.5.uer.reſpondetur,li.2.&Barb. con.51.ſcripſit ſapientiæ fons,col. 16.ver.& adduco ad prædicta,lib.j. & conſi.11.illud afferam, col.2.& iterũ col.8.lib.2.Io.Ray.in §. pœna,in 8.& 14.& 15.q.pri.par. prin. ti.de prohib.feud.ali.per Fred. vbi ad hoc multa allegat Philip. Fran. in c.ſi pater, col.32.verſi.quid autem ſit,de teſta.lib.6.Car. Alex. in c.j.§.prædictis, col.2.tit. quæ fuit pri. cau. benefi. amit. Ludo. Bolo. conſi. 67. conſortium ſancti Petri, colum.pen.verſi.aliquando etiam denotat.

135 ¶†Nam & hæc dictio eius naturæ eſt,vt nõ requirat alterius cõſenſum,authoritatẽ,factũ,ut eſt tex.in c.de multa,& ibi Pan.col.j. ext. de præben.& in c. pen. & ibi quoque Pan.ext.de pœni.& remiſ.cum multis cõcord.à me cumulatè cõgeſtis in noſtris commen. conſue. Picta. tit.14.§.j.in glo.3.Quibus ego addiderim id quod voluit Bald. in c. quæ in eccleſiarum, col.j.verſi.ibi, liberam ext.de conſtitu. id eſſe liberum, quod ab omni neceſſitatis obſeruantia & ſolennitate eſt abſtractum,per l.j.ff.de teſta.mili. Et idem propè dicit ipſe Bar.con.288. incip.omnis qui rem, circa mediũ, lib.4. videlicet huiuſmodi dictionẽ ab omni neceſſitate abhorrere,per l.fideicommiſſa §.quanquam ff. de leg.3. Et quod ſcribit Ariſtoteles eius operis cui titulus eſt, μετὰ τὰ φυσικὰ lib.2.& eius authoritate diuus Thomas Aquinas 2.2.q. 19.c.4.id liberum dici, quod opera

ans

tur ſine aliqua re extrinſeca.

136 ¶†Propterea etiam à noſtratibus ea dictio reponitur inter eas quæ faciunt ſubſtitutionē directā, id eſt, quæ nullo alterius miniſterio indiget, ut per Bar. in l. Centurio, col. 7. uer. item quid ſi teſtator, & ibi Iaſ. col. 19. ver. primò adde. & iterum col. pen. verſi. tertiò limita. [& Lancel. Gali. in repeti. n. 347.] ff. de vulg. & pupil. Et vt dicit Bart. in l. precibus, col. 3. ver. quæro quid ſi dicit C. de impube. & ali. ſub. quòd verbum liberè, eam uim habet, ut quis capiat propria authoritate, & ex manu ſua, non alterius. & ſequitur Rapha. Com. conſi. 3. teſtator. B. inſtituit; col. j. Et in hanc quoq; ſententiam facit quod ſcribit Old. conſi. 226. grauamina, col. 3. verſi. præterea uerbum, quòd hæc dictio omnem moram excludit, per quædam iura quæ allegat. ex quo planè colligitur, quòd aliam ſententiā non exigit, per ea quæ diximus ſuprà in 36. fal.

137 ¶†Tamen Signo. Homod. conſi. 131. cuius exordium eſt, factū ſic ſe habet, col. ul. ita de hac dictione loquitur, ut nō obſcurè ſenſiſſe uideatur eam non inducere canonē latæ ſententiæ adeo nulla res in iure noſtro ſine cōtrouerſia reperiri pōt, ut aliàs ſæpe conquesti ſumus. Sed quāuis Homod. mihi inter primos, doct. ſtatuēdus eſſe videatur, & eū ſolēnem doct. appellet Corn. conſi. 336. conſtat quòd de iure communi, ad fin. li. j. tamē uerum eſt quod apud Homerum li. Odyſſeæ primo Iupiter grauiter pronuntiauit.

οὐ μὲν γάρ τι δυνήσεται ἀντία πάντων
ἀθανάτων, ἀέκητι θεῶν ἐριδαινέμεν οἶος.

Quibus ſignificatur Neptunum ſolùm haud poſſe aduerſus cæteros omnes deos contendere. Nec me tamen latet Barb. in c. ex parte, col. 4. ext. de feud. in hac quoque op. fuiſſe, licèt non alleget Sign. Sed mouetur ex tex. in c. dicit dñs 32. q. j. ubi dicitur quòd propter notoriam fornicationem uxor libere dimittitur, & tamen requiritur ſentētia, ſecundum glo. in c. ex parte, in uerbo, manifeſta, extra de ſpōſa. Ex quo, inquit, fit quòd hæc dictio liberè, non eſt latæ ſententiæ. Sed multùm fallitur Barba. Nam ea gl. non eſt uera; & contrarium tenet alia gl. in c. vlt. & ibi Hoſtien. Ioā. Calde. & Panor. ext. de adult. ubi etiā Barb. ſecun. pugnans in additio. ipſius Panormi. id tenet per tex. in d. cap. dicit dominus, utentem eo uerbo liberè, ad quem dicit nullum aduertiſſe uerùm Panor. per eundem tex. hoc etiam tenet in d. c. ex parte, de ſpon. & in c. gaudemus, extrà de conuer. coniug. & ante omnes, Inn. in c. inquiſitionis, ext. de ſenten. excom. Et hic uide quæ de hac dictione latiùs vbi ſuprà citauimus, & iterum tit. 16. §. 4. in glo. 2. in 2. ampliatione, verſi. item uidetur teſtator, & ſeq.

138 QVADRAGESIMOPRIMO † fallit, etiam ſi uerbo futuri temporis adiiciantur verba, pleno iure, tunc. n. erunt latæ ſententiæ: quod planè demonſtrat illorum uerborum ſenſus. neque. n. plenum ius dici poteſt, ꝙ alterius operam, miniſterium, ſententiam, iudicium deſiderat l. reſtituta ff. ad Trebel. quam ad hoc expendit Ang. con. 125. ſubſtitutiones dictorum, col. ult. Ideoq́ue ubicunque in ſubſtitutione ea verba apponuntur, denotant ſubſtitutionem illam eſſe directam, & quæ alterius manum non requirit, vt uoluit Barto. conſi. 15. pater ha-

bens filium impuberem, ante fi. & Bal.in auth. hæc vſus præſtatio.C. de ſacro.eccle.per tex.ibi,& in l.Iulianus,in fi.ff.de rei ven. vbi & hoc voluerunt ipſe Bal. & Ang. & idem Bal.in l.precibus,col.14. verſi.procedo ulterius C. de impube. & ali. ſubſt.Ange,d.conſi.125. vbi ad hoc multa iura allegat,& Ant. conſi.53 quidā magiſter, circa med. & Pau. Caſt. [in l. mater, col.j.C.ad s.c. Tertul. &]cōſ.28. in cauſa quæ uertitur inter Petrum, col.3.ver.nunc ergo ad propoſitum, libr.2.Franc. Are.in d.l.Centurio, col.pen.& ibi quoque Iaſ.col.antepen.& Lancel. Galio.in repe.char.pe.ff.de vulg.& pup.vbi & ad hoc ipſi Are. & Iaſo. multa allegant.& idem Aret. conſi. 156.diligenter viſis,col.7.verſic.& hoc clarè.Corne.conſi. 152. in hac conſultatione,col.3. verſi. & etiam verba,lib.2.& conſi.242. circa primum quæſitum,col.4.verſi. corroborantur,lib.4. [Fel. in c.conqueſtus,col.j.extr.de foro competen.] Iaſ.in l.ſi ita ſtipulatus §.Titius,colum.3.verſicu. item iſta verba ff.de verb.ob.& Fran.Cur.iuni.conſi.67 conſortium, col. vlti. Et quòd hæc verba ſignificent ipſo iure, ſatis videtur uoluiſſe Aegid. Bellame.conſi.39.factū eſt tale, dominus Humbertus,col.5.verſi. his præmiſſis.& expreſſim Iaſ.conſi.128.verba permutationis,col.4. verſi.quintò dicitur,lib.4.vbi & ad hoc probandum multa alia congerit de vi & potentia horum uerborum.Quibus adde & quæ dicam infra in gloſſ.vlt.nume.11.& 12.

139 ¶ †Et ob hæc magis miror id qđ à Bal. ſcriptum eſt in l. vlt.col.vlti. C.quib. ex cau. maior. hæc verba, pleniſſimam firmitatē, pleniſſimū robur, plenisſimam liberationem, & ſimilia eſſe latæ ſentētiæ propter illud ſuperlatiuum,per no.per glo. in l.ait prætor §. permittitur ff. de minor. Et ita illum ſequitur Fel.in d.c.Rodulphus col.17.extr.de reſcrip.Ponderant igitur Bal. & Fel. ſuperlatiuum,quaſi ſecus ſit, ſi non ſit ſuperlatiuum. Imò verò ſi bene inſpiciatur Bal.videtur & in ipſo ſuperlatiuo uoluiſſe contrariū. Nam quod ad poſitiuum pertinet, idem Bal.in l.precibus,col.14.verſi.procedo ulterius C.de impub. & alim. ſubſt.non obſcurè tenet hæc uerba pleno iure, non facere ſubſtitutionem directam,quem ita refert & ſequitur Bened. Cap. conſi.83. punctus Cyprianus de fulgineo, col.2. & eſt tex. hæc verba,pleno iure,iungens cum dictione ſtatim,in l.in pecudū ff.de vſur. quod fruſtra feciſſet,ſi pleno iure per ſe id ſignificaſſet.Ideo cogita, & interim vide quæ dicam inferius in glo.vlt. verſi.10. incip.quid de iſto caſu, & ſeq.

140 QVADRAGESIMOSECVNDO † idem & de verbis,de iure,ſi credimus Tancre.& Gof. antiq. decret. glo.in c.cæterùm, extr.de reſcript. Ille enim dicebat in caſu illius cap. reſcriptum ſecundum eſſe nullum ipſo iure propter ea verba, de iure, ibi poſita. ita enim in antiqua litera dicebatur,nec ſecundæ literæ de iure obtinent alicuius roboris firmitatem. Gof. autem aſſerebat ea verba de iure,poſtea fuiſſe ſublata, ne denotarent ſecundum reſcriptū eſſe nullum ipſo iure, & ita eos refert Ioan.Andr.ibi.

141 QVADRAGESIMOTERTIO † fallit,ſi appoſita fuerit illa dictio, extunc.ea enim eſt latæ ſententiæ, ſecundum Fran.Are.in c.ſi diligenti,col.3.verſi.in gl.poſita ſuper verbo,cauſam,de for.compet. per tex. in c.cupientes §.cæterum ibi, extunc inchoādum volumus fore ſuſpenſos,

ſpenſos,iuncta glo.ibi in ver.ſuſpē-ſos,de elect.libr.6.& Corne. conſi. 104.licèt in hac conſultatione,col. 2.verſi.licet ergo non fuerit, lib.j. Vide tamen tex. in c. excommunicamus §.credentes,ibi,extunc ipſo iure ſit factus infamis,quaſi ſcilicet ex tunc non induxiſſet latam ſentētiam,niſi ipſo iure additum eſſet.& ſimilem tex.in c.cùm ex eo,in fi.de cle,lib.6 & in extrauag. ſuſcepti regiminis,verſi. quam electionem,& in extrauag.execrabilis §.qui verò deinceps. Sed ad hoc dicito, ut ſuprà diximus in uer. præſentis temporis. [nu.26.] incip.ſed quod his reſpondeatur.

142 QVADRAGESIMO QVARTO † fallit,ſi adiectæ fuerint dictiones eo ipſo,nam & eæ latam ſentētiam declarant, gloſſ.in d.c.quàm ſit,in ver.eoipſo,& iterum in ver.euacuetur,& ibi Domi.in §.vlt.col. etiam vlt.& Philip.Fran.poſt medium,de elect.lib.6.& glo.in c.cupientes §. cæterum,in ver.ſuſpenſos, in prin. [& ibi etiam Io.Mo. col.10. verſi. & ſunt paria,eo.tit.& glo.]in c.indemnitatibus §. poſtremo, in ver. ſubiacere,eo.quoq; tit. & libr.& in c.2.§.inhibemus,de hær. eo. lib. & in c.in pœnis,de reg.iur. eo. libr.& in cle.j.in ver.eoipſo,& ibi Imo.colum.j.& Card.de vi. & hon. cler.& in cle.2.in eo.uer.eo.tit.& in d.extrau.execrabilis, ver.qui verò deinceps,in uer. ipſo iure priuari, & in extrau.quorundam, in ver. eoipſo, de ſen.exc.Arch.in c.cum ex eo,in uer.eoipſo,de elec.li.6.& in c.eum qui,de præb.lib.6.& in c.j. ad fi.de ſepul.eo.li. Io.And.in c.quia ſæpe, de cle.eo.li.in nouel. ubi dicit φ ſignificant ſine hominis adminiculo Bal.in l.ult.col,vlt.C. de ſacr. eccl. ubi ex hoc dicit †quòd ea uerba faciunt ſubſtitutionem directam, & in c.j. §. qui clericus, in princ. & ibi Car.Alex.tit.ſi de feu. fue.contr.inter do.& agn.Imo.in c. ſi diligenti,col.2.ver.in gl.perdant, ext. de for.comp.& in c.vlt.col.17.ver. ſed certè vbi ſtatutum, ext.de præſcr.& in cle.j.in 2.no.de ſeque.poſ. & fruct.& in cle.2.in j.no.de vit.& hon.cler.Car.Flo.in cle.j.in 5.not. de elec.Imo.in c.vlti. quo loco ſuprà ſæpius citauimus, ext.de præſc. Matheſ.d.no.112.Ro. conſi.427.in propoſito caſu,col.2. verſ.3.Pan.in d.c.ſi diligenti,col.7. de for.comp. Fran.Are.in l.Centurio, in prin.colum.pe.[& ibi Iaſo.col. etiam pen. verſi.limita iſtam] ff.de vulg.& pupil.Alex.conſ.49.viſo themate,col. j.lib.6.Corn.cōſi.165.circa primū, col.6.verſi.tamen fallit,lib.2.Barb. in d.c.Raynaldus,col.45. & iterum col.161.de teſta. Philip.Deci. in c. cæterum,col.pen.verſi.5. ext.de iudi. Et idem ſi dicatur hoc ipſo, ut uoluit gloſſ.in cle.vlt.in ver.hoc ipſo,de præben.

143 QVADRAGESIMO QVINTO † idem de dictionibus ipſo facto,vt eſt glo.in c.2.ver.ſi quis item harū iuncto tex.in ver.ipſo facto,ne cle. vel mona.lib.6. & in cle.attendentes,in gl.vlt.de ſtat. mon. & voluit [Io.Mo.in d.c.cupientes, verſi.& ſunt paria,de elect.lib.6.] Archi.in c.j.in princ. in ver. ipſo iure,de reſcrip.lib.6.& in c.vbi periculum §. nulli,in ver.incurrat,de ele. eo.lib. & in c.j.& ibi Domi.in §.ſacri, per illum tex.de homic.eo.lib.6.& idē Archi.in c.felicis,in ver.infamis,de pœn.eo.quoq; lib.& in cle.attendētes,in fi.de ſtatu mo. & Zenzel.in extrauag.Io.22.incip. dudùm §.illud,in ver.ipſo facto,de pœn. Ioan. And.in c.in pœnis,col.pe. de regu. iu.lib.6.in Mercur. Bar.in l.j.ff.de his qui no.inf. Bal. in d.l. iubemus nulli

in c.bonæ,le j.col.ult.verſi.& ſcias, de elec.& conſi.490. viſa petitione prędicta, col.2.& vlt.li.3.Ang.in d. l.criminali.Imo.in d.cle.j.in 2.not. de ſeq.poſ. & fruct. & in d.cle.2.in j.not.de vit. & hone.cler. Car.Flo. in cle.j.in prin.in 14.no.de pœnis. Ro.d.conſi.427. Pan. in d.c.ſi diligenti. Matheſ.d.not.112. Corne.d. cõſi.165.quo loco ſuprà citauimus, lib.2.& conſi.89. viſo ſupraſcripto puncto,col.pen.verſi.poteſt etiam, lib.3.Alex. conſi 139. viſo puncto, col.2.lib.7. vbi & alia allegat Philip.Fran.in d.c. quàm ſit.§.cæterũ, col.2. de elect. lib.6. & in cap.2.in 2.not.de præſcrip.li.6.Iaſ.cõſi.128. videretur in præſenti, col.3.verſi. in primis eſt, lib.4. Philip.Dec.qui ad quædam alia allegat, conſi.138. cuius ſuperſcriptio incipit, verba iſta,in prin. & iterum conſi.187.cu ius item ſuperſcriptio incipit,contra tertium, col.3. uerſic.ſtantibus omnibus.& in c.reprehéſibilis,col. 2.ext.de appel.

144 QVADRAGESIMOSEXTO † idẽ in dictione.ipſo iure,de qua re nihil dicerẽ,vt quæ per ſe eſt euidentiſsima,niſi & noſtrates hoc quoque expreſsimannotaſſent.Ita igitur voluit gloſ.ĩ d.l.criminali, & ibi etiam Ang. C.de iuriſd. om.iud. & in l.ſi fundũ ſub conditione.§. qui fundum, in ver.ipſo iure.ff.de leg. j.& in d.c.j. in gloſ.j. & ibi Archi. de reſcrip. lib.6. & in c. ſtatutum. §.vlt.in fi.eo.tit. & li.& in d.c.quã ſit.de elect. lib.6.& in c.vlt. verſic. officium,in ver. ipſo iure de offi.de leg.eo.ti.& in d.c.in pœnis, de reg. iur.eo.li.& in cle.j. in fi.de reſcrip. & in extrauag. ſuſcepti regiminis, ver. quam electionem,in ver. ipſo iure,& in extrauag.execrabilis,ver ſi.alioqui.in ver. ipſo iure : & iterũ verſi.qui verò deinceps, in eo.verbo, Doc.in d.c.ſi diligenti [Io.Mo. in d.c.cupientes,vbi ſuprà,de elec. lib.6.& in c.quanquam,in ver. ipſo iure,eod.ti.& li.] Bart.in d.l.j.ff.de his qui not.infa.& in l.j. in fi.ff. de compẽ.& in d.l.Meuius §. duobus, col.vlt.ff.de leg.2.Bal. in d.c.bonæ col.vlt. de elect.& in d. conſi. 491. lib.3.Card.Flor.in cle.j. in prin. in 14.no.de pęnis,& conſi.128.in quęſtione quæ vertitur,in fi. & Collec. in c.propterea,col.j.ver.quid ſi lex ext.de ver.ſig.Do.& Philip. Frã.in c.j.de vit.& ho. cle.lib.6. Pan.in c. j.col.j.ext.de re iud. Corne. conſi. 104.licèt in hac conſultatione, col. 2.lib.j.Tyndarus in trac. de cõpenſa.col.14.verſi.ſed certè eorum ſen tentia,Ang.Are.in §. non autẽ omnes,poſt prin.Inſt.de perpe. & tẽp. præſcrip. & omnes ferè quotquot de hac materia ſcripſere, & hoc apertè probat tex. in c. quanquam, vbi id no. Domi. in pe. no. de elec. lib.6.& in d.c.2.in prin. de præſcri. eo.lib. & ibi quoque not. Domi.& Philip.Fran.& bene facit tex. in §. interdum,in fin.Inſt. de hære. quæ ab inte.defe. [Ideoq; Bal.in l. quærebatur ff.de teſta. mil. exponit ipſo iure,id eſt,iure directo.]

145 QVADRAGESIMOSEPTIMO † vt maturè relictis huiuſmodi dictionibus & aduerbiis, ad uerba ipſa ueniamus, fallit in futuro verbi incurro,vt ſi dicatur, incurrat ſiue incurret in talem pœnam, nam intelligitur ipſo iure ſine alia ſententia,ut uoluit gloſſ.in capit.vlt.verſicu.pars verò, in verbo, incurrat, de offic.delega.libro ſexto,& gloſſ. in capitu.eos,de ſenten.excommu. dum inter caſus excommunicationis latæ ſententiæ ponit capit.j. de relig.domi.eo.lib.& cap.j.de iniur. eo.lib. quæ eo verbo utuntur, nec aliud addunt quod ſignificet latam

ſenten-

ſententiam.& in cle.j.in ver. incurrant,& ibi Pau. Lau. Imo.& Card. Flor. in 27.quæ.de vſur. & rurſum gloſ.in cle.j.in ver.excommunicationis,de ſenten.excom.dum etiam inter canones latæ ſententiæ allegat cle.j.de deci.& d.cle.j. de uſur. quæ eo verbo utuntur ſine adiectio ne dictionis latæ ſententiæ. & voluit etiam nuncupatim Corn.d.conſ. 89.viſo ſuprascripto,col.pen.verſi. poteſt etiam,lib.3.[& D.Coſ.Guy. in pragmati. ſanctio. §. quòd ſi aliter,in verbo, incurrat,& iterum in verbo reddantur,tit.de electio.]

146¶†Tamen cōtrarium expreſſe voluit Io.Fran. Pauinēſis in extraua. vas electionis,in uer.incurſurū, de cenſib.Secundum quę faciunt multi tex.adiiciētes huic uerbo has dictiones,ipſo iure,ipſo facto,eoipſo, & ſimiles, quæ inducunt canonem latæ ſententiæ,tanquam id verbum per ſe non eam uim habeat,ij ſunt in auth.agri,in fi.C.quæ res obl.nō poſ.& in c.vl.ext.ne cler.uel mo.& in c.vbi periculū.§.nulli etiā.&rurſum.§.ꝙ ſi præmiſſa,de ele.li.6.&ī c.fundamēta.§.quòd ſi ſecus eo.ti. & li.&in c.cū ex eo.ī fi eo.quoq; ti. & li.& in c.indēnitatibus.§.porrò, ver.ſed procuratores,eo.itē ti.& li. & in c.2.de iud.eo.lib. & in c.vl.in fi.de reb.eccl.nō ali.eo.lib.& in c. quanquā,ad fi.de cenſi.eo.li.& in c. clericis,ver.nos igitur de immu.eccl.eo.li.& in c.ut periculoſa, verſi. ſi quis,ne cler.uel mo.eo. lib. & in c.ſtatuta,de hæret.eo li.&ī c.j.ver. ſacri,de homi.eo.li.&in c.j.ver.qui verò,de vſur.eo.li.& in c.felicis.§. præſenti.& iterū §. quapropter, de pœnis,eo lib.6.& in c.quia periculoſum,in duobus locis,& iterum c. quicūq;,de ſen.excō.eo.li.& in cle. j.ver. ... uis aūt,de ſeq.poſ.& huc & ī cle.j.de re.ec.nō ali.&ī cle.j.ver. nos tā ex ijs,& iterū ver.pdictis,de relig.domi.&in cle.ne in agro,quę eſt j.§.ſi qs aūt,& rurſum.§.qa verò,de ſtat.mo. & in cle.attendētes, quæ eſt ij.in fi.eo.ti.& in cle.j.ver. nos tā,& iterū ver.pdictis, de relig. domi.& in cle.j.ver.verū,de hær.& in cle.j.in prin.& rursū in ver.cæterū,de pri.& ī cle.cupiētes,ꝙ eſt vlt. §.vlt.de pœnis.& ī extr.ſuſcepti regiminis,paulò ań fi.ne ſed.vac.&in c.agricul.ti.de ſtatu &cōſue.in feu.

147¶†Sed ad hos oēs tex.dici poteſt, id quod ſupra diximus ver.26.inci. ſed quod is reſpondeatur,has.ſ. dictiones adiici ad hocverbum ad certiorem demonſtrationem ſignificationis.Nec tamē omittemus, quòd Dom.in d.c.vl.§.pars vero,de offi. dele.lib.6.aſſignat vim latæ ſententię nō illiverbo īcurrat,ſed aliisverbis eiuſdem cōſtitutionis.Nā ex eo not.quòd canon loquēs per uerba futuri tēporis,eſt latæ ſētētiæ,quādo per verba ſequentia apparet legiſlatorē ita velle.Et ſic apertè ſentit Domi.hoc verbū incurrat, quo is tex.vtitur, nō eſſe ſuapte natura latæ ſētētiæ.Et idē quoq; ante eū voluit Io.An.in c.clerici,in verbo, incurrāt.& ibi quoq; Pau.in j.not. ext.de cler.excō.mi. Eſt tamē alia op.communior:& quod Io.An.dicit in d.c.clerici, id fuit quia aliis iuribus id declarabatur, videlicet in c.illud,in fi. eo. ti. iuxta ea quæ diximus ſupra uer.64.īci. 12.fallit.

148 QVADRAGESIMO OCTAVO †fallit in verbo ſubiaceo, quod & in futuro tempore eſt latæ ſententiæ ſecundum gloſ. in c. ſi quis ſuadente in verbo, ſubiaceat. 17.quæſt.4.& in c.clericis,in fi.quā ſequuntur. Ioann. Andre. Panor. & omnes recentiores extra. ne cleri, vel mo. & gloſſa loquens in infinitiuo, [in cap. non minus, in glo.

glo.ult.iuncto tex.ext.de immuni. eccl.&] in c.excommunicationi,in ver.ſubiacere, & ibi Inn.Hoſt.Io. An.Collect.Pan.& Io.Ana. ext. de rapto.& in c.indemnitatibus §.poſtremò,in uer.ſubiacere, de elect. lib.6.& in c.j.in fi.de iniur.lib. 6.& glo.in c.eos,de ſent.excom.li.6.dũ inter caſus excommunicationis latę ſententiæ allegat.c.j.de his quevi metve cau.fi.eo.lib.& c.2. in prin. de heret.eo.lib.6.q̃ quidem utũtur eo ver. in infinitiuo ſubiacere ſimpliciter & ſine adiectione alterius verbi,quod,habeat vim latæ ſniæ. & Hoſt.in ſum.tit. de ſen. excom. §.3.& Lapus in tract.de cenſura ecclesiaſtica, col.24. dum vterq; etiã inter caſus latæ ſniæ annumerat c. licèt,ver.ſi quis aũt,& iterum ver. ꝑterea, ext.de elect. & c. ſicut ait, ext.de hæret. & d.c. non minùs & c.aduerſus, ext.de immu. eccleſ.& c.j.ext. de ſchiſma. quæ ſimiliter, hoc uel in præterito vel in infinitiuo,quod idem eſt,utuntur ſine alia declaratione latæ ſententiæ, & uoluit expreſsè idem Hoſt.in c.j.poſt med.ext.de ſagit.& ipſe ẽt & Ioa. And.& Pan.in c.dura,extrà de cri. falſi.Lapus in eo. tractat. ſupra alleg.col.69.uer.ſeptimò an hęc verba.& idẽ quoq;vult Collect.in d.c. j.in prin.ext.de ſchiſma.& ibi Hoſt. Io.And.Pan.& Io.Ana.dum ita interpretantur eum tex. hoc verbo, vtentem.Idem Pan.in c.nihil, col. 3.ver.in gl.in ver.poteſtatis, extrà de elect.& in d.c.ſi diligenti, col.7. de foro comp.vbi reddit rationem quià licèt pro feratur in futuro,nõ tamen videtur de ſui natura requirere alium actum aut miniſterium iudicis & idem Pan.in d.c. licèt de uitanda,in 7.not.poſt antiquiores, & ibi quoque Philip. Deci. col.4. etiam in 7.not.ext.de elec.& idem Pan.in c.cùm in cunctis §. ult. col. ult.eo.tit.& in c.ult.col.3.extrà de iura.cal.& in d.c.non minùs, in vl. not.ext.de immu.eccleſ.& in c.quæ in omnibus,col.2.ver.ext.glo.ext. de vſur. [Saly.in auth.item nulla, col.2.ver.quæro an bannum C.de epiſcop.& cleric.] Domi.in di.c.j. uer.ne ante,de his quæ ui met. ue cauſ.fiunt dum notat. in 2. not.caſum ex eoꝗ tex. vtente hoc uerb. in quo quis incurrit excommunicationem ipſo iure [Philip. Franc. in c.præterea,colum.ultim.extr.de appel.] Fely.in c.j.col.7.ver.notá quòd iſta uerba.ext.de iudic. [D. Coſ.Guy.in pragma. ſanctio.§.qđ ſi aliter,in verb.incurrat, Matthæ. Afflic.deci.Neapoli.3.extat obſeruantia,col.2.]

149 ¶†Contrarium tamen ſentire uidentur glo.& Inno.in d. c. dura.& idem Inn. cum quo tranſeunt Io. And.& communiter alii, in c. cùm & plantare, in fin.ext.de priuileg. & apertè voluit Bal.in l.j.col.2. C. de hæred. inſtit. Quorum ſententiam confirmat tex.in c. licèt, ibi, extunc ſubiacere,extra de uoto, & in c.generali, ver.clericos, ibi, eo ipſo ſubiacere,de elect.li.6.& in d. c.indemnitatibus §.poſtremò, eo. tit.& lib.ubi eſt ſimilis tex.&ꝗ in c. ad apoſtolicæ §.nos itaq;, ibi, ipſo facto excommunicationis ſentẽtiæ ſubiacere,de re iudi.eo.lib.& in c. quoniam §.vlt.ibi, ipſo facto ſubiacere,de immunit.eccleſ. eod. lib. & in c.ult.eo.tit.et lib.ubi eſt ſimilis tex.et in c.j.ibi,extũc ſubiaceat de uſur.eo.li.et in cle.j.de cõſang. et affi.et in cle.nolentes, de hæret. e in cle.j.de ſentent. excommuni. et in cle.cùm ex eo,eo.tit.et in cle. j.de ſepult. et in extrau. Ioan. 22. incip.dierum §.illud, titu.de pœn. et in c.itẽ nulla,tit.da ſtatut.et cõſuet.

ſuet.in feudis.Nam ſi id verbū ſubiacere, eſſet per ſe latæ ſententiæ, ſuperuacuò eſſent additæ illæ dictiones,extunc,eo ipſo, ipſo facto,quæ etiam ſunt latæ ſententię, vt ſuprà diximus.

150 ¶†Sed quantum ad primū,Pan.in d.c.clericis,ne cleri.vel mona.ſolos Imo.& Io.And.vbi ſuprà allegans, id ſoluit, vt ſuprà diximus in 2.fal. præteriti tēporis,videlicet hoc verbum ſuapte natura eſſe latæ ſententiæ,ſed ex ſubiecta materia vim ſuā perdere.Quātum vero ad illos tex. pertinet,nihil eſt quod obſit illi ſententiæ,vt ſatis patet ex iis quæ diximus in ſimili ſupra in verb.præſentis temporis,ver.26.ſed quod his reſpondeatur,ut etiā diximus in præcedenti fal.Et ne de hac re dubites habes tex.apertè probātes hoc verbum eſſe latæ ſententiæ. Nam in d. c.ſi quis ſuadente,hęc verba ſcribūtur,anathematis uinculo ſubiaceat. quæ uerba illius canonis eſſe promulgatæ ſententiæ aſſerit text.in c. quod tranſlationem,ext.de offi.leg. & iterū in c.his quibus,quod eſt vl. ext.de offi.iud.ord.id quod etiā declaratur in c.non dubiū, & c.in audientia,& c.quod de his,& c.cū illorum,& c.quanuis,ext.de ſent.excō. & c.religioſo,in fin.& c.cū quis,eo. tit.lib.6.vt iam nullus de hac re dubitandi locus ſuperſit.Scias tamen verbum ſubdatur,quod non longè diſtat à ſignificatione verbi ſubiaceat,non eſſe latæ ſententiæ,vt ſi dicatur,ſubdatur excommunicationi. non enim erit excommunicatus ipſo iure,vt nō obſcure ſentiūt Hoſt. & Io.And.in c.præterea,in ver.ſubdantur,ext.de iure patro.

151 QVADRAGESIMONONO†fallit,in verbo,amittat,quod etiam eſt latæ ſententiæ,ſecundum gloſſ.in l. amiſſione.§.qui deficiunt, in fin.ff. de cap.minu.& Hoſ.in c.j.in fi.ext. ne præla.vic.ſuas & Bal.in l.j.col.j. C.ſi ſecun.nup.muli.& Pan.in d.c. cùm in cunctis.§.ult.col.vlt.ext.de elec.& in c.in quibuſdam, ante fin. extr.de pœn.& Cardi. Alexan.in §. callidis,col.2.titu.de prohi.feu.ali. per Freder.[& D.Coſ.Guy.in d.§. quod ſi aliter,in uerb.incurrat,titu. de ele.]& eſt optimus tex.in auth. licet.C.de epiſ.& cler.cùm primùm dicitur,amittāt lucrum,&c.& mox ſubditur,& epiſcopus habeat licentiam uendicare.Nam hæc poſtrema uerba,quæ id concedunt uendicare, aperte ſignificāt,quòd uerbū amittant,ante prolatum ſimpliciter,denotabat amiſſionem ipſo iure factā, ut ſuprà late diximus in princ. huius gloſſ.

152 ¶†Contrarium uoluit gl.quā ſequuntur Pet.à Bel.Perti.Bar.& omnes in l.ſi quis in tantā in uer.amittat,& iterū in glo.magna,in 4.q.C. unde ui.& gloſ.in l.ſi qua ex fœminis,quæ eſt 2.in uerb.amittat,& ibi etiam Bal.C.de ſecun.nup.& gl.in c.ſi diligenti,in uerb.cām perdant, poſt prin.ext.de for.compet.& Archi.in c.2.poſt prin.de præſcrip.li. 6.Hoſt.in c.in quibuſdam,in uerb. amittant, & ibi etiam Pan.col.ult. extrà de pœn. & in c.de multa,col. j.in verb.amitteret,ext.de præb.& Bar.in l.Meuius.§.duobus,col.ult. ff.de leg.2.& in l.j.col.2.& ibi etiā Ang.ad fi.C.de pœna iudi.qui mal. iud.Bal.in d.§.qui deficiunt.[& in l.extat,col.2.in j.lect.ff.quod met. cauſ.]& in l.ult.C.de loca.& in c.j. §.j.[in uerb.amittat.]titu.de feud. ſine culp.nō amitt.Cy.in auth.quæ ſemel,in 5.q.C.quo.& quan.iudex. Pet.Iac.ti.de condi.ex lege ſcripta, col.j.& tit.de cau.ex qui.domi.debet amit.prop.in 13.diſt.feu.col.2. uerſi.itē cum dicitur,& tit. ſeq.qui eſt ſuper

eſt ſuper condit.ex moribus, col.j. [Bal.in l.j.§.qui deficiũt,col.2.uer. in ead.gloſſ.ff.de cap. diminutio.] Domi.conſi.23.quia diffusè per patres meos, circa mediũ.Pan.& Io. Ana. in c.j.extr.ne præla.uic.ſuas. Imo.in c.ſi diligenti,col.2.uerſi.in glo.perdát,ext.de foro compe Car. Flor.cõſi.92.in quæſtione quę vertitur,in 3.dubio.uerſi.item non eſt uerum.& conſil.128.in quæſtione quæ uertitur,ad fi.Raph.Co.conſil. 164.prælatus certæ eccleſiæ,col.2. dum dicit,amittit, eſſe latæ ſententiæ,quia eſt præſentis tẽporis:quaſi ſecus foret,ſi in futuro pronuntiaretur.Roma.conſi.212.quo ad primũ, in ult.dubio.Aegid.Bellamer. conſi.9.factũ eſt tale,cum eſſet lis, col.9.verſi.item non obſtat quod dicit.& conſi.39.factũ eſt tale,dñs Humbertus,col.5.uerſ.his præmiſſis.Io.Ray.in §.pœna,in 8.10.& 12. q.pri.par.prin.tit.de prohi. feu.ali. per Freder.& in c.prętérea ſi quis, poſt prin.& iterũ in 19.q.eo.tit.& Card.Alex.ſibi contrarius in c.j.in prin.col.j.tit.quib.mod.feud.amit. Fran.Rip.in c.ſæpe,col.pen.uer.circa quintam quęſtionem, extr. de reſti.ſpoli.

153 ¶†In quam ſententiam facit tex. in l.j.§.hi quibus,ibi,ſtatim amittere ciuitatem.ff.de leg.3.& in l.ulti. ibi,penitus amittat.C.de ſerui.& in §.vlt.ibi,repẽte amittat,in auth.de reſtitu.& ea quæ par.in vnd.men.& in c.j.ibi,hoc ipſo feudum amittat, titu.quo tempor.mil.& ſimilis tex. in c.j.tit.de uali.vaſal.qui contum. eſt.& in d.c.in quibuſdam,ibi,prorſus amittant,ext.de pœn. & in c.eũ qui,in fi.cùm dicit,eo ipſo amittat, de præb.lib.6.& in c.cùm ſecundũ, in illis verbis,ipſo iure amittat, de hæreti.libr.6.& in cle.j.ibi, eo ipſo amittat, de vita & honeſt. cleri. Sed ego non admodum mouer hos tex.& ſimiles, vt iam ſupra [illegible] diximus.Nam & nonnunquam reperimus cum verbo præſentis temporis huius verbi,quod ex frequentiori calculo eſt latæ ſententię,vt ſuprà diximus,etiam alia verba quæ eandem uim habent,ſimile adiuncta,ut in [illegible].tit.de [illegible].Corra.cum dicitur,eo ipſo beneficium amittat. & in c.j.§.qui clericus,t [illegible] de feu. def.cõtẽ.hic inter do.& agn.defun. ubi eſt ſimilis textus.

154 ¶†Tamen ſto ab hac poſteriori ſententia, quæ crebrioribus ſuffragiis innititur,& quonia etiam in dubio debemus potius accipere ſignificationem ferendæ,quam latę ſententię,ut dicemus poſtea in infinitiuo. & in ſimili dicit Fel.in d.c.Rodulphus,col.17.uerſi.cadat ab omni iure.Et quoniam ẽt habemus tex.hãc poſteriorem ſententiam non obſcurè comprobantes,uidelicet in c.qa nonnulli,ext.de cler. nõ reſid. iuncto.c.de multa,ext.de pręben.Nam in primo loco ita ſcribitur, quod ſi aliter factum fuerit, qui receperit quod contra canones accepit,amittat.In ſecũdo autem loco,velut aliquid addens ad illam cõſtitutionẽ, ſtatuit illũ amittere ipſo iure: quaſi id in prima non intelligeretur: id quod intelligunt omnes penè in d. c.de multa. & Panor. in d.c.quia nonnulli.

155 QVINQVAGESIMO †idem dicendũ eſt de uerbo perdat,quod eſt eiuſdem omnino ſignificatiõis.Nã & quod ſi latę ſententię,ſentit glo. relata ad tex.in c.inolita. 11.q.j.& Ang.cõſi.371.hoc capite, multùm cõſidero uerba thematis,col.ult.dũ dicit tex.in c.j.tit.de cap.Corra.uti uerbo latæ ſententię.is aũt tex.hoc uerbo perdat, utitur.¶Et apertius Petr.Anc.inter conſi.Calder.tit.de

tend.

ſeud.conſi.6.incip.an ex iniuria & negligentia,in fin.[& iterum tit.de uerbo . ſigni . conſilio.10.futurum tempus.[Barb.conſ.11.illud afferã, col.8.libr.2.

156 ¶†Sed contrarium etiam voluit glo.in d.c.ſi diligenti,in uerb.cãm perdant,in prin.Imo.& Hoſt.in eo. uerbo,Io.And.col.4.Imo.col.2.ubi ſupra,& Pan.col.8.poſt alios ſequẽtes eam glo.& Maria,col.9.uer.circa quartam princ.quæſtionem, ext. de for.compe.Archi.in d.c.inolita, 11.q.j.[Alber.in l.lex uectigali.ff. de pigno.]Bar.in l.j.§.ſed & conſtitutio,circa mediũ.ff.de calum.Bal. in l.j.§.ſi pecunia.ff.depoſi. Card. Flor.cõſi.74.dominus abbas ſancti Benedicti,in j.dubio.& d.cõſil.128. in fi.Pau.Caſt.cõſi.84.queſtio iſta uertitur, col.ult.li.2.Ro.conſi.212. quo ad primũ,in ult.dubio.Domi. d.conſi.23.poſt medium.Pau.Caſt. cõſi.84.queſtio iſta uertitur,col.ul. lib.2.Aegid.Bella. d.conſi.9.ubi ſuprà.Io.Ana.conſi.32.ultra alia dubia.& Card.Alex.in d.c.inolita,col. 2.verſi.in gl.ibi,verius.& facit tex. in d.c.cum ſecundum], ibi, eo ipſo ſuarum rerum dominium perdant, de hæret.lib.6.Et mihi hoc placet, ut diximus in precedenti fal.

157 QVINQVAGESIMOPRIMO †fallit,in uerbo,reuertatur,quod & ipſum habet uim latę ſententię, ſecundm gloſ.in hac l.noſtra,quę interpretatur hoc uerbũ reuertatur, ſcilicet ipſo iure,Sed de hoc iam ſatis ſuperque diximus ſuprà in prin. huius glo.& paulopoſt in uer.quinto,inci.ſed quod ad priores,& ſeq.

158 QVINQVAGESIMOSECVNDO †fallit,in uerbo,redeat, quod ẽ eiuſdem ſignificationis. Nam & ꝙ habeat uim latę ſententię,nõ obſcurè uidetur uoluiſſe Ang.d.cõſi.371. multa conſidero, col.ult. ſcribens text. in l.imperialem.§.pręterea ſi quis infeudatus, tit.de prohib.feu. ali.per Fred.loqui per uerbum latę ſententiæ,dum uaſſallum priuat feudo,quia per annũ & diem nõ petiit inueſtiturã à dño.Is.n.tex.hoc uer. redeat,utit in hęc verba, feudũ ad dñm redeat. Ex quo facilè liquet Ang.uelle hoc uerbũ eẽ latę ſnĩæ.

159 ¶†Et pro eo eſt text. probans id uerbum eſſe directũ,in l.ſi duobus. ff.de teſta.mili.& ita per eum text. uoluit.[Bal.ibi,&]Domi.in c.ſi pater,in prin.col.4.uer.gloſſ.in uerbo filię,[& ibi quoque Arnaldus à Soleno in repe.col.4.]de teſta.libr.6. Et facit etiam tex.in l.Seio,ibi,proprietas ad eam rediret, iunctis illis uerbis ſeq.ſoluta priore donatione. ff.de don.cau.mor.[& in l.lex uectigali ff.de pignor. ubi & id Salycet. not.] & in cap. ex parte,extra, de feud.Nam primum is tex.iis verbis vtitur,& ad te feudum ipſius redire,quæ quidem verba eſſe directa, & latæ ſententiæ, declarant alia verba ſequentia,quæ ſunt huiuſmodi. In primo ergo caſu feudum liberè concedas.

160 ¶† Verùm crebriori noſtratium docto.calculo eſt etiam obliquum, proindeq; commune,vt per Bar. in l.Centurio,col.vlti.uer.quartò dubitatur,[& ibi etiam Franc.Are.colum.vlt.]ff.de vulg.& pupilla.ſubſti.Bald.[in d.l.ſi duobus,per illum tex.ff.de teſta.mili.&]in l.ul.C.de ſac.ſanc.eccleſ.& in d.c.ſi pater, & ibi quoq; Phil.Frã.col.31.ver.7.de teſta.lib.6.Et Imo.in c.Raynutius, char.pen.ver.tractat etiam quintò, & ibi etiam D.Guil.Bene. in repe. in ver.eidem impuberi ſuccederẽt, extrà de teſta.& Ang.in l.precib⁹, col.penulti.& ibi etiã Corne. colũ. 17. verſicu. verba autem communia C.de imp.& ali.ſubſt.& eſt optimus

timus tex.in l.vl.ff.de vſuf.ear.rer. quæ vſu conſenſum,& uide Bald.in l.2.C.de don.quæ ſub mod.& text. in c.quòd à te,in fi.ext.de cler.non reſi.cum dicitur via recta redire.

QVINQVAGESIMOTERTIO
428 LXXI. † aſſumitur ex l. neceſſariis. ff. de acquirend. hæredita. vbi ſui hæredes poſt immixtionem nõ habent abſtinendi beneficium, niſi ea immixtio ſit ipſo iure nulla. Ita enim eam l. intelligit Bal. ibi, ſuper quo vide omnes ſcribentes in eo loco.

429 LXXII. † cùm quæritur an cùm teſtator inſtituit duos hæredes, alterum incapacem, in eo qđ capere poteſt vel etiam in re quapiam, alterum in reſiduo, an hic totum habebit, necne? Sunt qui diſtinguunt, an ille ipſo iure capere non poterat, an non ipſo iure, de quo tu uide Cyn. & Alber. poſt Pe. in l. pater, quæ eſt 2. C. de hæredib. inſtituend. Et hinc occaſione ſumpta, rixantur an ſpurius ſit ipſo iure incapax, de quo in l. hereditas. C. de his quibus ut indig. ſed & tu de hoc vide Cor. in d. l. 2. & de hoc quoque nonnihil per Bald. in l. ſi is quis. ff. de vulgari. & pupillar. ſubſtitutio.

430 LXXIII. † dubium eſt, vtrũ ante ſecundam ſtipulationem pœnalem commiſſam poſſit agi ad id quod venit ex prima veſtita, in qua re gloſſ. noſtræ ſunt cõtrariæ, & habent vtræq; ſuos ſectatores. At Bar. in l. ita ſtipulatus, colum. vlti. ita diſtinguit. Nam aut pœnalis ſtipulatio ſequens nouat primam ope exceptionis, & tũc poſſit agere, vt ſaltem valeat ſententia, ſi non oppoſitum fuerit l. ſi fideiuſſor ff. mandat. nec enim poteſt poſt latam ſententiam, talem exceptionem opponere niſi in caſib. notatis in l. j. C. de iur. & fact. igno. Aut nouat ipſo iure, & tunc non ualet ſententia, per not. in l. vbi pactum C. de tranſactio. & hoc admodum cõuenit cum eo qđ diximus in 20. diſcrimine, & vide etiam quod dicemus in 77. diſcrimine.

431

431 LXXIIII. †ſi impetrans reſcriptum,per ignorantiam quicquã obrepſit, iudex etiam delegatus cognoſcet de principali,non ſi per malitiam,ut not.in l.præſcriptione.C. ſi contra ius.Sed hoc intelligit Ioã. Fab.ibi,quantum ad primum caput niſi eſſet talis ſubreptio qua probata,reſcriptum ipſo iure nullum redderetur,vt in capi.ſtatutum, de reſcrip.lib.6.Nam iudex non cognoſcet de principali, etiã ſi per ignorantiam ſurreptum fuerit.

432 LXXV. †in illa quæſtione tenebricoſa,an ſi dominus condonauerit culpam vaſſallo,ob quam feudo priuatur,ſit tunc feudum cẽſendum nouum,ueluti de nouo conceſſum,an antiquũ, ut prius erat ſunt qui diſtinguunt,an ea erat culpa, q̃ ipſo iure vaſſallum priuabat,an nõ ipſo iure,de quo tu vide Andr.Iſer, Iac.Aluar,Martin.Lauden.& Cardin.Alexan in c.j.titu.de vaſſal.decrep.ætat.& plurimos quos tibi longo ordine retuli ſupra in eadem gl. nu.12.ex his autem,& in tracta.Retractuum.titu.j.§.32.gloſſ.j.nume. 29.quid autem de feudo. Ex quibus multos comperies id quod diximus ſcribẽtes & inter alios,ne te diutius detineamus omnes ſigillatim conquirendo, Bald.in c.inſuper, col. 2. verſi.quæro ſi vaſſallus,tit.de prohib.feud.alie.per Fred.

433 LXXVI. †quod voluit idem Bal.in l.quid ergo.§.pœna grauior colum.vlt.verſi.vlterius circa noſtram,ff.de his qui notan.infami. in priori lec.quòd nunquam poteſt ꝑ iudicem commutari pœna, quę ipſo iure à lege infligitur,in aliam, ꝑ l.palam,in fi.ff.de ritu nup.licet nõ nũquam vna pœna in aliã cõmutari poſſit,vt no.ĩ d.§.pœna grauior.

434 LXXVII. †qui ipſo iure tutus eſt, non habet neceſſe opponere,qui verò ope exceptionis,neceſſe eſt illi eam exceptionem opponere, alioquin condemnabitur, & ualebit ſententia, Bald.in l.ſi cum exceptione, in princip.ff.quod quiſque iur.in j.lectu. Et idem quidem propemodum ei ſimile eſt quod diximus ſupra in 20.diſcrimine & iterum in 73.

435 LXXVIII. † quia à noſtris tractatur, an actus inualidus confirmari poſſit tum alibi ſæpe,tum in l. legitima.ff.de pac.Bald.ibi, colum. ultim.verſi.ſed oppo.dicitur,ita diſtinguit. Aut deficit actus propter inhabilitatem perſonæ,aut propter defectum formæ, aut propter defectum cauſæ.Primo caſu,aut eſt talis perſona,in quam actio non cadit ipſo iure,& tunc confirmari non poteſt.l.j.§.ſi filius.ff.de leg.3.niſi cauſa confirmans ſuperueniat tempore habili & de nouo;l.ſi minor.ff.de ſer.export.Aut eſt perſona in qua actus ſuſtentari poſſit ipſo iure, ſed ei obſtat exceptio,& tũc poteſt cõfirmari,non quòd per ſe ipſum confirmetur; ſed per cauſam confirmãtem l.ſi mulier.C.ad S.C. Velleian. Secundo caſu cùm eſt defectus formæ,& cętera, quæ omitto ad hunc locum minimè pertinẽtia,ſed id habet neſcio quid confine cum 58. & 59. diſcriminibus, vt ibi videre poteris.

436 LXXIX.† cùm tractatur,an dolus cum dolo compenſetur, Bal. in l.cum mulier,colum. 3. in 12. q.ff. ſolu.mat.hanc inter cæteras diſtinctiones poſt Dy.& Iaco.Are.ponit, nam aut agitur criminaliter,aut ciuiliter,ſi primum,aut loquimur de compenſatione pœnę extinctiua,& non fit.l.2.§.ſi publico ff.de adult. Aut de compenſatione excluſiua ꝑſonæ,cui dolus obiicitur ad eam repellendam,& tunc refert, an compenſatio fiat ipſo iure,& nõ fit: aut ope exceptionis,& tunc iterum re-

fert,an exceptio op ponitur poſt litem conteſtatam,& cætera,quæ ibi uidere poteris.

437 LXXX. † quia quæſitum eſt,an reſtitutio in integrum poſſit incidēter peti, Bald.in l.nam & poſtea. §. ſi minor, col.j.uer.& ideo cùm quęritur.ff.de iureiuran.Si minor, inquit,læſus eſt in iudicio, aut actus lædēs permittit ius minoris ipſo iure,quia renuntiauit actioni, quæ ipſo iure tollitur,tunc non poteſt incidenter reſtitutionem petere, ſed neceſſe eſt,ut principaliter petat, quia per modum replicationis non poſſet,cum actionem non habeat, arg.not.in l.lecta.ff.ſi cert. peta. & in l.vbi pactum C.de tranſa. & in l. cum à te,in glo.ff.de dol.mal.Si aũt non perimit ipſo iure, & tunc aut ſimpliciter replicat, & non poteſt, argu.l.necnō.§.exceptio.ff.ex qui. cau.maior.Aut petit reſtitutionem & poteſt,per d.§.ſi minor. Quid autem in contractu & præſcriptione, ibi videbis,neque enim ad hunc locum pertinet.

438 LXXXI.†pœnæ pecuniariæ impoſitæ ratione delicti & poſtea ipſo iure ſublatæ,renaſci non poſſunt ſi ueniunt ratione contumaciæ uel pacti.Si uerò non ſint ipſo iure ſublatę,ſemper poſſunt inſtaurari ope replicationis.l. pacta nouiſſima. C. de pac.& voluit Bal.qui & alia multa iura in id citauit,in l.ſi quis accepto.ff.de cond.cau.da.

439 LXXXII. † dubitatur à multis an naturaliter obligatus reſtitui poſſet aduerſus naturalem obligationem,qua in re nonnulli dicunt, reſtituendum,niſi ſit tutus ipſo iure,de quo in l.Marcellus.ff.de condi.indeb.& in l. 3.§. pupillus. ff.de nego.geſt.per Cy.in l.indebito. C. ſi aduer.ſol.& Bald.in l. interdum. ff.de condi.indeb.

440 LXXXIII. † cùm pœna ipſo iure infligitur,ea nō imponitur delinquenti extra territorium, quia nec iuris nec facti executio ibi celebrari poteſt. c. vt animarum, de conſtitutio.lib.6.Si autem non ipſo iure,ſed per ſententiam, & hæc poteſt infligi ſubdito delinquenti extra territorium, quia ſumit effectum intra territorium,& de natura ſententię iudicis eſt ut poſſit ligare abſentem,ut qui ratione contumaciæ pro præſente habetur, authen.qua in prouin.C.vbi de crim. agi opor.& faciunt not.in l.amiſſione.§.qui deficiunt.ff.de capi. dimi. & in l.2.C.de eunuch.& in l.mercatores.C.de commer.& merca.Hęc Bal.in l.j.colum.antepen.verſic. uiſo an forenſis.C.de ſum.Trinit. ſed tu de hoc vide plenius Domi. poſt alios à ſe citatos in d.c.vt animarũ. colum.2.

441 LXXXIIII.†vbi ipſo iure lata eſt ſententia per legem, non poteſt ficta ſiue pręſumpta confeſſio reuocari prętextu erroris.l.quoniã ff.de his qui notan.infa.& l.ſi tutor C.de interd.matrimo.licèt aliàs reuocari poſſit.l.diui.ff.de pœn. & in §.ſi uerò,in authen.de exhibē.reis. Hæc idem Bal.in l.error, paulo ante fi.C.de iur.& fac.igno.

442 LXXXV. † ſi ſocius omniũ bonorum emit de pecunia communi, res non eſt communis ipſo iure,ſed per actionem pro ſocio tenetur eã communicare,uel pecuniam reſtituere,per l.ſi quis ſocietatem,in 2. reſpon.ff.pro ſoc.& l.Titium & Meuium.ff.de admin.tut.cum ſimi. Et hoc eſt magni effectus, vt dicit Bal. in l.j.ad fi.C.ſi quis alter. uel ſibi, quia ſi quis īterim alienaret in aliũ transferret dominium, nec poſſet emptor conueniri, cùm res non ſit communis,ſed communicanda,nec perſonalis actio ſequitur fundũ.l. cogi.§.vnde quæritur.ff.ad Treb.&

l.cùm fundo,& ibi Bald.ff.de ſerui.
ruſti.præd.& l.eum cui.C.de actio.
& oblig.cum ſi. Etiam ſi obligatio
perſonalis ſit contracta reſpectu rei
l.quędam §.nihil intereſt, & l. vlti.
§.j.ff.de contrah.emptio.cum alijs
multis concor. à me collectis in tra
cta.ret rac.lib.j.§.8.in gl.5.nu.7.in
cip.id quod procedit.

443 LXXXVI. † ſublato principa
li ipſo iure, funditus ſublatum eſt
acceſſorium,quia per ſe ſtare nō po
teſt,& ita habet locum l.cùm prin-
cipalis.ff.de reg.iur.cum ſim.Secus
ſi non ipſo iure, ſed tantum per ex-
ceptionem l.eos.C.de vſur. Ita vo-
luit Iacob.But.in l.2.C.de luitio.pi
gno.quem refert Bald. ibi, qui ta-
mē dicit poſſe dici quod in d.l.eos,
vſuræ erant deductæ in ſtipulatio-
nem,Ideoq; perempta ſorte princi-
pali,non ideo perimuntur,cum per
ſe ſtent ex illa ſtipulatione per.l.j.
C.de iudi.Sed tu de hoc vide latius
Cyn.& Alber.in d.l.2. quam vnam
legunt ex toto illo ti.Et hæc addas
ad Phil.Dec.in d.l.cū principalis.

444 LXXXVII. †quia quæri ſolet
an vitiato principali vitietur & iu-
ramētū n ſuper eo appoſitū, in qua
re noſtri & legiſtę & canoniſtę di-
gladiantur vbiq; inter cæteras aūt
diſtinctiones, quæ huc afferuntur,
ea vna eſt de iure ciuili. Nam aut
aliquid eſt prohibitum ipſo iure &
in effectu,& tunc id non confirma-
tur iuramento,per l. non dubium.
C.de legi.Aut ipſo iure eſt aliquid
ſed non cum effectu,& tunc iuramē
tum ſupplet circa effectum; ut non
poſſit impugnari vt in authen. ſa-
cramenta puberum. C.ſi aduerſ.vē
dit.Hæc Bal.in d.l.non dubium,co-
lum.antepen.in 17.oppoſ. vbi hinc
ſequi dicit quòd ſi contractus mi-
noris vel maioris valet ipſo iure,iu
ramentum tollit ei omne iuris be-
neficiū in iure ſingulari,cuiuſmodi
eſt beneficium reſtitut. in integ.

445 LXXXVIII. † non longè ab
illis diſtat quòd ſcribit idem Bald.
conſi.310.ſuper eo quod quæritur
poſt medium lib.2.quod quādo iu-
dicium eſt ipſo iure nullum, ſi non
valet principale non ualet iuramē
tum l.ſi quis inquilinus.§.vlt.ff.de
leg.j.& arg.l.ſi minor ff.de ſer. ex
por.Nec obſtat,inquit,auth. ſacra.
puber.quia ea loquitur de contra-
ctibus,vbi ex conſenſu oritur obli-
gatio naturalis,& ideo poteſt acce
dere fomentum iuramēti,ſed in iu
diciis talis obligatio non oritur l.
Iulianus.ff.de condi.indeb. quia ea
redduntur in inuitum.l.inter ſtipu
lantem §.ſacram.ff.de uerbo. obli.
Sed quantum ad contractus perti-
net,an ſcilicet iuramentum confir-
met contractum ipſo iure nullum,
vide quæ ſcripſimus in noſtris legi
bus connubialib. in gl.3.in uerbo,
ne peut,nume.25.ex his quoque, &
ſeq.vſq; ad fi.eius gl.

446 LXXXIX.†in his quę ipſo iure
conceſſa ſunt, non neceſſe eſt adire
iudicem,vt in cęteris rebus. l.j. §.
hoc autem Senatus ff.de ſer.fug.li-
cèt tamen poſſit officium iudicis ſi
de facto expedit, implorari,vt not.
in l.2.C.de iure emphy.& in l.3.C.
de pigno.nam tutius fit quod au-
thoritate iudicis fit.Specu. titu. de
feud.§.j.verſicul. 18.quæritur. &
in hoc debent iudices ſe faciles prę
ſtare, & interdum ſine citatione
alicuius,ne fuga inſtruatur,vt not.
Iacob.Butri.in l. conſentaneum.C.
quomodo & quando iud. Bartol.in
l.ait pretor.§.qui debitorē.ff. quæ
in fraud.cred.& facit quod idē not.
in l.ſi quis ſeruitute.ff.de furtis. &
Imo.in cap.vt fama, de ſenten. ex-
com.& Ioan. And.in c. cum nō ab
homine,de iud.& ſic iudex per mo
dum voluntarię iuriſdictionis hoc
concedit,per not.in §.multis, Inſt.

 de liber-

de liberti. & in l.3.§.j. ff. de bon. poſſeſ.Hæc Bald.in l.requirendi,in prin.C.de ſer.fugit.

447 XC †ſi in venditione adhibitus fuerit dolus in minus uendendo,tenet venditio, ſed poteſt ſuppleri iuſtum pretium per emptorem l.diligenter ff.mand. & l. Iulianus §. ſi venditor ff.de act.emp. Sed hoc uerum eſt,cùm venditio non eſt nulla ipſo iure,quòd ſi talis ſit,ea ſuppletio locum non habet l.j. C. ſi vend.pign.agat.&voluit Bal.cuius hæc ſunt,in l.cum contra,eo.tit.

448 XCI dum quæritur utrũ valeat impetratio dignitatis vel beneficii, non facta mentione poſſeſſionis aduerſarii.Idem Bal. conſi. 388.inſuper quæritur libr.j. ita diſtinguit. Aut poſſeſſor nõ habet titulum ſaltem coloratum, & ualet impetratio: aut habet, & tunc aut titulus eſt ipſo iure nullus,aut per ſententiam annullandus, ſi primum quidem ſit exiſtenter ut ipſe loquitur, ſed non euidenter, & tunc aut eſt clauſula amoto quolibet illicito detentore, & valet impetratio, quia iſta clauſula æquipollet mentioni coloratæ poſſeſſionis, ex ſententia Ioannis de Deo. Si autem ea clauſula non eſt, non ualet impetratio, quia iſte poſſeſſor non poteſt amoueri ſine ſententia diffinitiua principaliter lata,& non incidenter, & ſic non habebit per modum executiuum,ut in c.cùm noſtris, de conceſſ.præb.& c.quę tu apud ipſum Bal.videre poteris, neq; enim huc aliter pertinent. Et vide interim quæ diximus ſuprà in 18.diſcrimine qui eſt in nu.335.& ſeq.

449 XCII †matrimonium quod ipſo iure nullum eſt,non præſtat impedimentum iuſtis nuptiis, maximè ſi hoc declaratum fuerit,ut no. in l.non præſtat,de reg.iur.lib.6.nã licitè cõtrahit nuptias, qui priores efficaciter non contraxit l. hæc cõditio ff.de cond.& demon. Quod tamen uerum eſt, niſi Papa in primo matrimonio diſpenſaſſet c.literas,de reſtir.ſpol. nam tunc de non eſſe tranſiſſet ad eſſe, & ideo aliud poſtea contrahi non poſſet §.affinitatis,Inſtit.de nup.Hæc ſunt Bald. cõ.95.pũctus dubii,in j.dubio,li.2.

450 XCIII †id quod fit per legẽ ipſo iure,non deſiderat ſcientiam hominis l.apud hoſtes C.de ſuis, & leg. & l.liber homo §.vlt.ff.de ſtip.ſeruo.& l.ex militari.§.ult.& l.ſeq.ff. de mil.teſt.& l.multum intereſt ff. de condi.& demo.& l. ſi pecuniam §.ſi ſeruum.ff.de cond.ob cau.& l. eius qui in prouincia ff. ſi cer. pet. Ita Bal.in conſi.404.quia dictus, in prin.lib.3.

451 XCIIII †ſi uaſallus culpam admiſerit aduerſus dominum,an poſſit illlam eluere, & rem reponere in priſtinum ſtatum,ſine metu pœnę, ſaltem antequam dominus dictarit iudicium contra eum. Et ita diſtinguitur,an pęna ipſo iure infligebatur,& non poſſit ſine conſenſu domini,ut in c.j. titu. quid inr. ſit ſi poſt aliena, & arg. c.5.§. ex hoc,titu.de feud.fœm. nam cùm à iure facta ſit executio, non iam amplius poteſt ſuam culpam purgare, per ea quæ diximus de moræ purgatione ſuprà in 10.diſcrimine.Secus ſi pœna infligenda eſſet per ſententiam,quia ante eam poteſt purgare,ex no.in §.item mixta eſt actio, Inſtit.de actio. Et ita determinat Bal.in c.j.in prin. colum.2.verſic.quid ſi vaſallus, tit.de prohib. feud.alie.per Fred. & huc quoque pertinent quæ, diximus in 8. diſcrimine.

452 XCV †quia quęſtionis eſt an ualeant ſecundæ literæ impetratæ ſinæ mentione primarũ,in quo Pan. ita diſtinxit in c.ex tenore, col.2.

ver.& in glo.ibi, ego ſic diſtinguerem. Nam aut tempore ſecundarũ literarum primę erant nullæ ipſo iure,& valent ſecundæ, vndecunq; ſurgat defectus,ſiue ex defectu impetrantis, ſiue alterius, per d.reg. non præſtat,de regu. iur.lib.6. Aut primæ erant aliquæ, ſed ex poſtfacto corruere,& tunc ſi ſunt ad beneficia,non ualent c.ſi eo tempore,de reſcrip.li.6.ſi ad lites,ſubdiſtinguit vt ibi videre licet.Quòd ſi primę literæ tenent,,ſed poſſunt annullari per exceptionẽ, & tunc aut per exceptionem competentem tertio,& non ualent,ut in caſu c. mandatum extr.eo.tit.aut competentem ſecũdo impetrãti,& valẽt ſecundę. arg. l.ſi dari ſtipuler ff.de verbo.ob.& l. non uidetur latitare ff.de iud.

453 XCVI. † agnatus cui ius eſt reuocandi alienationem factam in extraneum, id facere debet intra annum à morte alienantis,per c.Titius,tit.ſi de feud.fue. controuer.inter do.& agn. vti & in alio caſu in c.j.§.porrò,tit.qual. olim feu.alie. pot.Sed hoc intelligitur,quando alienatio ipſo iure non eſt nulla, ut in dictis locis, quòd ſi ipſo iure nulla eſt, non currit hoc tempus nec agnato nec domino, de quo loquitur d.§.porrò,vt probatur in c.j.titu.de prohib.feu.alien per Fred.& voluerunt Mart. Laud. & Car.Ale. in d.c.Titius, vterque col. vlti.

454 XCVII. † quod ex eodem aſſumitur,ſi ea alienatio ipſo iure nõ valet,poteſt ſtatim agnatus uel dominus non expectata morte alienãtis reuocare l.j.§.ſed & res, tit.per quos fiat inueſtit.& c.j.verſic.alioquin,titu. de aliena. feud. Quòd ſi non ſit eiuſcemodi, agi non poteſt ante mortem ipſius alienantis,ſecũdum diſtinctio.dicti c.Titius,vbi ipſe Mart.& Card. id annotarunt.

455 XCVIII. † quod ex eodem fonte procedit, cùm alienatio eſt nulla ipſo iure, non eſt neceſſe aiienanti agere reuocatoria,quæ datur ad reuocandum d.§. ſed & res. ſecus ſi non ſit eiuſcemodi c ap.j.tit. quali.olim feud.alien.pot.& uoluerunt iidem Mart.& Card. in d.c.Titius,colum.vlt.

456 XCIX. † ſi minor geſſerit ſe pro hærede & factus maior debitores hæreditarios exegerit, non per hoc videtur ſibi præiudicare, quin iure minoris abſtineri poſſit, cũ id fecerit ex neceſſitate præcedentis additionis factæ in minori ætate, per l.3.§.ſcio ff.de minor.Non poteſt ergo dici actus uolũtarius, qui inducit aditionem. Quòd ſi quis obiiciat illum actum non uideri neceſſarium,cùm minor potuiſſet petere ſe reſtitui aduerſus primam illam aditionem, vnde videri ei imputandum facto maiori,ſi non fecerit,ſed potius ipſe debitores exegerit, ex quo enim habebat priuilegium, eo non utendo feciſſe videtur uoluntariè, non neceſſariò l.uoluntarie C.de excuſ.tut.& l.ait prætor §. permittitur ff. de minor. & quod no. Bal. in auth. presbyteros C.de epiſc.& cler.& in l.libertorũ, colum.2.verſi.in ea glo.ibi.C.de teſti.Sed huic obiectioni ita reſpõdet Fran.Are.in l pro hærede §.ſi ſepulchri,qui eſt ult.ff.de acqui.hære.vt hæc iura procedant, quãdo allegãs priuilegium eſt tutus ipſo iure, ſecus ſi eſſet opus remedio reſcindente,vt eſt reſtitutio in integrũ, tunc enim non dicitur actus geri uoluntariè, per d. §. ſcio, quem monet ſemper menti tenendum.

457 ¶ Ex quo unum tibi maximè annotandum monemus, quod quotidie tibi in practica continget, ꝙ in d.§.ſcio,qui nunquam non allegatur ad id quod diximus, aditio minoris non fuit nulla, & conſequenter

ter facta ſolenniter fuit, alioquin opus non fuiſſet reſtitutione in integrum,de qua is tex. nuncupatim loquitur,quæ tum demum competit,ſi iuris ſolennitas interuenit,ſed minor ibi conuentus eſt,quia fortè hæreditas reperitur onerosa,neque enim id extraordinarium remediũ competit,niſi cum ordinarium deficit l.in cauſæ cognitione etiam, in prin.ff.de mino. quæ loquitur ſpeciatim in hoc caſu, & eius ſunt hęc verba,in cauſæ cognitione etiã hoc uerſatur, num fortè alia actio poſſit competere citra in integrum reſtitutionem,nam ſi communi auxilio & mero iure munitus ſit,nõ debet ei tribui extraordinarium auxilium.Igitur ſi minor ſine ulla ſolennitate hæreditatem adiit, ob quod poteſt dicere aditionem nullam, ꝗ eſt remedium ordinarium,Certè ſi is effectus maior debitores exegerit,aut quidpiam aliud ſimile effecerit, quod non niſi nomine hæredis facere poteſt,videtur nouo conſenſu & actu adiiſſe hæreditatẽ, ita ut illi iure minoris ætatis ſuccurrẽdum non ſit. Niſi ſi quis diceret in Gallia ſemper opus eſſe in integrũ reſtitutione, quod uerum non eſt, nam ſatis eſt obtinere literas regias,quibus mandetur actum declarare nullum,& in quantum opus fuerit reſcindere &c.

458 CENTESIMVM, † ex differentia eius quod nullum eſt ipſo iure, & eius quod per exceptionem tolli poteſt,fit ut ſi ſtatutum prohibeat, ne contra inſtrumentum poſſit opponi exceptio, ſi tamen id ſit nullũ poterit opponi non obſtante huiuſmodi ſtatuto, vt uoluit Bar. in l.j. §.j.ff.quod vi aut clam, & eius authoritate Fran.Are.in l.ſi dari, quã legit cum l.qui bis idem,col.j.ff.de verb.ob. hinc occaſione ſumpta ꝗ tex. ibi appellat ſtipulationẽ quaſi nullam obſtante exceptione. Nam per ea verba (inquit) datur intelligi,non omnino paria eſſe, quippiã nullum eſſe ipſo iure, & exceptionem competere.

459 CI. † pœna legalis toties committitur,quoties iteratur idem factum l.inficiãdo §.infans ff.de furt. ſed hoc tamẽ procedit,ut inibi quoque probatur, in pœna quæ ab homine per ſententiam imponitur,ſecus ſi pęna ipſo iure imponatur,qñ plura facta ſunt continuata,ut not. uoluit Io.And.in c. delictum perſonæ,de reg.iu.lib.6.in Mercu.Bal.in l.ſi quis non dicam rapere, colum. 3.ver.itẽ no.aliã differentiam C.de epiſc.& cler.Fran.Are.in l.ſi ſic ſtipulatus,col.3.verſi.& ad materiam ff.de verbo.obliga.

460 CII. † cùm ſententia lata eſt contra priuilegium,quod ipſo iure tollit iuriſdictionem,nõ ualet,quia lata eſt à non ſuo iudice.Inno. in c. ex parte in Chriſto, de verb.ſig.At ſi non ipſo iure ſed per exceptionẽ declinatoriam tollit iuriſdictionẽ, ualet ſententia,ut no.in auth.habita C.ne fili.pro pat.& in c.cum per ſonæ,de priu.lib.6.hæc Bal. in l.qui autem,in additio.ff.ſi quis caut.

461 CIII. † cùm iuriſdictio expirat aut ſoluitur ipſo iure, ſi id partes ſciant,& nihilominus ſponte litigant,nõ ualet proceſſus, per l.priuatorum C. de iuriſdict. omn.iudi. Si autem non ipſo iure ſed ope exceptionis,ualet, cum iuriſdictionis ſubſtantia ipſo iure non ſit extincta Pau.Caſt.in l.more maiorum,col.2 verſi.in tex.ibi ſolui mandatum ff. eo.tit.de iuriſd.omn.iudi.

462 CIIII. † quia dubitari ſolet, an poſſit opponi exceptio,ad impediendum proceſſum ante litis conteſtationem,de quo latè per oẽs in l.ſi quæramus ff. de teſta. Et inter alias huius rei diſtinctiones hęc eſt

ut ſi talis exceptio ſit, quæ concludat actionem ipſo iure non competere, poſsit opponi, aliàs nõ poſsit. Sed quia id non indubitatũ eſt, nec perpetuum, uide Bar. in l. cum quæ rebatur ff. iudi. ſol. & omnino Frã. Are. in d. l. ſi quęramus, col. j. iterũque 3. verſic. adde quòd ſi tenes.

463 ALIA DISCRIMINA † (nam vt verum fatear, horum ſigillatim deſcribendorum iam me cepit faſtidium) intelliges ex l. ſi is qui tres, & ibi glo. in uerbo, tenuit eum, & alii doc. ff. de excuſa. tut. & in c. reprehenſibilis, in prin. extra de app. & in c. ſi quando, de elec. lib. 6. & in c. quia periculoſum, de ſent. excommu. eo. lib. 6. Bar. in l. j. C. de re iud. Bal. in l. Tiria in 2. lect. col. j. ff. de in offi. teſta. & in l. pater, in 2. lect. col. 2. verſi. in ea glo. ibi habere, eo. tit. & in repe. l. 2. col. 16. verſi. & ideo cum quæritur, & col. ſeq. ver. ſcd an exceptio, & rurſum col. 20. verſic. ſed quid ſi reus ff. de iu. iur. & in l. iuſiurandum & ad pecunias §. cum res, eo. ti. & in l. ſi is qui. ff. de vulg. & pup. ſub. & in l. j. col. 2. verſi. quędam ſunt pœnę confiſcatiuę C. ex delic. defunc. & in l. ſi pater, in princi. C. de hære. inſti. & in l. j. C. de re iud. & conſi. 199. Petrus tenebatur poſt medium, libr. j. & conſi. 407. in quæſtione, col. 2. eo. libr. j. & conſi. 150. caſus actualiter, in fi. eo. lib. 2. & conſ. 499. ita ad plenum, eo. lib. 2 Frã. Arc. poſt alios multos ab eo citatos, in l. ex duobus, la 2. col. pe. in 10. q. ꝑſertim verſ. ad hoc poteſt, & ver. & ex utraq; ſolutiõe ff. de duo. reis. & omnib. vbiq; uix enim finis hmõi diſcriminũ reperiri poſſet.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio quæ fit ex hac lege, utrum ſtatim fiat natis liberis, non expectata morte donatoris, & an pater teneatur rem ipſam donatam natis liberis reſeruare, an uerò de illis libere poſsit diſponere, & nu. 2.*

3 *Lex noſtra utrum ita obtineat, ut filius cuius natiuitate eſt reuocata donatio, poſsit uiuo patre reuocare.*

Filius uiuente patre nihil de bonis illius habere debet.

4 *Donatarius filium egentem donantis alere tenetur.*

IN EIVSDEM DONATORIS ARBITRIO.

1 IGITVR † pater ipſe qui donauit, confeſtim nato filio poteſt reuocare donationem, nec mors ipſius donantis expectanda eſt, vt is filius reuocet, vt apertè indicant hęc uerba, nec obſcurè uoluit gl.] vlt. & apertius omnes docto. hic, è quibus Bald. in duobus locis j. lect. itemque in ſecunda lectu. etiam in 2. locis ſubinfert non eſſe neceſſe patri rem hanc reſeruare ipſi filio, ſed poſſe de ea, ut libitum fuerit, diſponere. Sed & donãtem ipſum poſſe reuocare, tenet Collect. in c. ulti. col. pen. verſi. ſed nunquid ille ext. 2
de dona. tum quidem per tex. in c. quicunque 17. q. 4. tum etiam quia ut ſupra diximus, hic intelligitur conditio tacita. Ideo poteſt idem ipſe reuocare conditione deficiente c. quemadmodum, & ibi no. ext. de iureiur. Tum denique propter ius de nouo quęſitum c. cum inter, extr. de renun. cum ſimi. Idem quoque uoluerunt Guil. Cu. in l. j. & ibi etiam Cy. in 9. q. C. de inoffi. dona. Bart. Bald. Ange. Raph. & Pau. Caſtr. in l. ſi totas, eo. tit. per illum tex. in fin. & idem Bar. in l. Titia Seio §. ult. vbi & hoc quoque uoluerunt Imo. & Paul. Caſtr. ff. de lega. 2. & Petr. Iaco. titu. de condit. quę pro re donat. compe. colum. ulti. Ange. in §. j. columna quarta, verſi.

item

itē quæro an iſta donatio,in auth. de immē.dona. vbi & hoc dicit,ꝙ pater poterit reuocare etiam inuito filio,Petr.Ferra. in ti.for. libel. quo agit. pro donat.in ver. irreuocabiliter,col.4.verſi.ſed an iſta reuocatio. Cor.conſi.15. ex quo dictus, col.5. verſic. quia reſpondetur,li.j. & cōſi.11.in præſenti conſultatione,col.vlt.lib.3.& And.Alcia.in l.pacta quæ cōtra.C.de pac. Et hoc minimè eſt dubiū propter verba hæc quæ cōmentamur, quæ ſcilicet relinquunt rem donatam & arbitrio & ditioni donatoris.

2 ¶ † Quanquā contrariū ſatis inaduerteuter,ut ſic dicam, poſt Io.antiquū gloſſatorem uoluerūt Acc. Iac.Bu. & Io. Fab. in d.l.ſi totas per tex.in l. hac edictali. C.de ſecun.nupt.& in §.quia vero, in authen.de ſecū.nupt. Et dicit Raph. in ea ipſa l.ſi totas, hanc opinio.facile in practica poſſe obtineri propter authoritatem gl. Sed quāuis ea ſanè magna ſit, non tāta tamen quę poſſit legem ipſam tam apertam ſubuertere.

3 ¶ † Sed vtrum filius etiam ipſe poterit uiuo patre reuocare?Dic breuiter quòd non,vt uoluit Cy.in d. l.j.in 9.q. & ibi etiam Io.Fab. in prin.C.de inof.don. & Pet.Ferra. vbi ſuprà,quia quis non debet eſſe ſolicitus de hęreditate viuentis.l. qui ſuperſtitis ff. de acqui. hæredi. & idem uoluit Ange. in d.auth.de immen.dona. quo loco ſuprà citauimus, motus † quia viuente patre nihil debet habere de bonis patris.l.lex Cornelia, ibi nulla bona in ciuitate reliquit.ff.de uulga.& pupilla.

4 ¶ † Veruntamen ſi propter magnā quampiam donationem à patre factam egeret filius, teneretur donatarius eū alere, ut uoluit Cyn. poſt Iaco.Ra.in d.l.j.in 9.q.C.de inoff. do.& idē Cy.in add.& poſt eū Ray. Alber.& Imo.in d.l.Titia.§.imperator.ff.de leg.2. Nā onus alienandi tranſit in eum in quem tranſiuerunt bona per donationem,arg.l.ſi quis à liberis.§.vlt.ff.de libe.agno. & faciunt no.per Cyn.in l.alimenta.C.de nego.Geſt.

SVMMARIVM.

1 *Donans qui promiſit ſub pœna non reuocare,an natis liberis reuocando debeat pœnam,& nu.2.& 3.*

Promiſsio de non contrauenieudo,intelligitur niſi ex iuſta cauſa, uel legitima.

Diſpoſitio nulla tam generalis, quin ab ea excipiatur cauſa, à principio ueriſimiliter non cogitata.

3 *Pœna in quacunq; diſpoſitione appoſita, ſequitur naturam principalis.*

4 *Donans pro alio non habente liberos qui ſub pœna promiſit ratum illū habiturum, & ille tamē natis ſibi poſteà liberis nolit ratum habere an teneatur ad pœnam, & nume. 5. & 6.*

Terminus referens id cōtinet, quod terminus ad quem fit relatio.

6 *Tertius promittens adultum factū maiorem ratū habiturum ſub pœna, in pœnam non incidit, ſi is noluerit facere ob iniquitatem contractus.*

7 *Lex noſtra an obtineat, ſi is cuius noīe alter donanerat, natis ex ſe liberis, ratam habuerit donationē.*

8 *Quid autem ſi filius nullos habens liberos donat nomine patris promittens illum ratum habiturum poſteaq; pater ratificauit,deinde filio naſcuntur liberi, an ex hac lege donatio reuocetur. & nu.9.*

10 *Donationis ex hac lege reuocatio an impediatur, ſi ſtatutū aut conuentum*

tum

tum ſit, ut donatio pleno iure ualeat, & nu. 11.
Plenum id dicitur cui nil addi poteſt, vel cui nihil deeſt.
Pleno iure ideſt ſine diminutione et nullo detracto.
11 *Pleno iure quis rem habere dicitur, in qua vſumfructum cum proprietate habet.*
Verba pleno iure an impediant falcidiam ſine trebellianicam.
12 *Lex noſtra an hēat locū īter iudæos.*

IN FINE.

1 FINEM † & ego facerem, niſi & alia quædam occurrerent, quæ ſuprà in aliis locis prætermiſſa ſunt. Quæro igitur, quid ſi quis cū multos liberos haberet, ſub pœna centū promiſerit non uenire aduerſus donationē, vtrū ſi ei poſtea naſcantur liberi, & velit ex hac l. reuocare, debebit eā pœnam? Breuiter dic quòd nō, quia lex eſt quæ reuocat, non homo, vt ſupra diximus in ver. reuertatur, in prin. Et hec promiſſio cenſetur fuiſſe facta ſub eadem conditione, quæ & in donatione intelligitur, ut in ſimili dicimus de iuramento appoſito in contractu, c. quintauallis, ext. de iureiur. cum ſimi. à me adductis ſupra in prefatione verſi. 165. incip. omnes autem. Item quia quęlibet promiſſio & obligatio de non contraueniendo, ſemper intelligitur rebus ſic exiſtentibus. l. quod ſeruus. ff. de cōdi. ob. cau. cum aliis ſimi. quæ videbis ſuprà in d. præfatio. verſi. 166. inci. preterea iuramētum, & ſeq. Debet itē intelligi, niſi quis ex iuſta & legitima cauſa contraueniat, lege ſcilicet permittente. l. quidam cum filiū, & ibi Bar. poſt. Dy. ff. de verb. obl. & l. ſi libertis. ff. de ope. lib. & d. c. quintauallis, & ibi no. ext. de iureiur. & faciunt etiam not. per Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. † Deniq; in quacunq; diſpoſitione ſemper uidetur excepta cauſa à principio veriſimiliter non cogitata. l. qui cum tutoribus, in fi. & l. mater decedens ff. de inof. teſt. & quod uoluit Bar. ī l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. obli.

2 ¶ † Et ita quidem in hanc ſentētiā, ut ſcilicet donans nō incidat in pœnam reuocādo donationē ob ſuſceptos liberos, expreſsim & in hoc caſu, de quo loquimur, uoluit Imo. in c. ult. col. 7. verſi. item aduerte pro intellectu, ext. de don. Et id etiam, cum ex facto contigiſſet, conſuluit Phili. Cor. qui tamen Imo. non memorat, conſil. 11. cuius caput eſt, in præſenti conſultatione, col. 11. uerſicu. ex quibus elicio. lib. 3. & idem quoq; uoluit Rip. qui unum Corn. citat, in repe. huius legis, q. 4.

3 ¶ † Et facit optimè quòd in ſimili uoluerūt Ant. & Pan. in c. j. ext. qui mat. accuſ. poſ. quod ſi maritus promiſerit morari in domo uxoris ſub certa pœna, poterit tamen ex noua cauſa alio migrare morandi cauſa, ſine metu illius pœnæ. Et idem in alio caſu conſuluit ipſe Pan. conſi. 77. in quæſtione ad præſens uertitur, in 5. dubio libro ſecūdo. Et generaliter pœna in quacunq; diſpoſitione appoſita ſequitur naturā principalis diſpoſitionis, ut ſi ea non ualeat, nec pœnę quoq; promiſſio. l. non dubiū. C. de leg. glo. in l. qui fidem, in prin. iūcto tex. & ibi Ful. & Iaſ. ff. de trāſ. gl. optima in c. ſignificantibus, in fi. & ibi doct. ext. de offic. dele. Bar. in l. cum hi, in fi. ff. de trāſ. & Iaſ. latè cōſi. 133. præſupponitur, col. pe. lib. 4. cum multis concor. à me latè congeſtis in [noſtro trac. conſti. poſſ. in 3. par. limi. 7. nu. 27. ſed & huc & ſeq.]

4 QVID AVTEM † ſiquis nō pro ſe quidem, ſed pro Titio & eius noīe alicui donauerit, & ſub pœna promiſerit

miſerit Titium ipſum ratum habiturum poſtea aũt Titius liberos ſuſcepit,ob idq; non uult ratã habere eã donationẽ?An ille ad pœnã tenebitur? Dic etiã ꝙ non,quia intelligitur promittere Titium ratificaturũ donationem cũ ſuis omnibus qualitatibus & conditionibus,nempe cũ ea promiſſio referatur ad illam donationem, idemq; cenſeatur contineri in termino referente, quod in termino ad quẽ fit relatio, per tex. in auth.de fil.ant.dota.inſtr.nat.circa mediũ, & ar.l.aſſe toto.ff.de hære.inſti.& l.ſi ita ſcripſero,& ibi Bar. ff.de condi.& dem.cum aliis multis concord. à me congeſtis in noſtro tract. de legi. connubia.in glo.5.in 6.genere expreſſi. Ratificabit igitur & approbabit donationem tanquam factam ſub cõditione quæ poſtea deficit, ſiue tanquam reuocandam ſub conditione, ſi poſtea liberos ſuſceperit,vt ſtatim dicemus.3. ab hinc verſi. & conſequenter erit donatio reuocata & irrita,ſiue ratificauerit, ſiue non ratificauerit.

5 ¶ † Et hoc quidem nuncupatim & in hac ſpecie conſuluit Cor.d.cõſ. 11.col.10.uer. ſimiliter & promiſſiones,li.3. vbi & ad hoc multa alia allegat, quæ ibi in promptu videre eſt omnibus.Et idẽ quoq; cõſuluit Soz.conſi.215.lib.2. repetito errore impreſſorum conſi.22.lib.4. hoc exordio, viſa prædicta facti contingentia,col.vl.verſi.circa ſecundam queſtionem, vbi & ita dicit fuiſſe conſultum à ſolemnibus doc. Senenſibus,Peruſinis, & Bononienſibus.

6 ¶ † Et hanc ſanè ſententiam optimè fulcit quod in ſimili conſuluit Petr.Anch.conſi.330. uiſa facti narratione, col.5.verſicu.deſcendo ad obligationẽ, quòd tertius qui promittit adultum quempiam ratũ habiturum contractum à ſe illius nomine factum,poſteaquã ętatem 25. annorum compleuerit, non incidi in pœnam, ſi ipſe minor factus maior contraueniat ob contractus iniquitatem, quia uti poteſt ea defenſione, qua & ipſe minor, arg.l.2.in fi.coniuncta l.j.ff.de fideiuſ.minor. & l.ſi minor.ff.de procu. Et quia reſciſſo principali contractu, promiſſio ipſius remanet ſine cauſa, ideo nihil ualet l.2.§.circa C.de excep. dol.cum ſi.& per alia multa,quę illic allegat.Quãquam huius poſtremi contrarium reſpondet Rapha. Fulg.conſi.233.[le j.nam ſunt duo conſi eiuſdem nu.quod incipit] proponitur quod Ludouicus. & Raph. Co.conſi.189.[eodemq; pen.] teſtator,in primo dubio. Sed pro priori ſententia facit tex.in l. cum minor in prin. ff. rem rat. hab. ubi ſi quis promittat minorẽ,ratũ habiturum, & minor ipſe aduerſus illud petat reſtitui,pœna nõ committitur, quẽ tex.dicit [no.Bal.in rub.ext.de procur.col.pe.uer.ecce procurator·&] ſingu. Ro.ſin.553. promittit quis, [& eum quoq; in id expendit Lancel.Gal.in l.4.§.Cato,col.21.uerſi. ſcias etiam ff.de verb.oblig.]

7 At maior † ſcrupulus eſt in iſta ſpecie,cum videlicet is cuius noĩe alter donauit, ſuſceptis à ſe liberis, ratificat donationem. In quo Cor. d.conſi.11.in eam ſententiam inclinare uidetur,ut etiam per hoc non rata maneat donatio, ſed cenſeatur fuiſſe ratificata, tanquam tunc facta ſub conditione, quæ deficit, & propterea ratificatio eſt inefficax, per l.cum ad præſens.ff. ſi cert.pet. & l.cõditio in præteritum,& l.ſi ita ſtipulatus fuero hãc ſummam ff.de verb. oblig. & l.patronus.§. etiam ſimiliter.ff.de bon.liber.

8 Sed quid † de iſto caſu. Filius nullos habens liberos, nomine patris,pro quo promittit de rato, donat,poſtea pater ratum habet, dein

de filio naſcuntur liberi, utrum ſit locus huic l. ut ea donatio cēſeatur eſſe reuocata? Soz.cōſi.39.in quæſtione quæ vertitur,col.ul.uer.poſtremo poſſunt ſe tueri, lib.3.conſuluit nō eſſe locū huic l. quia ipſi filio qui donauit,& promiſit de rato nihil in re donata cōpetebat,niſi in ſpe,cū ea res patris eſſet. Iſta autē lex intelligitur in donatione rei iā quæſitæ,vt etiam latè diximus ſupra in uer. donatione largitus, nu. 180.ſed hoc tamen.]

9 ¶ † Ex quibus uides Soz. hoc cōſuluiſſe, dū ad filiū tm̄ reſpiceret,vt,ſ. reſpectu illius nō reuocetur donatio,ſi ei poſtea nati ſunt liberi. Sed nō cōſiderauit reſpectū patris,noie cuius facta eſt donatio,& poſtea nati ſunt ei nepotes ex eo filio qui nomine ipſius donauerat. Ideo & poſſet eo reſpectu uideri reuocata donatio,cū appellatione liberorū., de quibus loquitur noſtra lex,cū dicit & poſtea ſuſceperit liberos, contineātur nepotes.l.liberorū, in prin. ff.de ver.ſig. Verūtamē nec hoc qui dem reſpectu reuocatur donatio,ut expreſſim diximus ſupra, in uerbo, filios nō habens,uerſ.12.inci.his autem non intempeſtiuè, & duobus ſeq. niſi eo caſu quē inibi diximus.

10 QVID † autē & in hoc caſu. Statutū eſt aliquo in loco, ut donatio ſic facta ualeat pleno iure,aut ēt ita fuit in donatione conuentum. An tūc hēat locū iſta lex? uidetur.n. ꝙ nō,† quia id plenū dicitur,cui nil ad di pōt,vt dicit Bal.in c. licèt de uitanda,in prin. ext.de elec. ꝑ tex.in l.raptores.C.de epiſ.& cler.& l.Iulianus,in fi.ff.de rei vēd.& idē dicit ipſe Bal.cōſ.383. quādo ſuper facto certo,poſt prin.li.3.& cōſ.293.thema integrale,col.2.li.4.† vbi ex hoc infert ꝙ quādo cōceditur facultas pleno iure,intelligitur ſine diminutione,vt in c.bene quidē.96.diſt.& & l.quæro. ff.de ali.leg. & l.ul.§.ſimili quoq; modo.C.de bo.quæ lib. [& aliis iuribus ab eo citatis.] Sed & ꝙ plenū dicatur,cui nil deeſt,[aſſerunt Imo. in cle.cauſam,col.pen. de elec.] Raph.Co.cōſ.187.domin⁹ Cōſignorus,uer.pro parte affirmatiua,& Pau.Ca.conſi.347 quia circa donationē, col. 2.in fi.li.j.per l. ſolū.ff. de hære. inſt.& c. ſi omnia, 6.q.j.& d.c.bene quidē. Et id etiam dicit Soz.conſi.43.uiſo teſtamento Ser Roberti, col.3.lib.4.per no. in cle.cauſam,de elec. & in c.j.de electi.lib.6. & in l.ſi procurator.C. de procu. Et ſimile eſt quod dicit Bal. in l.Iulianus,in 2.lec.ff.de rei uēd. [Gui,à mon. Laud.in cle. cauſam, in uer.niſi plena, de elec.] Quibus adde quod uoluit Hoſt. in c.per venerabilē,ext.qui fil.ſunt leg. & Archi.in c.licèt de præb.lib.6. & Bar. conſi.15. pater habēs filiū, in fi.ubi etiam dicit quòd pleno iure ſignificat nullo detracto,per l.ſi cum dico §.plenum.ff.de arbitr.& auth. hoc ius porrectū C.de ſacr.eccle.& l.fœminæ.§.ulti.C.de ſecun.nup. Adde & tex.in l.hmōi.§.ædes.ff.de leg.j. ex quo.not.Bal.Imo. & recētiores ꝙ nō dicitur plenum,cui aliquid iuris deeſt. Et quod tradit Raph.Ful. conſi.100.quidā A.ueniēs ad mortem,col.ul.non dici pleno iure eſſe alicuius, ſi reſtitutioni ſubiaceant, per l.ul.§.ſed quia ff. com. de leg. quod & idē reſpōdit Soz.d.cōſ.43. col.3.uer. item illud dicitur,li.3. ꝑ l.heres, & l. generaliter. ff.qui & à qui. [Et hoc ſubobſcurè innuit gl. in l.cū incertus, in uer. liberatum. ff.de leg.j.eā iungendo,cum tex.ab ea allegato,in l.ab īteſtato. §.j. eo. ti. Et id quoq; aperte uoluit Ang.in l.mater,col.j.C.ad ſenatuſ. Tertul. & ibi plene Cor.in pri.] Et faciunt no.ꝑ Cor.cōſ.142.circa primū,col. 4.uerſ.corroborantur,& ſeq.lib.4.

[&

[& Guido Papæ ,conſi.128. nobilis Iacobus,in fin.]

11 ¶ †Tamen Alex.con. 162. viſis his que copioſè,lib.6.tenet expreſſe in hoc caſu,ea verba,pleno iure, nihil obeſſe quin ſit locus huic legi. Neque.n.eam uim habẽt, vt valeat donatio irreuocabiliter,etiã ſuperueniẽte aliquo caſu,qui iure communi tenderet ad eam reuocandam ſiue infringendam,per d.l.Iulianus. §.ul.iuncta l.ſeq. & ibi Bal. & Ang. ff.de rei vend. vbi probatur quòd quis dicitur habere rẽ pleno iure,ſi in ea habet proprietatẽ cum uſufr. quanuis ea ſit ſubiecta reſtitutiõi & euictioni. Et ad hoc quoq; illũ tex. expendit idẽ Alex.[conſi.219.viſo ſummario,col.2.ver. nec prædictis obſt.lib.2.& quod repetitur conſi. 140.li.7.& Frã.Are.qui illũ ad hoc dicit ſing.in d.l.cũ incertus,in fi.ff. de leg.j.]Vnde ẽt dicit Bal. in l.mater,per illũ tex.C.ad Tertul. quòd cũ quis habet proprietatẽ cũ vſufructu,dicitẽ habere rẽ pleno iure,quãuis eã nõ habeat iure ſtabili , vt qa eam ſit amiſſurus, ſi tranſeat ad ſecunda vota,vt ibi dicitur. Sed & tu adde ad Alex.tex.in l.j.hoc eo.ti.de reuo.don.vbi licet libert9 pleno iure(his.n.verbis ea.l.vtitẽ) poſſedẽrit id qd' ei patronus donauit,tñ ob ſuperuenientẽ ingratitudinẽ retractatur.Ex quo not.Bald.in vtraq; lect. id ẽt pleno iure poſſideri,qd' ſuper ueniẽti caſu põt retractari.Et text. aptiſſimũ in l.ſi ancillã.C.de actio. empt.& vend. vbi is qui vendidit, ante traditionẽ manet dñs rei vendite pleno iure,quanuis perſonali actione teneatur ad rei ipſius traditionẽ.Quod & not.Ang.ibi.Et optimũ tex.in d.l.generaliter.§.ſub cõditione.ff.qui & à quib. manu. vbi ſeruus legatus ſub cõditione, interim pendente cõditione pleno iure hæredis eſt, quãuis adueniẽte cõditione reſtituendus ſit . † Et ꝙ hæc verba pleno iure , non impediant detrahi falcidiam,ſiue Trebellianicam,] reſpondit Ro.ex facto cõſultus,cõſ.75.neſcio qua ex re,& iterũ con.79.totũ fundamentum. [& in repe.auth.ſimiliter,in fi.C. ad leg. Falc.& Fel.in c.auditis,col.3. ver. & ſi teſtator,de pſcript.& ante hos Oldra. cuius illi non meminerunt, con.248.præſuppoſita conſuetudine in 4. dubio. per multa quæ illic allegat , de quo tamen vide Paul. Caſt.con. 28. in cauſa quæ vertitur inter Petrum,col.2. ver.nunc autẽ ad propoſitam,lib.2.]

12 Cvm finem] his impoſuiſſem,quæſiit à me quiſpiã optimarũ literarũ vir vtrũ hæc l.obtineret inter Iudæos,aſſeruitq́; cõtrouerſiam de hac re magnã ex facto Carpẽtoracti ſubortam,cum Iudæus quiſpiã non habens liberos, pretioſa q̃dam alteri donauiſſet,isq́;poſtea filios ſuſcepiſſet,donante ſe huius legis præſidio muniente ad illius donationis reuocationẽ, donatario aũt negãte vllã eſſe talem apud Hebræos legẽ, q̃ reuocaret donationẽ ob liberos eosq́; cũ Hebræi eſſent, Hebræorũ tm̃ legibus teneri. De qua re,qm̃ ſatis multa in noſtro tract. primigenio.diximus,in 66.q.illinc.aſſumes quę ad hunc locum pertinebunt,vt interim uerbis oratorum principis vtar . Et hoc quoq; videre poteris quæ ſcript. Ioann. Corra. libr.Miſcel.5.ca.16.vbi nos ex hoc loco citat.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

369

FINE

R. SALVAREZZA
RESTAURO
ia Val Sassina, 58
Tel. 899.223
376